
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
14 — L
20


E.7.
Sic propriis otiis consuluit Anno 17

Gabrielis Biel sacre theosophie licentiati no
stre tẽpestatis profundissimi: sacri canonis
misse tam mystica ꝙ̄ litteralis expositio
iamiã summa cum diligentia iterum
atqꝫ iterũ reuisa et correcta: nihil
de prioribus omissis: aliqui
bus tamẽ tum in colũnis:
tũ in marginibus addi
tis: quibus facilius
ea que nititur le
ctor inueni
re põt.



Sacri canonis misse ex

positio resolutissima litteralis ac mystica: dissoluens si
mul ꝛ scholastica dubia circa eucharistie sacrosancte my
steria: viri ꝙ precipui magistri Gabrielis biel sacre theo
logie licentiati peritissimi: per eundem ordinarie in alma
Tubingeñ. vniuersitate lecta: ex viri clarissimi ingenij
quondã acerrimi magistri Eggelingi de brunswig sacre
theologie licentiati ꝓfundissimi: vita pariter ꝛ doctrina
prefulgidi lectura: in insigni metropoli maguntina ad cle
rũ pronũciata declarata ꝛ exposita: paucis omissis: pluri
bus additis ac mutatis ꝙ accuratissime comportata: In
cipit feliciter.

¶ Oratio initialis.



In noie super
benedicte trinitatis: patris ꝛ fi
lij ꝛ spũssancti. Amen. In hui⁹
lectiois mee pncipio/tria mihi
pficienda ꝯspicio. Primũ legen
de materie breuis recõmenda
toria introductio. Scdm pula
temeritatis excusatiõe/ theolo
gica breuior prestatio. Tertiuz
presentibus dñis meis ꝛ pceptoribus gratiarũ breuissi
ma relatio. ¶ In pmi executione assumo vba q̃ digessit
iesus filius Syrach hierosolymita eruditissim⁹/Eccl. xv.
Cibauit illũ pane vite ꝛ intellectus. Nostis p̃res optimi
fide certissima illustrati: primũ humane nature ꝓpaga
tiuũ pncipiũ: a summo deo in culmine corporalis creatu
re de nõ esse leuatũ. Pane cognitionis necessarie: q̃ crea
torẽ suũ/seq; ceteris cũ creaturis ab eo ꝓductũ agnosce
ret. Nec nõ q̇d deo: quid superiori: q̇d sibi: q̇d equali: q̇d
inferiori deberet: q̇d deniq; agere: q̇d cauere oportuerat
excellentiore quadã noticia illustratũ. Alijs quoq; virtu
tibus ꝛ donis: q̇bus castissimo amore suo inhereret iam
cognito creatori: delectabiliterq; seruiret/p̃ditũ fuisse:
quaten⁹ expleto dispensatiõis sibi credite officio: nulla
morte media: tandẽ in paradisum alterũ translatũ/ipso
totius boni fonte beatifice ac interminabiliter frueref.
Sed prochdolor honoris ꝛ bonoꝝ hõ impatiẽs: dũ reie
cto ꝯditoris timore: supbiens pcepto ligari ꝯtempsit: vi
dist. xxx tam ꝑdidit pariter ꝛ intellectũ. Indicat hoc ipm horren
viij. cap. da quedã ignorãtie ꝓfunditas: erroꝝ oim mater: q̃ cun
ignoran ctos ade filios in tenebroso quodam suscipit sinu. Amor
tia. quoq; tot rerum vanarũ ꝛ noxiarũ: inordinatũ ꝑturbatio
nũ: meroꝝ: formidinũ: insanoꝝ gaudioꝝ: litiũ: fraudiũ:
ceterorũq; vitioꝝ. Quis em̃ ignorat/ait doct. Aure. xxij.
de ciui. c. xxij. cũ quãta ignorãtia veritatis: q̃ iã in infanti
bus manifesta est. Et cum quãta abũdantia vane cupidi
tatis: q̃ in pueris apparere incipit: hõ veniat in hãc vitã:
q̇bus ꝓ veritatib⁹ certissimis multifarios errores: ꝓ bo
nis verissimis bonoꝝ vmbrã apparentiũ nanciscat. Gra
tuitis siquidẽ spoliato hoi ꝛ naturalibus vulnerato: sm
Luce. x. euãgelicũ paradigma descẽdentis ab hierusalẽ in hieri
cho: incidentisq; in latrones: remansit naturalis inclina
tio ad verũ in intellectu: ad bonũ in affectu. Hinc fames
illa validissima sciendi: quã prisci philosophantes acerri
mis abusi ingenijs: nõ filioꝝ pane: sed porcoꝝ siliq̃s (li
cet frustra) pellere quesierũt. Vere frustra: nã morbus
creuit ex remedijs. Quippe humana curiositas: q̃ satia
ri nequit: nunq̃ sibi sufficiens/semp ad vlteriora tendit.
ij. ad Ti Hinc philosophus noster ꝛ veritatis preco paulus hu
mo. iij. iuscemodi vocat stultarũ ꝛ sine disciplina questionũ inq̃
rentes: a diaboli laqueis captiuos: ad ipsius voluntatem
semp addiscẽtes: ꝛ nunq̃ ad scientiã veritatis ꝑuenientes
Em̃ vero ꝓcesserũt in se ꝯfisi in regionẽ longinquã: mul
tiplicium erroꝝ ꝛ vanissimoꝝ cultuũ: dũ deũ inuisibilem
quẽ ex creatis rebus visibilib⁹ esse cõprobarũt. Nõ sicut
deũ glorificauerũt: nec grãs egerũt: sed putantes se ali
quid esse euanuerũt in cogitationib⁹ suis. Et q̃d curiose
inuenerũt: per superbiã perdiderũt: vt ait Augu. in glo.
Roma. j. Sicq; obscuratũ est insipiens cor eoꝝ. Dicentes
em̃ se esse sapientes: stulti facti sunt. Quid rogo insipiẽ
tius/ꝙ seruire creature potius ꝙ creatori. Quid stulti⁹
ꝙ mutare gloriã incorruptibilis dei: in similitudinẽ ima
ginis/creature corruptibilis. Hinc tanta phoꝝ dissensio
qua a magris discipuli: ꝛ inter se dissiderant cõdiscipuli:
dum eos nõ diuina autoritas: sed humana duxit temeri
tas. Nam eodẽ beato Aug. teste. xviij. de ciui. c. xli. palam
in cõspicua ꝛ notissima porticu: i gymnasijs: in hortulis
in locis publicis ac priuatis/cateruatim vnusquisq; pro
sua opinione certabat. Alij asserentes vnũ: alij innume
rabiles mũdos. Ipsum vero vnũ/alij ortũ esse: alij vero
initiũ nõ habere: alij interiturũ: alij semp futurũ: alij mẽ
te diuina: alij fortuitu et casibus agi. Alij imortales esse
aias: alij mortales. Et qui imortales: alij reuolui in be
stias: alij nequaq̃. Qui vero mortales: alij mox interire
post corpus: alij viuere etiã postea vel paululũ vel diu
tius: nõ tñ semp. Alij in corpore cõstituentes finez boni:
alij in animo: alij in vtroq;. Alij extrinsecus posita etiam
bona ad animũ ꝛ corpus addentes. Alij sensib⁹ corpo
ris semp: alij nõ semp: alij nunq̃ putãtes esse credendũ.
Sed ꝛ de fine vltimo ꝓpter quẽ cetera oia querẽda sunt
Marcus varro: vt recitat idem Aug. xix. de ciui. c. j. ꝛ. ij.
tam multã dogmatũ varietatem diligẽter scrutat⁹ aduer
tit: vt ad ducentas octuagintaocto sectas ꝑueniret. Te
stis est etiã hoꝝ multipliciũ erroꝝ/Eusebius in de prepa
ratione euãgelica: qui innumeras gentiũ sectas ꝛ recitat
ꝛ reprobat. His alijsq; erroribus: vt rationaliũ mentes
velut blandicijs quibusdã infatuaret: ac dulcibus vene
nis incurabilib⁹ inficeret humane salutis insidiator dia
bolus: poetarũ figmentis/verborũq; coloribus res tur
pissimas: velut honestare gestiens: hac verborũ sagena
plurimos irretiuit. De q̃ q̇d bea. Hiero. aliqñ ciceronia
nus: post doct⁹ verberibus christianus sentiat: aduerta
mus. Ait em̃ in epl'a ad Damasum papã. Demonũ cibus
est carmina poetarũ. Secularis sapientia rhetoricorum
pompa verboꝝ. Hec sua oẽs suauitate delectant. Et duz
aures versibus dulci modulatione currentib⁹ capiunt:
aiam quoq; penetrãt: ꝛ pectoris interna deuinciũt. Ve
rum vbi in summo fuerint studio ac labore ꝑlecta: nihil
aliud nisi inanẽ sonũ: ꝛ sermonũ strepitũ suis lectorib⁹
tribuũt. Nulla ibi saturitas veritatis: nulla refectio iusti
cie reperitur. Studiosi eoꝝ in fame veri: ꝛ virtutũ penu
ria perseuerant. Hec ille. Hoc triplici q̃ difficile rũpitur
fraudiũ funiculo: erroꝝ videlicet vanitatis ignorantie:
fraudulẽtus protoplasti seductor/quẽ ꝓstrauit in mortẽ:
ne q̃nq; ad salutarẽ veritatis cognitionẽ reuiuisceret: col
ligauit. Nouit em̃ ille versutus: q: sine veritatis cognitio
ne/ad veritatẽ in qua nõ stetit: redire nemo põt: nec sine
dei noticia vlla hoi poterit esse salus/dicente scriptura.
Vbi nõ est scientia (haud dubiũ q̃n dei) aie nõ est bonũ. prouer. xix.
Nã vani sunt oẽs hoies in q̇bus nõ est scientia dei. Sap.
xiij. ꝛ. j. Cor. xiiij. Si quis ignorat: ignorabif. Sed beni
gnissim⁹ de⁹ scientiarũ dñs: cuius sapiam nõ vincit mali
cia. Diligit em̃ oia q̃ sunt: ꝛ nihil odit eoꝝ q̃ fecit. Sap. xi.
Plasma suũ aliena fraude deceptũ/in eternũ perire nõ
sustinẽs: erranti mũdo cognoscẽde veritatis fame: ac pu
dende vanitatis squalore: iamiãq; deficiẽti subuenire de
creuit. Idcirco dum mediũ silentiũ tenerent oia verita Sapiẽ.
tis p̃dicamẽta. Noxq; peccatoꝝ ꝛ ignorãtie mediũ iter pera xviij.
geret: reputa veri dei cognitione in oibus pene extincta
Oipotens sermo de regalibus exiliens sedibus: gemi
nam rationalium cibauit inediã: dans panẽ nõ ventris/
sed mentis: panẽ nõ ad ruinas huius vite: que vapor est
ad modicũ parens/reparandũ: sed panẽ vite ꝛ intellect⁹
ad indeficientis vite beatitudinẽ cõsequẽdam. Dedit aũt
manus liberalissima panẽ dulcem: defectum totuplicem
restaurantem. Panẽ verbi ex ore dei ꝓcedentẽ: quo pa
sceretur intellectus. Et panẽ verbum factũ carnez: quo

vita nutriretur ⁊ affectus: ꝗuis ad vtrūq; ꝯferat vtercꝫ.
An nō panis vite: doctrina scripture canonice: a summa
reuelata veritate: quo vita vera cognoscit: vita aie robo
ratur: ⁊ ad vitam felicissimā ambulatur. Non in solo pa-
ne viuit hō / inquit veritas: sed in oī verbo qđ ꝓcedit de
ore dei. Deutero. viij. ⁊ Mat. iiij. Est quoqꝫ panis intel-
lectus / intellectū erudiens: affectū sua eruditione velut
ignea lex inflāmans. Ipsa nēpe est que finē quo tēditur:
ostendit. ipsa que viā qua itur: dirigit. Finē / vitā eternā.
Ro. vi. Viā / sanctificationē nostrā. Habetis / inqᵗ aplš fructum
vestrū in sanctificatiōe: finē vero vitā eternam. Ipsa de-
niqꝫ instruit ignorantē: ipsa reducit deuiantē: associat iti-
nerantē: inducit ꝑseuerantē. Cuiꝰ salutiferos fructꝰ btūs
Hiero. in ꝓlo. quodā in lib. psalmoꝝ: breuiloquo sermo
ne cōplectit / dicēs. Hic habet infans qđ lactet: puer qđ
laudet: adolescēs qđ corrigat: iuuenis qđ sequat: senior
qđ ꝑcetur. Hic discūt femine pudicitiā: pupilli inueniūt pie
tatem: vidue iudicē: pauperes ꝓtectorē: aduene custodē.
Hic inueniūt reges qđ audiant: iudices qđ timeāt. Hec
tristē ꝯsolatur: letum tēperat: iratū mitigat: pauperē re-
creat: diuitē vt se cognoscat / increpat: oībus se suscipien
tibus apta medicamenta tribuit: nec peccatorē despicit: sꝫ
per pniam / remediū ei ingerit. Post hec deus ostēditur:
simulacra irridentur: fides asseritur: ꝑfidia repudiat: iusti
cia ingerit: iniqtas ꝓhibetur: misericordia laudat: crude
litas abdicat: veritas requirit: mēdaciū dānatur: dolus
accusatur: ꝑdicat penitentia: pax ꝯsequenda ꝓmittitur:
spes certa nutritur. Sꝫ qđ his oībus est excellētius: xpi
sacramēta laudant. Hec Hiero. Hec sacra theologica do
ctrina: vera ⁊ diuina sapientia: sola est oīm scientiarū im
peratrix ⁊ dña: qꝛ candor est lucis eterne: ⁊ speculū sine
macula dei maiestatis: ⁊ imago bonitatis illiꝰ. Sap. vij.
Cui nisi artes cetere ancillent: non illumināt: sed obscu
rant: nō erudiūt: sed tenebris erroꝝ inuoluūt. Nō hācdi
uinā sapientiā gentiū pncipes: nō terre negociatores:
Baruch iij. nō potentes ad bella gigantes inuenerūt: ꝓpterea ⁊ pe
rierūt. Sed ea de supnis sedibus: q̄ in altissimis habitat:
supsubstantialis sapientia reuelauit: eāqꝫ reuelando po
pulū suū humilem pane vite ⁊ intellectus cibauit. Libet
addere qđ sequit. Et aqua sapie salutaris potauit eum.
Vere aqua salutaris sapie: ex fonte manans sapientie: q̄
est verbū dei in excelsis. Eccli. j. qui est xp̄s dñs virtus et
Sap. vij. sapia dei patris. j. Cor. j. Magnū ꝑfecto sapie donum:
q̄ in aīas sanctas se trāsfert: amicos dei ⁊ ꝓphetas: idest
ꝓcul vidētes / ꝯstituit. Sed parū summe visum est libe-
ralitati: nisi se fontē sapientie homini per cibi ꝑuaricatio
nem dānato / donaret in cibum saluantē: ⁊ spūaliter nu-
trientem / mirabili congruentia / nature conditioni / ⁊ la
psus reparationi. Cōiunxit nempe diuina sapīa in pma
hoīs formatione rōnalē spm̄ materie corporali: p exem-
plo future societatis: q̄ inter deū ⁊ spm̄ rationalē in glo-
rificatione eiusdē ꝑficienda erat: vt sciret hō deū tam dis
parem corporis ⁊ aīe naturā in federationē vnā: ⁊ amici
tiā tantā coniūgentē: etiā rōnalis creature humilitatem:
licet longe inferiorē posse ad sui participationē glie sub
limare. vt loquit magr̄ dist. j. lib. ij. Et qm̄ ex eisdē gigni-
mur ⁊ nutrimur incarnata ꝑus: dehinc velut impanata
seu inescata sub spēbus sacramenti sapīa facta est nutri-
ps. xlviij tio nostra. Lapsus deniqꝫ ⁊ e paradiso extrusus: pecori-
nā induit similitudinē. Sm̄ illud ꝓphete. Homo cū in ho
nore esset / nō intellexit: cōparatus est iumētis insipienti
bus: ⁊ similis factus est eis. Idcirco feno indiguit pabu
lo pecorino. Caꝓpter celestis cibꝰ angeloꝝ / mutauit
se in cibū pecoris / hoīe mutato in pecus. Panis eñ an-
Esa. xl. geloꝝ factꝰ est fenū. vnicus prīs / filius hoīs: verbuꝫ q̄ ꝓ
pe caro factū est. Et iuxta ꝓphetā. Oīs caro fenū. Come
dunt igitur angeli verbū de deo natū: comedūt homines
verbū fenū factuꝫ. Pane suo viuūt angeli in celis / ⁊ btī
sunt. Feno suo viuūt hoīes in terris / ⁊ sancti sunt. Fenū
quippe istud de prato virginalis vteri collectū: factū est

refectio iumentoꝝ. Verbū eñ vt fenū fieret: latuit in vir-
gine: sol in sydere: artifex in opere. O stupenda dei mise
ratio / exclamat doctor mellifluus: verbū carnem: deus
cinerem: figulus lutum: vita morticinū induit: vt angelo Iob. vi.
rum panē iumenta māducarent. Hic vere panis est vite
de celo descendēs: vt daret vitam mūdo. Non quē moy-
ses panē dedit patribꝰ in deserto: quē manducātes / mor
tui sunt. Nam qui ex hoc pane māducauerit: viuet in eter
nū: manens in xp̄o. ⁊ habens xp̄m vitam manentē in se-
ipso. Hic panis est intellectus: quo nobis mortalibꝰ im-
mensitatē sue potentie: incōprehensibilitatem sue sapien
tie: inenarrabilitatem sue beniuolentie: dñs mirabiliter Ps. cx.
declarauit. Memoriā fecit mirabiliū suoꝝ / inqᵗ psaltes
dñs: hoc cibo spūaliter satiatus / misericors / ⁊ miserator
dñs / escam dedit timentibꝰ se. In prompto est quēadmo
dum sacrosanctū hoc eduliū / metaphysicoꝝ / naturaliū /
logicoꝝ / ceteroꝝqꝫ phoꝝ: estimata suoꝝ ꝑncipioꝝ theo
remata castiget: ⁊ verū in eis intellectū administret: quo
rū deductionis veritas vetat. Panis iste bene a pan / qđ
sonat totū dr̄: quia totū qđ ad salutem ꝑtinet: cōfert hoī
viatori. Lapsus siquidē hō oīa ꝯfudit. Cōstitutū a plas-
matore ordinē pulcherrimū temerauit. Nā deū p inobe-
dientiam contempsit: carnē de sua carne / ⁊ os de suis ossi-
bus ꝓductum. ꝓximā suā incusauit: in seipso rationē vo-
luntatis ductricem appetitui subegit. Indiguit itaqꝫ ad
ꝑfectam restaurationē triplici remedio. Sacrificio quo
placaretur deo: charitatis diffusione / qua cōicaret proxi
mo: gratia reformatiua ordinis in seipso. Oīa hec cōfert
panis xp̄i excellentissimū sacramentū. Nam ip̄m est sacri
ficij oblatio quoad deū. Charitatiua cōio ad proximum.
Viaticū ⁊ refectio ad seipm. Sacrificiū eñ sicut ⁊ verbū
abbreuiatū fecit nobis dñs sup terrā / hostiam viuā / vni
cam / mūdam / plenā bonis / plenā effectibus / oībus illis
pro q̄bus offerri cōsueuerat hostia litteralis. In hoc sa-
crificio corporis sui ⁊ sanguinis noua fecit oīa veteris te
stamenti oblationes ⁊ sacramēta / paschalē agnū / māna
deserti / panes ꝓpositionis / tauros ⁊ vitulos imolatio-
nis / hircū emissariū / passeres / turtures / ⁊ colūbas / vinū
⁊ libamina / sal in oī sacrificio atqꝫ oleuꝫ / neqꝫ mel / neqꝫ
fermentū. Deniqꝫ quotidianū bis sacrificiū cum matuti-
no vespertinū. Hinc beatus Bern̄ in sermone de sacro.
Christus ait / pro salute mūdi semel factus hostia saluta
ris: rei recōciliatio generalis: oībus sacramentis / tā pre
cedentibus q̄ sequētibus virtutem dedit ⁊ efficaciam: vt
tanta ⁊ tali hostia sanctificarentur oēs liberandi p illaꝫ.
Et btūs Aug. j. de ciui. dei c. xx. Huius inquit veri sacrifi-
cij multiplicia variaqꝫ signa erant sacrificia prisca sancto
rū. Cum hoc vnū per multa figuraret: tanq̄ verbis mul
tis vna res diceret: vt sine fastidio multū cōmendaretur.
Est deniqꝫ sacramentuꝫ illud cōmunio: q̄ inter se mēbra
cum capite xp̄o charitate cōnexa cōmunicant. Nā in hoc
sacrificio tota ipsa redempta ciuitas: hoc est congrega-
tio / societasqꝫ sanctoꝝ: vniuersale sacrificiū offertur deo
per sacerdotem magnū: qui etiā seip̄m obtulit in passio-
ne pro nobis: vt tāti capitis corpus essemus sm̄ formam
serui. Hanc eñ obtulit: in hac oblatus est: qꝛ sm̄ hāc me
diator est: in hac sacerdos: in hac sacrificiuꝫ. Verba sunt
beati Aug. x. de ciui. dei. c. vi. Et sequitur ad propositum:
Hoc est sacrificium christianoꝝ. Multi vnum corpus su
mus in xp̄o: qđ etiam sacramento altaris fidelibus noto
frequentat ecclesia: vbi ei demonstratur q̄ in ea oblatio
ne quā offert: ipsa offeratur. Est demū panis ille refectio
anime: spiritū restaurans: desideriū satians: cor spiritua
le delectans: infirma roborās: gratie vitam augmentās
viaticum ꝑducens. In cuius fortitudine ambulatur per
desertum huiꝰ mūdi ad montem dei oreb: qui interpreta
tur ardor: celum videlicet empyreum seraphico ardore
fulgidum. Sic cibus ille oblatio est initiata in cruce. Fa-
cto deo sacrificiū viaticum perducens ad terminū: com-
munio tenens interim proximos in vnū. Huius tanti sa-

cramenti dignissimus sacerdotum ordo ministeriũ accepit: quorum officio iste panis vite mortalibus quotidie preparatur. O vere celestis indulgentia. O cumulata grã. O superexcellens gloria/ sacerdotẽ deũ suũ tenere ⁊ porrigendo alijs dispensare. Quorum q͛ ignorãtie circa tantũ mysteriũ a dñõ ꝑ ꝓphetã dãnatur dicentẽ. Quia tu scientiam repulisti: repellam ⁊ ego te/ ne sacerdotio fungaris mihi. (Osee. iiij.) Ideo oim̃ sacerdotũ indignissimus/ ꝓprie ꝯsulens inscitie/ nõ presumptione temeraria: sed alme huius universitatis matris mee p̃cepto mihi pudẽ ꝓ dignissimos suos oratores insinuato/ ꝯtraniti iniustũ arbitratus/ humiliter obtẽperans/ legendi laborem/ insufficientissimus licet assumpsi. Canonẽ quoq; misse: quo diuin᷒ ille sacramentalis cibus ꝯficitur: exponendum delegi. Laborem hunc non penit᷒ reputans inutilem: quo christi sacerdotes ad sacerdotij ve gradum aspirantes/ tanti officij dignitatem/ ritum ⁊ debite executionis peritiam cõtemplari. Necnon scholasticorum ingenia mysterij profunditate exerceri. Omniũq; hoc salutari edulio pasci optantiũ/ conscientie ad dignam eius sumptionem informari poterũt ⁊ accendi. Opus quidẽ arduum ⁊ ignaro peccatori improportionatum: cuius altissimã profunditatem gigantium humeros premere nõ ignoro. Desperarem penitus ⁊ deficerem: (Ruth. ij.) si vel cum moabitide post terga metentium spicas eorũdem manus fugientes colligere: ⁊ nõ magis maiorum iam collecta comportando p̃sumerem recitare In qua re insufficientiam propriam verbis cultioribus nescio an palliare dicam: an excusare: superfluũ duxi: cum ipsam plus cupito operis exequẽdi imperfectio demonstrabit.

Protestatio theologica.

¶ In huius igitur lectionis initio theologicam ꝓtestationem frequenter per me factam renouans: coram vobis venerabilibus ac doctissimis preceptoribus meis ꝓtestor solẽniter et expresse non esse mentis mee in futuris meis lectionibus/ aut alijs quibusuis actibus ꝑ me volente dñõ faciendis: aliquid dicere: aut pertinaciter defendere: qđ catholice fidei seu determinationi sacrosancte matris ecclesie quomodolibet obuiet: vl̃ pias aures offendat. Si vo (qđ per suam misericordiam domin᷒ auertat) aliquid tale ex lapsu lingue/ ignorantia/ aliave qualicũq; occasione contingeret: reuoco exnunc ꝓut extunc: extunc prout exnunc: volens ea habere pro non dictis: subijciens me humiliter eorum directioni: quorum est errantes corrigere: ⁊ oculos ad viam catholice veritatis reducere. Uerum ne dicendorum indistincta congeries confusionẽ afferat: placuit opus ipsum qđ Sacri canonis misse expositio intitulari põt: per lectiones partiri: ⁊ lectiones per. §. aut litteras alphabeticas vlterius secare: quaten᷒ studioso lectori in prompto qđ voluerit occurrat: cũ nostrũ quẽ edidimus indicẽ: seu vt aiunt inuentarium: inuisere placuerit.

Duodecastichon magistri Gasparis haslachij Symmeringẽsis ad lectorem.

Grammata gloriolam redolentia desine vanam:
  Mundani fastus suspicere illecebras.
Atq; philosophicos/ sacrosq; reuolue libellos:
  Turpia contẽnens scõmata musicolum.
Ausu quos diro Julianus apostata pressit:
  Quod fidei nouit fortia scuta sacre.
Hinc ea chalcotypis pulchris cirrata iuuentus:
  Sancta theologie que tibi scripta damus.
Perlege nocturnis vigili cum mente lucernis:
  Imprimis tu que es initianda sacris.
Nec te presbyterum quorũdam luxus inertum
  Abstrahat: ⁊ talus ocia scorta sopor.

¶ Lectio. I. A

Premissa in cubiculo cordis deuotissima spũssancti inuocatione: quaten᷒ qui huius diuinissimi est autor muneris: sit mentiũ nostrarũ illuminator ⁊ doctor intern᷒ sacri canonis. Cuius expositionẽ priusq̄ ordiamur: p̃mittenda sunt aliqua ad ꝯsecrationis actũ (ad quẽ canon etiã totius misse officiũ ordinat̃) requisita. (Ad cõsecrationẽ req̄sita.) Que tria sunt in gñe. Requirũtur eñ aliq̄ ex parte sacri ꝯficiendi: ꝯsecrãtis ministri circũstantiarũ tp̃is ⁊ loci. Et horum aliq̄ req̄runt̃ tanq̄ simpliciter ad ꝯsecrationẽ necessaria: ita q̄ eis nõ existẽtib᷒ nõ fieret ꝯsecratio eucharistie/ siue trãssubstantiatio panis ⁊ vini in corp᷒ ⁊ sanguinẽ xp̃i. Aliq̄ requirũtur de cõgruo/ tanq̄ decetia ad legitime ⁊ ordinate ꝯsecrandum: q̄bus nõ existentib᷒/ licet nõ ĩpediat̃ ꝯsecrationis effect᷒/ q̄ est trãssubstãtiatio: ĩpedit̃ tñ eucharistie fruct᷒. Que igit̃ ex parte sacri req̄runt̃: requirunt̃ de necessitate: q̄ ex parte circũstantiarũ: req̄runt̃ de cõgruo. Eorum vo q̄ req̄rũtur ex parte ministri/ q̄dã de necessitate req̄runt̃: q̄dã de cõgruitate. Ex parte sacri req̄rit̃ debita materia ⁊ debita cõsecrationis forma. De q̄bus infra suo loco dicet̃. Ex parte ministri aliq̄ req̄runt̃ de necessitate: aliq̄ de cõgruitate: vt dictũ est. De necessitate ministri req̄rit̃ ptãs ordinis: facultas sermonis: integritas intentionis. Propter defectũ p̃mi nõ pñt cõsecrare angeli/ mulieres/ nec laici/ nec aliq̄ nõ sacerdotes seu p̃sbyteri. Propter defectũ secundi/ repellunt̃ ab h̃ ministerio elingues ⁊ muti. Propter defectũ tertij excludunt̃ vsu rõnis carẽtes ⁊ fatui: etiã si fuerint sacerdotes. ¶ B Primo scz ptãti ordinis/ paulo latius ĩmorandũ est. Ubi in p̃mis ꝯsiderandũ/ q̄ multa cõpetunt ordini sacerdotali respectu corporis xp̃i/ tã mystici q̄ veri. Corp᷒ xp̃i mysticũ/ intelligo fideliũ congregationẽ/ ecclĩam videlz catholicã: s̃m illud apl̃i. Uos estis corpus xp̃i: ⁊ mẽbra de mẽbro. (i. cor. xij) Membra depẽdẽtia de mẽbro scz capite xp̃o cõmẽbro. glo. interli. Ipm dedit caput supra oẽm ecclĩam: q̄ est corpus eius. (Ephe. j.) Corpus xp̃i verum est corpulẽta suba de virgine maria/ operatiõe spũssctĩ sumpta: vel etiã natura humana/ diuine nature in supposito vbi vnita. de quo. j. dr̃. Et hoc s̃m duplicẽ acceptionem corpis: vt distinguit̃: vel ꝯ aĩam/ vel ꝯ spm̃. Sup vtrũq; corp᷒ insignes sacerdos accipit ptãtes Sup corp᷒ mysticũ ptãtem ligãdi/ soluẽdi/ docẽdi/ ꝯfortandi. ligãdi penis: soluẽdi a petis: docẽdi viã salutis: cõfortandi sacñs. Ad quorum expletionẽ Paulus eos hortatur. Attẽdite vobis ⁊ vniuerso gregi in quo vos spũssanctus posuit ep̃os/ regere ecclĩam dei: quã acq̄siuit sanguine suo. (Act. xx.) Ep̃os. i. sacerdotes: q͛ olim idem ep̃us ⁊ p̃sbyter sit Hiero. ad euãdrũ vel eugeniũ ep̃m. ⁊ habet̃ in canone. xciij. dist. Legim᷒. Sup corp᷒ xp̃i verũ ptãtẽ ꝯsecrãdi/ offerẽdi/ fidelib᷒ dispensandi. ¶ C Pro quorum clariori intellectu/ videndũ q̄d sit ptãs ecclĩastica/ ⁊ quotuplex. Ptãtem ecclĩasticam causaliter diffinit illuminatissimus doctor Joh. gerson cãcella. parisieñ. in tractatu de ecclesiastica ptãte sic. (Diffinitio ptãtis ecclesiastice.) Est ptãs a xp̃o supnaturaliter ⁊ spũaliter collata suis aplĩs ⁊ discipulis/ ⁊ eorum successorib᷒ legitimis vsq; in finẽ seculi ad edificationẽ ecclĩe militãtis s̃m leges euãgelicas/ ꝓ ꝯsecutiõe felicitatis eterne. In hac diffinitione causali ptãs ponit̃ ꝓ gñe. Est añt ptãs facultas ꝓpinqua ad exeundũ in actũ. Dicit̃ ꝓpinqua: quia obediẽtialis remota q̄ est in qualibet creatura rõnali respectu dei ad quãlibet hierarchicã actionẽ nõ dr̃ ptãs ecclesiastica. Dicit̃ etiã potẽtia ꝓpinqua/ q̄ in passum dispositũ remotis impedimẽtis statim exire põt in actũ. Causa efficiens p̃ncipalis tangit̃/ cum dr̃/ a xp̃o supnaturaliter collata. Non eñ inest ecclĩastica ptãs a p̃ncipijs nature: sed ab eo q̄ naturã condidit. Causa materialis vel subiectiua notat̃/ cum dr̃/ Aplĩs ⁊ disci. ⁊c. Formalis insinuatur cum additur/ s̃m leges euangelicas: dant eñ formã

vtendi. Causa finalis concluditur/cū subditur. Ad edificationē ecclesie militantis/ꝑ ꝯsecutione felicitatis eterne. Additū etiā est: spālr/ad exclusionē donoꝝ supnaturaliū/que possunt esse cōia oi viatori: qualia sunt fides/spes/charitas/ pphetia/timor/pietas ꝛc. Per has particulas ois alia ptās excluditur: qm̄ ois alia ptās vel est naturaliter indita: sicut potestas corporalis/quoad cām efficientē. Vel est fm leges humanas regulata: sicut potestas secularis quoad cām formalem. Vel est radicata in habentibus eā fm dona naturalia etiā vbi supernaturalia: vtputa fides/spes/charitas/nō adessent. Vñ ptās secularis ꝯtra quā distinguitur ptās ecclastica: cōuenit alijs ꝙ christianis. Ptās aūt ecclastica de necessitate fūdatur in dono supnaturali/scz charactere baptismali de cōi lege: qui character viatores facit esse de eccl'ia militāte: ꝛ ita capaces ecclastice ptātis. Tamen charitas seu gratia gratūfaciēs: etsi valde decēs sit suscipientib' ecclesiasticā ptātem: nō tñ exigit pro dando titulo quasi sine ea nō possit inesse ecclastica ptās: prout vvaldensiū heresis errādo asseruit. ¶ D Legit aūt in euāgelio sextuplex ptās a xp̄o data aplīs/discipulis/ꝑ se ꝛ coꝝ successoribus/ministris scilz eccl'ie quales sunt epi ꝛ presbyteri. Unde Anacletus papa. xxi. dis. In nouo. ait. Aplīs decedentibus: in locū coꝝ surrexerūt epi. Et sequitur. Videntes aūt apli messem esse multā/ꝛ operarios paucos: rogauerūt dñm messis vt mitteret operarios in messem suā. Unde ab eo electi sunt septuagintaduo discipuli. quorū typum gerūt presbyteri/atq3 in coꝝ loco sunt ꝯstituti in ecclesia. Hec ibi. Sex ḡ ptātes p̄dicte prout eas colligit do. Petrus de aliaco cardinalis he sunt. Ptās ꝯsecrationis: sacroꝝ administrationis: p̄dicationis: iudiciarie correctionis: dispositionis ministroꝝ eccl'ie: accipiendi vite necessaria ab his q̄bus spūalia administrant. De primis duabus magis ad ppositū: eo ꝙ conferri videntur in ordine sacerdotali. Prima igitur ptās est ptās ꝯsecrationis: qua q̄libet sacerdos rite ordinatus ꝯficere pōt corpus ꝛ sanguinē dñi iesu xp̄i. Hanc ꝯtulit dñs in vltima cena/cū dixit. Hoc facite in meā cōmemorationē. Hec ptās quoq3 dr̄ character vel ptās ordinis: de quo infra lati' dicendū erit. Scd̄a ptās/scz administrationis sacroꝝ ꝛ spāliter sacramēti pnie/est ptās iurisdictionis spūalis in foro pnie: q̄ dr̄ ptās clauiū: q̄bus sacerdotes possunt aperire celū ꝛ claudere. Aperire dignis: claudere idignis. Per pctm̄ enī mortale q̄libet peccans claudit sibi celū: q: p̄stat sibi impedimentū intrandi celū/ꝛ gaudia paradisi. Ad cui' admotionē cōtulit deus ptātem eccl'ie: q̄ discernere pōt in causa ꝑpter quā celū claudit/ꝛ ferre sniam/pnūciando illū dignū/ꝛ illū indignū. Dignū dolentē de pctis et ea ꝯfitentē: indignū nō dolentē de pctis: q̄uis ꝯfitentē. Et hoc est celum aperire: ꝛ celū claudere quātum ptinet ad ministeriū sacerdotū. Et autoritas hec faciendi vocatur ptās clauis. Que duplex est/scz autoritas cognoscēdi in cā pctōris ꝯfitentis: ꝛ autoritas sententiandi/q̄ dicūtur claues. Prima clauis sciētie: secūda clauis ptātis. Vñ clauis scie nō est scia habitualis vel actualis vt q̄dā putauerunt: q: etsi autoritas cognoscēdi requirat sciam vel discretionē comitantē rectū vsum eius: quēadmodū etiā clauis ptātis requirit iusticiā ad rectū vsum sui. Tñ sicut ptās iudicādi nō est iusticia: imo pōt esse sine iusticia: ita ptās vl' autoritas cognoscēdi in aliq̄ cā nō est scia vel discretio: q̄nimo pōt esse sine discretiōe cognoscēdi. De q̄ pulchre loquit doctor subtilis dist. xix. iiij. Concordat alexā. de ales p. iiij. q. lxxviij. ar. ij. mē. iij. ¶ E Hec ptās pmissa fuit petro a dño/cū dixit. Tibi dabo claues regni celoꝝ ꝛc. Promissa fuit etiā oibus aplīs/cū dixit. Amen dico vobis quecūq3 ligaueritis sup terram/erunt ligata ꝛ in celis. Et quecūq3 solueritis sup terrā erūt soluta ꝛ in celis. Collata vo fuit eis in die dñice resurrectionis: dū apparens eis iesus in ꝯclaui cōgregatis insufflāuit/ꝛ dixit: Accipite spm̄ sanctū quoꝝ remiseritis pctā;

Mat. ix
Luce. x.
Lu. xxij.
Clauis ecclesiastica duplex.
Matth xvi.
Matth xviij.

remittuntur eis. Johā. xx. He due potestates cōsecrationis ꝛ clauiū/dicuntur ptātes ordinis sacerdotalis: neq3 eedem sunt: neq3 simul tpe collate aplīs. Quarū vna respicit ꝯsecratione corporis xp̄i veri: qm̄ habens eam consecrare pōt verū corpus ꝛ sanguinē xp̄i virtute verborū sacralium. Secūda respicit corpus xp̄i mysticū seu membra eius: q: habēs eā pōt soluere ꝛ ligare pctōres: fideles tñ qui sunt mēbra eccl'ie numero etsi nō merito: licet solutione fiant etiā mēbra merito. Prima vt dictū est: collata est aplīs in cena ante xp̄i passionē. secūda post resurrectionez. Et videt ꝙ etiam mō in ordinatiōe sacerdotis distinctis actibus ꝛ tpibus ꝯferantur. Primā enī cōfert ordinator epūs ordinādo/cum tradēs ei calicem cū vino ꝛ aqua pane suprapposito dicit. Accipe ptātem offerendi ꝛ cōficiendi ꝓviuis ꝛ mortuis. Scd̄am vo tradit aliq̄b' interpositis/ponēs manū sup caput eius ꝛ dicēs. Accipite. s. quoꝝ re. pctā ꝛc. Et si in collatione cuiuslibet ptātis imprimit spālis character: vt quidā tenēt: ꝛ recitat Sco. dist. xix. iiij. tanq̄ pbabiliter dictū: tūc tres sunt characteres ordinē sacerdotalem integrātes fm tres ptātes collatas. Et si collata p̄ma/scz ptāte ꝯsecrandi/nō pcederet epūs ad collationē aliarū: nō esset ille pfecte in sacerdotē ordinatus. Posset q3 cōficere corp' christi: nō tñ ligare ꝛ soluere pctōres: q: adhoc nōdū fuisset sibi collata ptās. Ex h videt opinio quorūdā doctoꝝ min' pbabilis/dicētiū ꝙ vna est ptās sacerdotalis fm essentiā ꝛ radicē: sed multiplex fm effectū. Quodq3 cū aplīs in cena data fuit ptās ꝯsecrādi sup corpus xp̄i verū: etiā collata sit eis potestas sup totū corp' xp̄i mysticū/ipm scz in mēbris eius ligādi ꝛ soluēdi: nam verba illa. Hoc facite in meā cōmemorationē. q̄bus tradita est p̄ma ptās: nullū penit' ordinē habēt vel habitudinē ad scd̄am ptātez. Neq3 enī significant ipm nec exp̄mūt: qđ tñ regulariter fit p verba quibus aliqua cōfertur ptās. Quō enī alr̄ sciretur ꝙ collata esset hec vel illa potestas. Et p̄terea cū verba sacralia hoc qđ significāt efficiūt: ꝛ verba q̄bus p̄ma ptās ꝯfert secūdam ptātem penitus nō significent: sequitur ꝙ neq3 ipsum conferant. ¶ Lectio. ij. A

HEc potestates sacerdotales

Hec potestates sacerdotales equales sunt in oibus rite ꝯsecratis sacerdotibus/maioribus ꝛ minoribus: hoc est epis et simplicibus sacerdotibus. Sunt etiā inauferibiles. Ratio p̄mi patet ex p̄missis: q: cuilibet sacerdoti indifferēter cōferūtur p easdē verboꝝ formas: ꝛ per eorūdem exhibitionē signoꝝ quasi materiaruz: dicente ordinatore sup quēlibet. Accipe ptātem celebrādi ꝛc. Ac porrigēte cuilibet calicē cū pane ꝛ vino rursus ad manuū impositionē cuilibet. Accipite spm̄ sanctū quoꝝ remise. ꝛc. He forme sicut eedē: ita ꝛ eiusdē efficacie sunt in oibus: sicut ꝛ alie forme sacrales quātuz est ex parte earū. Itē iidē characteres imp̄mūtur oibus sacerdotibus in sua ordinatiōe: in q̄bus fundant he potestates. Ratio secūdi scz inauferibilitatis est: q: character in sacerdotali ordinatione imp̄ssus manet: nec vnq̄ deletur: ꝛ p ꝯñs nec ptās q̄ in eo fundatur. Est enī character forma supnaturalis a deo creata: q̄ p nullā virtutē creatam corrūpi pōt. Eius nāq3 desitio annihilatio est: ad quā virtus creata se nō extendit: sicut nec ad creationē. Neq3 a deo tollit ꝑpter quodcūq3 pctm̄: sicut cetera dona supernaturalia/quo modo charitas tollitur ꝑpter pctm̄ mortale. fides ꝑpter heresim. spes ꝑpter desperationē q: character sacerdotalis confertur a deo/etiaz existenti in pctō mortali/etiam actu peccandi: vt si quis cū ꝓposito peccādi suscipit sacramentū ordinis: ꝛ ideo nulli peccato repugnat. Quantūcunq3 igitur sacerdos suspendatur: excōicetur: degradetur: semp manet in eo potestas ꝯsecrandi. similr ꝛ autoritas ligandi ꝛ soluendi. In cui' signū cū hi reconciliātur ecclesie: nō reordināntur in sacerdotes: qđ tñ foret necessariū/si ptās sacerdotalis per

huiuſmodi actus auferretur. De hoc btūs Augu. repro-
bans poſitionem Cypriani dicētis / ꝙ heretici vera ſacr̄a
nō habēt. Et illoꝝ qui dixerūt / ꝙ ſacerdos recedens ab
eccl̄ia baptiſma nō amittit: ſed ordinē. Ad permenianuꝫ
ſcribēs ait de hereticis ⁊ dānatis: ⁊ habet. j. q. j. ꝙ quidā
Q̄ð q̄dā dicūt ꝙ baptiſma qð accepit nō amittit q̄ rece-
dit ab eccl̄ia: ius t̄n dandi qð accepit amittit (.i. ordinem
glo.) multis modis apparet fruſtra ⁊ inaniter dici. Pri-
mo: q: nulla oſtendit cauſa cur ille qui baptiſma amitte-
re nō pōt: ius dandi poſſit amittere. Utrūq; em̄ ſacr̄m eſt
⁊ quadā ꝯſecratione hoī datur: illud em̄ cū baptizatur:
illud cū ordinat: ⁊ ideo nō licet catholico vtrūq; ſcꝫ ſa-
cramentū iterari. Nā ſi q̄n ex parte ipſa veniētes etiā pre-
poſiti pro bono pacis correcto ſciſmatis errore ſuſcepti
ſunt: et ſi viſum eſt opus eē vt eadē officia gererēt q̄ age-
bant: nō ſunt rurſus ordinādi: ſed ſicut baptiſm⁹ in eis:
ita ⁊ ordinatio manſit integra: q: in ꝓciſione fuerat vitiū
qð vnitate pacis eſt correctū: nō in ſacr̄is q̄ vbicūq; ſunt
ipſa ꝟa ſunt. Et infra eodē. De his q̄ ab vnitate eccl̄ie ca-
tholice ſeparati ſunt: nulla iā q̄ſtio eſt: q̄n habeāt ⁊ dare
poſſint ſacr̄a: ſed ꝑniciose habent: ꝑniciosēq; tradūt / qui
extra vinculū pacis ſunt. Neutri ſacr̄o iniuria faciēda eſt
ſicut nō recte habet q̄ ab vnitate recedit: ſed t̄n habet: et
ideo redeūti nō reddit: ſic etiā nō recte dat qð accepit: et
t̄n qð ab eo accipit / venienti ad vnitatē nō iterat. Ex qui-
bus verbis Aug. ꝯſtat in oībus tam apoſtatis q̄ hereti-
cis aut dānatis manere ſacr̄a xp̄i ꝟa / quātum ad ſe ⁊ ſan-
cta: licet ad dānationē ſint habentis / dantis ⁊ recipiētis.
¶ B. Ex his infero / ꝙ ꝑiculoſe errāt dicētes ſacerdotē
in pctō mortali exiſtentē non ꝯficere: q: ptās cōficiendi
nō fundat in gr̄a: nec ipſam neceſſario ꝑſupponit: ſed vt
dictū eſt: in charactere ſacerdotali quē ſm legē ſtatutam
prerequirit. In cuius ſignū chriſtus in cena cū ap̄los ſu-
os ſacerdotes ordinauit: ordinauit ⁊ iudā ꝓditorē ſumm
ſacerdotem ſm doctores: qui t̄n tunc nō fuit in gr̄a: quia
iam poſt buccellā panis intrauit in eū ſathanas. Cōſtat
ḡ ꝙ tunc recepit conſecrandi ptātē. Si ḡ tunc in debita
materia cū certa verboꝝ forma ꝯſecrare attentaſſet: cur
nō ꝯſecraſſet. Par ratio eſt de quolibet ſacerdote. Unde
btūs Aug. in lib. de corpore dn̄i ait. Intra eccl̄iam catho-
licam in miniſterio corporis ⁊ ſanguinis dn̄i nihil a bo-
no maius: nihil a malo min⁹ ꝑficitur ſacerdote: q: nō in
merito ꝯſecrantis: ſed in verbo efficitur creatoris ⁊ vir-
tute ſpūſſancti. Infero ſcðo ex ꝑdictis ꝙ ſilr errant dicē-
tes / ſacerdotē in mortali pctō exiſtētē nō poſſe quē abſol-
uere a pctīs. Patet ex eodē fundamento: q: ptās clauiū
ex chriſti ordinatione gratiā nō prerequirit / vt recipiat:
ſed ptātem dūtaxat ꝯficiendi. Non em̄ voluit dn̄s aliquē
hr̄e ptātem ligandi vel ſoluēdi ſuꝑ corpus chriſti myſti-
cum: niſi haberet ptātem ſuper corpus chriſti verū. Et ſi
ad hoc nulla ſit autoritas expreſſa canonis: ſufficit ritus
⁊ vſus eccl̄ie: que maioris eſt autoritatis autoritate cuiuſ-
cūq; doctoris particularis. vnde btūs Aug. ex dictis Ba-
ſilij inquit diſt. xi. eccleſiaſticarū. Eccleſiaſticarū inſtitu-
tionū quaſdā in ſcriptis: quaſdā ꝟo apoſtolica traditio-
ne per ſucceſſores in miniſterio cōfirmatas accepimus:
quaſdā ꝟo conſuetudine roboratas approbat vſus: qui-
bus par ritus ⁊ idem vtriſq; debetur pietatis affect⁹. Et
in ep̄la ad Ianuariū diſt. xij. illa aūt. Illa aūt / que nō ſcri-
pta: ſed tradita ſunt cuſtodim⁹: q̄ quidē toto orbe terra-
rū obſeruātur: datur itelligi vel ab ipſis ap̄lis: vel ex ple-
narijs ꝯcilijs: quoꝝ eſt i eccl̄ia ſaluberrima autoritas: cō-
mendata atq; ſtatuta retineri. ¶ C. Sed forte q̄s obij-
ceret: chriſtus priuſq̄ ap̄lis diceret. Quoruꝫ remiſeritis
pctā remittuntur eis: premittit. Accipite ſpiritūſanctū: ḡ
videt ꝙ gratia ſpūſſancti requiratur ad ſuſceptionē pre-
dicte ptātis. Ad qð dicendū ꝙ ſpūſſanctus dupliciter et
datur ⁊ accipit: videlicet in gratia gratūfaciēte: ⁊ in gr̄a
gratis data. Primo mō datur ad ꝑſonalem ſanctificatio-
nem recipientis. Secūdo mō nō ſemꝑ ad perſonalē ſan-
ctificationē: ſemper aūt ad eccl̄ie vtilitatem. De prima dr̄
Iuſtificati gratis per gratiā ipſius / ſcꝫ chriſti. glo. ꝑ gr̄a- Ro. iij.
tiam chriſti q̄ donū dei eſt. Maximū autē donū ſpūſſan-
ctus eſt. vnde ⁊ dr̄: ibidem. c. v. Charitas dei diffuſa eſt in
cordibus veſtris ꝑ ſpm̄ſanctū q̄ datus eſt vobis. Gratia
aūt que iuſtificat charitas eſt: aut ei inſeparabiliter con-
iuncta: q̄ datur ſemꝑ ad ſanctificationē: q: ipſa eſt q̄ ope-
rit multitudinē pctōꝝ. De ſcða. j. Cor. xij. Alij ꝑ ſpiritum puer. x.
datur ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie ſm eundē ſpm̄ ⁊. j. Pe.
alij fides in eodē ſpū: alij gratia ſanitatū in vno ſpū: alij iiij.
operatio virtutū: alij ꝓphetia. Premiſit aūt ap̄ls. Uni-
cuiq; datur manifeſtatio ſpūs ad vtilitatem. Diuiſa ſunt
dona: nō ad meritū alicuius ſingulariter dantur: ſed ad
vtilitatem eccl̄ie edificande. Q̄ð aūt non detur ad ꝑſona-
lem vtilitatem: patet: q: ſic datur ⁊ reprobis: q̄bus alle-
gantibus in iudicio recepta dona ⁊ dicētibus: Domine
nōne in noīe tuo ꝓphetauimus: ⁊ in noīe tuo demonia Matth.
eiecimus: virtutes multas fecimus: dicturus eſt domin⁹ vij.
Nunq̄ noui vos. glo. i. in nullis approbaui. Itaq; ap̄li in
ptāte ligandi ⁊ ſoluendi / receperūt quidē ſpm̄ſanctū: q:
ipſa poteſtas ligandi atq; ſoluendi donū eſt ſpūſſcti: ſed
gratis datum. Unde non dixit dn̄s. Accipite gratiā ſpiri-
tuſſancti / vt accipiatis ptātem remittendi pctā: vel vt re-
mittatis pctā: ſed ait. Accipite ſpm̄ſanctū quoꝝ remiſeri-
tis pctā ⁊c. quaſi dī. Accipite donū ſpūſſancti / ptātem ſcꝫ
remittendi pctā: ⁊ accipientes hoc donū ſpūſſancti / ſpm̄
ſanctū recipitis. Nec t̄n negandū ꝙ xp̄s dedit his verbis
⁊ ſigno flatus ap̄lis augmentū gr̄e ⁊ charitatis. Sed nō
dedit illam vt diſpoſitionē preuiā / neceſſario requiſitam
ad ſuſceptionē poteſtatis clauiū: ſed tanq̄ diſpoſitioneꝫ
de cōgruo vt digne recipiatur: ſicut ⁊ nūc gratia cōfert
in collatione ordinū: niſi impediat obex in ſuſcipiēte ad
dignā ptātis executionē. Unde etſi nō ad ſuſceptionem:
neq; ad executionē poteſtatis clauiū ſimpliciter requiri-
tur gratia gratūfaciens / requirit tamen ad dignā ptātis
clauiū ſuſceptionē / eiuſq; dignā executionē. Unde ſicut
ordinādus ſe diſponere debet / vt ſine pctō recipiat ordi-
nis ſacramentū: ita etiam curet mūdus eſſe a peccato: vt
digne actum recepte exequatur ptātis: q: teſte btō Aug.
ꝯtra donatiſtas. Nemo digne abſoluit: niſi colūba vl' co-
lumbe mēbra. Colūba. i. chriſtus. Mēbrū colūbe / a pec-
cato mūdus. ¶ D. Et pro dictoꝝ ꝯfirmatione / pōt ar-
gui per locū a maiori: ſi ad recipiendū ⁊ exequēdum po-
teſtatem ꝯſecrandi verū corpus xp̄i / non requirit neceſ-
ſario gr̄a gratūfaciens in miniſtro q̄ maior eſt: multomi-
nus requiritur in ptāte minus digna / reſpectu ſcꝫ corpo-
ris chriſti myſtici: ſed ibi nō requirit: vt dictum eſt: ḡ nec
hic. Concordat his magr̄ diſt. xix. lib. iiij. allegans illud
Hiero. ſuꝑ illo verbo Matth. xvi. Tibi dabo claues re-
gni celoꝝ. Dat deus benedictionē digne poſcenti ꝑ indi-
gnū miniſtrū. Fallit aūt ⁊ fefellit multos vulgata ſn̄ia:
q̄ ligatus eſt / aliū ſoluere quō pōt. Q̄ð vtiq; verū eſt de
ligatura corporali: ⁊ dum hec mēbra ligata ſunt: quibus
⁊ nō alijs ſoluere pōt. Alioq̄n nihil ꝓhibet pedibus cō-
peditū / ⁊ manib⁹ liberū / vincula alterius ſoluere. In ꝓ-
poſito aūt nulla eſt ligatura corporalis: ſed dūtaxat liga-
tio ꝑ preceptū. Preceptū em̄ videt ſacerdotib⁹ / vt digne
⁊ iuſte opera ſui miniſterij exequātur: nā Leui. xxi. preci-
pitur. Hō de ſemine aaron qui habuerit maculā: nō offe-
rat panes corā dn̄o: nec accedat ad miniſteriū eius. Per
maculam vitiū intelligit: vt dicit glo. vn̄ Aug. Ablata eſt
oīs dubitatio. Nemo ſummoꝝ vel ſecūdoꝝ ſacerdotum
debet ad ſancta accedere / ſi immūdus eſt. imo videt eſſe
de iure naturali: vt hō ſancta ſancte ptractet: vt dicit ſan- Deute.
ctus Tho. in. iiij. vbi infra. Item iuſte qð iuſtum eſt exe- xvi.
queris. Sacerdotes qui accedūt ad dn̄m ſanctificentur: Exo. xix.
ne percutiat eos. Et per Eſa. ꝑcipit dn̄s. Mundamini q̄
fertis vaſa dn̄i. Eiuſdem. lij. ¶ E. His alijſq; autorita-
tibus moti ſctūs Tho. Alber. Petrus de tharā. dicūt / ꝙ
ſuſcipiens vel exequēs ordinem in peccato mortali / mor-

taliter peccat: q2 facit ɔtra preceptum diuinū. Unde sanctus Tho. in. iiij. scripto dist. xxiiij. q. iij. dicit/ ꝙ sanctitas vite requirit ad susceptionē ordinis cuiuslibet: nō de necessitate sacramēti: sed necessitate p̄cepti. Un̄ si malus ordinat: nihilomin⁹ ordinem habet/ tñ cū pctō: nā in quolibet ordine quasi p̄sumptuosus mortaliter peccat: qui cū ɔsciā pcti mortalis ad ordinē accedit. Hoc quoad ordinis susceptionē. Sed quoad executionē actuū ordinis subdit circa finē. q. Lex p̄cipit vt hō iuste ea q̄ iusta sunt exequatur. Et iō quicū𝔮 hoc qđ sibi cōpetit/ scȝ rōne ordinis facit indigne: qđ iustū est iniuste exequit: ⁊ contra p̄ceptū legis facit: ac p hoc mortalr̄ peccat. Quicū𝔮 aūt cū pctō mortali aliqđ sacrū officiū pertractat: nō est dubiū qn indigne illud faciat: vnde patet ꝙ mortaliter peccat. Et infra. Quādocū𝔮 minister exhibet se in aliquo actu vt ministrū eccl̃ie in mortali pctō/ mortaliter peccat: ⁊ totiens mortalr̄ peccat quotiēs hmōi actū facit: q2 vt dicit Dionysius ca. j. celestis hierarch. Immūdis nec symbola. i. nec sacramētalia signa tangere fas est. Un̄ quando tāgunt res sacras q̄si suo officio vtentes/ mortalr̄ peccāt secus si in aliq̄ necessitate aliqđ sacrū ɔtingerēt vel exequerētur: in eo casu in quo etiam laico liceret: sicut si baptizaret in articulo necessitatis. Uel si corp⁹ xp̄i in terra piectū/ colligeret. Loquit semp de existēte in pctō mortali. Hec sn̄ia etsi nō oibus placet tanꝙ nimis dura: videtur tñ firmis scripture radicib⁹ innixa. Et ideo eccl̃ie ministris solicitius formidāda. ¶ F Sic ḡ in p̄posito nō est nisi ligatura p̄cepti/ p̄pter quā factū ɔtra p̄ceptū nō est irritum: ꝙuis peccent p̄ceptū transgredientes. Et est simile in ciuilibus. Precipiat dn̄s seruo suo/ ne certū vinculatū soluat: iam seru⁹ ille ligatus est/ eo modo quo precepto ligari dicimur. Cōstat aūt ꝙ seru⁹ ille cōtrauenire pōt p̄cepto dn̄i ⁊ ligatū soluere. Qđ si facit: nō min⁹ solutus est q̄ vinctus fuerat: ꝙ si p̄ceptum de nō soluendo sup ipsum latū nō fuisset. Ita in p̄posito. Preceptū non ligat corporaliter seu realiter ptātez clauiū/ ne ipam habens possit exire in ptātis actum/ sed ligat ne licite possit sed nec pctō mortali ligatur/ ne aliū a mortali soluere possit: qm̄ etsi mortali pctō ligatus est/ ne possit p̄ficere actus meritorios: ⁊ ita quasi pedib⁹ bonarū affectionū tenetur ɔstrictus: nō tñ ligatus est pctō mortali quātum ad illud quo soluit. i. ptātem clauiū q̄ manib⁹ aīe poterit cōparari. Claudicat ḡ popularis illa similitudo transferendo ligationē corporalē ad ligationē p ꝓhibitoriū preceptum vel p mortale pctm̄. Et rōnabiliter misericorditer𝔮 dn̄s ordinis ptātem siue ad suscipiendū: siue ad exercendū impediri noluit simplr̄ pctō suscipientis et exequētis: ne hierarchicus ordo eccl̃ie instabilis sit/ incert⁹ totus𝔮 cōfusus. Cum em̄ nemo sciat an amore vel odio dignus sit: ⁊ hoc de seipso: multomin⁹ de alio nunꝙ securi esse possent subditi: sed nec p̄sidentes. Quippe semper dubitare haberent pctōres/ an fuerint rite vere ⁊ sacramentaliter absoluti: cū semp dubitarent de mundicia sacerdotis ex multis ɔtra eos ɔceptis suspitionib⁹. Sed ⁊ ipsi sacerdotes/ si ptātem in ordinatione rite susceperint: si etiam recepta potestate vere consecrent. si absoluant ⁊c. cum se tūc vel nūc charitatem habuisse aut h̄re ignorent. Et licet in his nō possit haberi certitudo euidētie absq𝔮 diuina reuelatione/ p̄pter intentionē ordinantis/ consecrantis/ absoluētis q̄ alijs ignota est: ƀm illud. Homo videt q̄ patent: deus aūt intuetur cor. Credibili⁹ tñ est/ ⁊ verisimili⁹ intentionē debitā fuisse cōsecrandi/ ɔferendi/ ordines recipiendi ⁊ ḡnaliter exequēdi/ ꝙ oppositū. Sec⁹ de ministroꝝ scītate. ¶ G Preterea nō videt diuine bonitati ɔsentaneū/ alterū p alterius iniquitate puniri: in his p̄sertim q̄ ad salutem ptinent: duȝ ille alteri in sua malicia nō cōicet. Sed si pctōrem ɔtritentez: ⁊ ad absolutionē recipiēdā ƀm humane fragilitatis possibilitatē se disponentē: sacerdos p̄pter occultū suū peccatū nō absolueret: puniret pctō: p̄pter pctm̄ alienum cui nō cōicasset. contra illud. Filius nō portabit iniquitatem patris. Justicia iusti sup eum erit: ⁊ impietas impij sup eum erit ⁊c. Iterum rōnabile est/ vt deus assistat sacramēto pnīe ad pctōꝝ remissionem quā significat. Assistat dico certitudinaliter respectu significati in fieri: ne p̄pter signi incertitudinē negligat qs sacramentū suscipere. Nam quis hoim sue fame zelator: alteri hoi cordis sui secreta forefacta aperiret: nisi firmissime crederet deū assistere sacerdoti ad remissionē suoꝝ pctōꝝ: dū in se confitente nō sit obicis impedimentū. Nemo pro re dubia ⁊ pene neutra rem tā difficilem ⁊ naturali inclinatione cōtrariā: qualis est pctōꝝ ɔfessio: subiret: q̄ necessario p̄requirit sacr̄ali absolutioni. Hec paulolatius de ptāte ordinis inserere placuit: que materie nostre nō impertinentia videbantur.

Deute. xvi.

Ecc̃s. ix

I. Regū xvi.

Ezech. xviii.

¶ Lectio. iij. A

Tertia potestas ē potestas dispositiōis ministroꝝ eccl̃ie: quoad determinationē iurisdictionis ecclesiastice: vt euitetur ɔfusio ⁊ dissensionis materia: ⁊ in pp̄lo ⁊ inter ministros/ si hi equaliter ⁊ indistincte de oī pp̄lo curā haberēt. Et hec ptās collata est singulariter petro ⁊ eius successoribus: vbi ait ei singulariter xp̄s Pasce oues meas. Idipsum tertio repetens. i. sis pastor ⁊ p̄latus generalis: vt scȝ ad te ptineat dispositio ⁊ regimē generale ouiū ⁊ ouilis. ¶ Pro quoad maiorem eoꝝ q̄ dicta sunt: elucidationē notandū/ ꝙ iurisdictio cōsistit in quadā p̄latione seu superioritate sup certam plebem vel psonam. Quia đ: iurisdictio quasi autoritas vel potestas dicendi ius. Hoc aūt nulli cōpetit respectu alterius: nisi sup ipm habeat quādam p̄lationē. Et diuidit quātū ad p̄positū sufficit/ q2 q̄dā est coerciua: de q̄ infra dicet: quedam nō coerciua: ⁊ hec est que requirit in foro interiori ad absolutionē pctōꝝ: q2 hec ministrat materiā priori potestati/ ligandi scȝ ⁊ soluendi/ hec ptās iurisdictiōis in sua plenitudine residet i summo pontifice/ quoad totā eccl̃iam vniuersalem: q2 ipsius solius est vniuersaliter instituere rectores ⁊ p̄latos in eccl̃iastica hierarchia: cū ipsi soli dictū sit. Pasce oues meas. Ubi christus non distinxit inter has ⁊ illas: sed generaliter omniū curā sibi cōmisit. Ab eo ergo descendit mediate vel imediate oīs ecclesiastica iurisdictio in inferiores p̄sidentes: quos vocat ad se in partē solicitudinis: cū ipse vocatus sit in plenitudinē potestatis: vt in ca. Ad honorē. de autoritate et vsu pallij Innocē. iij. In inferioribus vero p̄latis est hec potestas limitata/ ƀm summi sacerdotis rationabile arbitrium. Unde ep̄s nullos pōt ligare vel soluere nisi de sua diocesi: vt in ca. Nullus. de parochijs ⁊ alie. paroch. Sic etiam curatus in alienos sue parochie nō subiectos absoluendi nullam habet potestatem. Unde. xiij. q. j. Ecclesias. dicitur: Statuimus vt nullus alterius parochie terminos aut ius inuadat. Sit vnusquis𝔮 suis terminis content⁹: ⁊ taliter ecclesiam ⁊ plebem sibi cōmissam custodiat: vt ante tribunal eterni iudicis ex omnibus sibi cōmissis rationem reddat: ⁊ nō iudicium: sed gloriā pro suis actibus percipiat. ¶ B Hec potestas iurisdictionis in foro anime interiori non est potestas ordinis: nec confertur in ordinis susceptione. Nam eoipso quo aliquis ordinatus est presbyter: non est constitutus prelatus: nec curator alicuius persone vel plebis. Presupponit tamen eam: ⁊ fundatur in potestate ordinis sacerdotalis: quia nulli cōmittitur nisi sacerdoti potestatem clauiū ex ordine habenti. Non em̄ per potestatem iurisdictionis datur noua potestas absoluendi sacramētaliter: sed materia subijcitur: in quā accepta ptās clauiū valeat exerceri. Coherent ergo sibi he due potestates clauium et iurisdictiōis quantū ad foꝝ aīe. ita ꝙ vna sine alia nō sufficit ad soluendū a pctis. Nō sufficit dico/ nedū ad ordinate ⁊ licite absoluendū: sed simpliciter ad absoluēdū: ita ꝙ si sacerdos tētauerit absoluere nō suū: nō mō pec-

Joh. vl.

cat mittendo falcem in messem alienã: sed omnino nihil facit: qm̃ a nõ suo iudice ligari nullus valet vel absolui: in.c.qđ autem.de peni.ꝛ remis.ꝛ eo.titu.c. Omnis. dicit Inno.iiij. Cum volentem cõfiteri nõ suo sacerdoti id fieri debere decernit de fauore ꝓprij sacerdotis: cũm subdit dicẽs: Cum aliter ipse illum nõ possit soluere vel ligare. Itaqꝫ ad absoluendũ requirit potestas clauiũ: ꝛ materia in quã absolutio recipiatur seu ad quã terminet. Sicut tam in naturalib⁹/ꝙ artificialib⁹ ad agendũ requirit potentia seu virtus agẽdi/ꝛ materia in quã actio terminetur. Potestas itaqꝫ agẽdi/potestas est clauis. Materia ꝓpinqua siue ꝑ se/est peccatũ. Materia secũdaria siue per accidens/peccator subditus. Subditus dico duplici subiectiõe: subiectione scʒ volũtaria: ꝛ subiectione prelati supioris. Utraqꝫ subiectio reqrit: nã quãtũcunqꝫ peccator sit subiect⁹ per prelatũ sacerdoti parochiali: nisi tñ volũtarie se subijciat eidẽ: a peccatis nõ absoluetur. Quis eñ diceret aliquẽ inuitũ absolui in foro cõsciẽtie. Similiter quantũcunqꝫ quis voluntarie se subijciat alicui sacerdoti: nisi talis sibi prefectus sit a supiore: absoluere eũ nõ potest. Facit ad hoc.c. peruenit.xvj.q.j. Ubi paschasius papa decernit nullũ penitẽtiã ac peccatorũ remissionẽ dare posse absqꝫ ꝓprij epi fauore vel aplice sedis autoritate: prout hoc de monachis specialiter statutũ est in cõcilio chalcedonẽsi.ca.q.c.qui vere. Et h̃ quidẽ rõnabiliter: ne scʒ p̃beat incẽtiuũ delinquẽdi. Qđ certe preberet. si qlibet ꝓ sua volũtate posset a quocũqꝫ sacerdote absolui. Tolleret etiã ex hoc nõ parũ erubescentia pctõris: q̃ magna pars est satisfactiõis. Tolleret insuper cura ꝛ solicitudo sacerdotũ: quã adhibent circa salutem suorũ subditorũ: si pro libito subditorũ viderẽt se contemptos in hui⁹ sacramẽti susceptione. ℭ ℭ Ex his infero correlariũ: ꝙ sacerdotes simplices nõ curati/nõ possunt sibimuicẽ absolutiõis bñficiũ impẽdere/sine sui superioris fauore cõcurrẽte. Patet ex dictis: qꝛ nullus eorũ habet sup aliũ iurisditionẽ. Neqꝫ eñ sacerdotes excipiũtur ab illa sacra lateranẽ. cõcilij cõstitutione qua precipit oĩbus vtriusqꝫ sex⁹ fidelib⁹ suo proprio sacerdoti: vel de ei⁹ fauore petito ꝛ obtẽto alteri cõfiteri. de peni. et remiss. Omnis. Qđ vero ibi addit: ad minus semel in anno: speciuocat p̃ceptũ/quantũ ad partem eius affirmatiuã: ꝫm quã nõ obligat ꝓ semp: sed pro certo tẽpore. Sed nõ dat libertate extra id tẽpus cõfiteri alieno sacerdoti: qꝛ eadẽ causa est extra id tẽpus specificatũ ꝛ in illo. Illa scʒ qꝛ vtrobiqꝫ deficit iurisditio sacerdoti alieno. Hinc de peni.dist.vj. Placuit. Urbanus papa scđs generaliter statuit: ne quis sacerdotũ alienũ absoluat. Ait eñ: Placuit vt deinceps nulli sacerdotũ liceat quẽlibet cõmissum alteri sacerdoti/ad penitẽtiã suscipẽre/sine eius ꝯsensu cui primo se cõmisit. Glo. sup verbo cõmisit.i.cui⁹ parochianus est. ꝛ causam addit glo. Ab alio eñ nõ põt ligari vel solui. Uerũ de isto cõsensu reqsito altercatio est iter doc. quibusdã dicẽtib⁹: ꝙ reqrit cõsensus exp̃ssus sui prelati aut sacerdotis. Ad h̃ multa iura adducunt: inter q̃ est.c. Ois. allegatũ. Ubi notãter đr de licẽtia petita ꝛ obtẽta: qđ requirere videt expressuʒ cõsensum. Alijs videtur ꝙ sufficiat licẽtia tacita: ita ꝙ si epũs scit talia cõiter fieri a sacerdotibus: ꝛ nõ reclamat sed sustinet: eoipso p̃sumẽdũ est cũ tacite approbare. Un̄ Hostiẽ. ꝛ Guil. dicũt: cũ est de more alicuius ecclesie vt vnus sacerdos audiat alium sacerdotẽ/ꝛ absoluat: ꝛ epũs hoc sciẽs fieri cõiter tolerat potest fieri: qꝛ eoipso presumit tacite approbare ꝛ licentiam dare. Idem refert astẽ. in sum. lib. v. titu. xx. Cõcordat Guilhelmus de mõte lauduno: ꝛ Ray. in sum. lib. iij. His etiam consonat eximius doctor Joh. gerson cancel. in multis locis siue scriptis suis: noiatim in tractatu de cõtractibus ꝓpositione. xvj. dicens: Ubi papa vel ecclesia aut legislator scit: ꝙ cõstitutiones sue/vel nõ publicãtur: sed dantur obliuioni: vel nõ approbantur moribus vtentium: sed passim declinant in oppositum: tunc constitutiones ille desinũt habere vim obligationis/tanꝙ abolite ꝑ nõ vsum vel cõsuetudinẽ oppositã: que est optima positiuarũ legũ interpres. Alioqn tolerantia pape vel alteri⁹ legislatoris esset sibimet repugnãs ꝛ populis noxia. Fundant in hac radice/dicit abolitiões cõstitutionũ quasi sine numero positarum in decretis: etiã que in generalib⁹ cõcilijs tradite sunt: vt de ieiunãdo qnquagesimã/quartã/sextã/ꝛ septimã ferias. Uel ꝙ sacerdos celebrãs duos habeat assistẽtes. de quo clare habet distin. iiij. In istis. ꝛ.c. Deniqꝫ. Ita in ꝓposito/ꝛ ius illud quo ꝓhibet ne aliquis cõfessorẽ presumat eligere: nisi cũ certa autoritate: quoad sacerdotes abolitũ videt: Cuiꝫ passim qlibet sacerdos cõfessionẽ alteri⁹ cuiuslibet sacerdotis audire nõ vereat. Que cõsuetudo: si dicat corruptela: vix apud sacerdotes salutis erit status. ℭ ℭ Sed forte dicis: Ad absoluẽdũ requirit iurisditio in absoluente: q̃s illã tribuit. Põt dici ꝙ prelati dñi vidẽtes suos subditos sacerdotes sibi mutuo cõfiteri sine spãli licẽtia: nõ ꝓhibẽt/arguũt/nec puniunt. Hoc ipsum nõ faciendo rationabiliter iudicãtur tacite cõsentire: ꝛ per hoc iurisditionis determinationẽ quoad hũc vel illum (cũ sit de iure positiuo: qđ variationẽ recipit per tacitam reuocationem) abrogare. Immo nõ debet subditus facile habere opinionẽ malã de suo prelato: cũqꝫ iudicare immemorẽ salutis ꝓprie ꝛ suorũ subditorũ: maxime in his in quibus eũ saluare põt. Sic ergo huic cõsuetudini cui tacite consentiunt: nõ reclamãdo prelati iurisditionẽ tribuũt. Nec mirum cũ etiã in ceteris causis ꝛ negocijs cõsuetudo det iurisditionem nõ habenti: vt in.c. Dilecti. de arbitris: vbi habet ꝙ cõsuetudo approbata dat mulierib⁹ quibusdaꝫ in subditos ordinariã iurisditionẽ cõtra legẽ scriptaꝫ: q̃ precipit ꝙ femine a publicis officijs sint remote. Sed adhuc cõtra dicta sic opinãtiũ videt esse.c. Si epũs. de peni. ꝛ remiss. lib. vj. vbi đr: Nulla quoqꝫ potest consuetudine introduci: ꝙ aliqs preter sui supioris fauorẽ/cõfessorem sibi eligere valeat: qui euꝫ possit soluere vel ligare. Ubi glo. sup verbo consuetudine/dicit. Est eñ onerosa ecclesijs: ideo nõ valet: ꝛ de cõsuetudine.c.ij. Ex eo frangit ecclastice discipline neruus de cõsuetudine venerabilis. Etiã esset hoc cõtra obediẽtiã principis p̃scribere: qđ esse nõ põt. De p̃scriptionib⁹: cũ nõ liceat. Hec ibi. Ex his videt ꝙ cõsuetudo in casu nostro nõ tribuat iurisditionẽ: cũ per.c. allegatũ expresse reprobet/Qui vult tenere opinionẽ istã: posset dicere ꝙ.c. dicit sine supioris licẽtia: sine qua vtiqꝫ electus confessor nullã habet iurisditionẽ: que tñ iurisditio necessario requirit. Hic aũt accedit licẽtia: licꝫ nõ expressa: tñ tacita. Et ita.c. hoc nõ est cõtrariũ predictis: ꝓpter hoc tñ capitulũ/dñs Antoninus recedit ab hac opinione/dicẽs eam nõ esse multũ tutã parte. iij. titu. xiiij. c. xix. Opinio scđa est magis pia pro exoneratione sacerdotũ: sic sine expresso fauore se absoluentiũ mutuo. Sed prima est magis tuta. maxime: qꝛ rationes ꝛ cause: ꝓpter qs iurisditio in eccĩa distincta est ꝛ determinata: nõ minus locũ habẽt in sacerdotib⁹ (quorũ nõnulli vtinã hodie essent sicut populus) q̃ in laicis in quibus libera cõfessoris electio sine expresso supioris fauore reprobatur. Un̄ vtile foret: vt p̃lati suis sacerdotib⁹ fauorẽ expressuꝫ tribuerẽt: vt sic secure ꝛ sine scrupulo cõsciẽtie se mutuo possent absoluere: vel si id minus expedire videret: ꝙ expressa ꝓhibitiõe eiusqꝫ efficaci executiõe hũc abusum seu corruptelam e medio tollerent. Securum quoqꝫ esset sacerdotibus formidolosis et timoratis: immo vere omnibus: vt fauorem a suis curatis vel superioribus prelatis verbo vel scripto obtinerent confitendi quem elegerint sacerdoti. Esset etiaꝫ tutum scrupulosis nõ absoluere: nisi hmõi fauorẽ assecutos. ℭ ℭ Scđo infero: ꝙ sacerdos nõ solum non alienũ: sed nec a quolibet crimine absoluere potest suũ subditum confitentem. Patet: quia sicut per autoritatẽ supioris ministrari oportet materiã quantũ ad personã absoluendam: ita etiam

quantū ad peccata a quibus absolui debet. Utraqȝ em̄ ⁊ peccator ⁊ pctā sunt materia ptātis clauiuȝ ⁊ sacri pnie. Et peccata quidē materia ꝓpinqua. Peccator vo remota: qꝛ ꝓpter peccata ꝯfitēs est materia: q̄ sine pctis absolutionis capax nō esset. Nō em̄ soluit nisi ligat⁹. Etsi innocēs cōfessori se offerre posset: nō tn̄ posset cōfiteri vel absolui: cum cōfiteri sit se de peccatis accusare. Et absoluere sit a peccatis liberare: vel ab eis liberatuȝ iudicare ac ꝓnūciare. Nunc ergo summus hierarcha: cui⁹ est potestatē iurisdictionis aliis impertiri: sicut partitus est personas/parochias ⁊ dioceses: ita et peccata partiri pōt. Et sicut nō omnib⁹ quos in partem solicitudinis assumpsit: oēs generaliter subiecit. Ita ⁊ subiectoꝝ nō oīa peccata subegit: sed quedā grauia ⁊ enormia peccata sibi: quedā ep̄is reseruauit: cetera inferiorib⁹ curatis cōmisit. Sed ⁊ epi quoꝝ est tradere materiā immediate subiectis: ꝑ eoꝝ institutionē ad curā agendā ꝓpꝓl/tantū instituris ꝯcesserūt: quātū sibi pro bono regimine populi expedire iudicarūt. Ne si etiā maiora peccata eoꝝ potestati subiicerēt: facilitas venie incētiuū preberet delinquēdi: ideo etiam sibi quedā reseruarūt. In oībus itaqȝ his/vel reseruationib⁹/siue cōcessionib⁹: potestas clauiū in ordinationib⁹ dibus equaliter collata: neqȝ extendit: neqȝ restringit: sed illimitabilis manet in sua radice. Dūtaxat autē vsus illi⁹ potestatis impedit: pro quāto tollitur materia circa quā hmōi potestas posset exerceri. Sicut qui fabro tollit ferrū: nihil artis vel potestatis fabricādi aufert: sicut nec cōfert ferrū tribuendo. Impedit autē vsum eius ꝑ materie subtractionē. Et sicut hierarchis aliqn̄ partim subtrahitur ⁊ partim ministrat: qn̄ certo populo/⁊ eoꝝ certis nō omnib⁹ peccatis absoluēdis preficiunt. Ita nōnunq̄ per suspēsionē ab officio ⁊ grauiores penas: puta excōicationē: depositionē: aut degradationē oīs materia subtrahitur: ⁊ vsus potestatis clauiū penit⁹ impedit. Ita vt neminē ab aliquo pctō absoluere possint taliter suspēsi. ⁊ si attētarent: nihil facerent. ¶ F Ex his tertio infero q̄ nō est sic de ptāte cōsecrādi: ⁊ ptāte absoluēdi quātū ad earū exercitiū. Patet: qꝛ illa impediri nō pōt simpliciter ꝑ superioris autoritatē. Ista vo simplr pōt impediri. patet ex p̄missis. Hui⁹ rationē assignat Sco. in. iiij. dis. xix. q. j. arti. iiij. qꝛ ptās cōsecrādi est q̄si potētia ꝓpinqua: q̄ hȝ materiā in natura panē scȝ triticeū. Nec aliqd aliud ꝯcurrit seu reqrit. Ut em̄ p. mis sit materia: non reqrit q̄ sit a cōsecrante tanq̄ res ꝓpria possessa. Uel q̄ sit ab illo vel isto coctus vel ministrat⁹: qꝛ oēm triticeū panē sacerdos pōt cōsecrare/ad quē dirigit cōsecrādi intētionem. Sed ptās clauiū est q̄si potētia remota/nō habēs materiā in natura: qꝛ materia huius ptātis nō est simplr pctōꝝ penitēs/sȝ pctōꝝ penitēs subdit⁹ duplici subiectiōe. Quā subiectionē pctō: nō hȝ a natura: sȝ ab autoritate superioris: ⁊ ideo ꝑ euȝ fit materia dū subiicit: ⁊ desinit esse materia/dū subiectio reuocatur. Cuius causa supra explicita est. ¶ G Quarta ptās: est ptās aplatus. i. autoritas p̄dicādi: quā tradidit dn̄s discipulis: dū in die ascēsionis ait. Eūtes in mūdū vniuersuȝ: p̄dicate euāgeliū omni creature ⁊c. Mar. vl. Hec ptās nō cōfert ex vi ordinatiōis sacerdotalis: nec par est in oib⁹: sed dūtaxat est p̄mū aplis collata: qs misit p̄dicare toti orbi in loco iā allegato. Cōcessa est ⁊ septuagintaduob⁹ discipulis/nō ꝑ totū orbeȝ: sȝ tm̄ ꝑ loca ad q̄ xp̄s erat ꝑsonaliter vētur⁹: vt ptȝ Luce x. vbi dr̄: Designauit dn̄s ⁊ alios septuagintaduos discipulos: ⁊ misit illos binos ante faciē suā in oēm ciuitateȝ ⁊ locū quo erat ipse vētur⁹. Hoꝝ typū ⁊ figurā gerūt mō in eccl̄ia epi ⁊ curati. Aploꝝ/epi. septuagintaduoꝝ discipulorum curati: vt in canone: In nouo. xxi. dis. Ceteri vo quō predicabūt nisi mittant. Et h vel a deo immediate: qd probabunt per signa sicut moyses: vel per scripturā: sicut iohānes baptista speciale sue missionis testimoniū de scriptura protulit: dī. Ego vox clamantis ⁊c. Uel a petro aut eius successore/mediate vel imediate: ⁊ hoc probabunt per munimēta. de quo in. c. cū ex iniūcto. de hereticis dr̄: Cum doctoruȝ ordo sit quasi precipuus in ecclesia: nō debet sibi quisqȝ indifferēter p̄dicationis officiuȝ vsurpare. Nam s̄m apl̄m: quomodo p̄dicabunt/nisi mittantur. Et veritas ipsa p̄cepit aplis: Rogate dn̄m mes. vt mit. o. in mes. suā. hec Inno. iij. Et Leo papa vt habetur in. c. Ita dn̄s. dist. xix. ait: Ita dn̄s noster iesus christ⁹ humani generis saluator instituit: vt veritas que antea legis ⁊ ꝓphetarū preconio cōtinebat: per apostolicā tubā in salutē vniuersitatis exiret. sicut scriptū est: In oēm terram exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eorū. Sed huius muneris sacramentū: ita dn̄s ad oim aploꝝ officiū pertinere voluit: vt in beatissimo petro oim apostolorū summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quodā capite dona sua velut in corpus omne diffunderet. Sed cōtra illa videt: q̄ etiā diacono cōferat predicādi potestas in sua ordinatiōe: cū accipiēs textuȝ euāgeliȝ de manu epi/dicit ei: Accipe potestatē legendi euāgeliū in ecclesia dei pro viuis ⁊ mortuis. Cū aūt q̄libet presbyter sit diaconus: nisi forte per saltū promotus: sequitur q̄ ex ordinatione habeat hāc potestatem: ⁊ ita erit potestas ordinis nō iurisdictionis. Respōdet: q̄ diacono non cōfert hec potestas in sua ordinatione. Cū em̄ diaconus accipit textuȝ euāgeliȝ de manu epi/nō dicitur ei: Accipe potestatē docēdi ⁊ predicādi euāgeliū: sed accipe potestatem legendi euāgeliū in ecclesia dei: tam pro viuis q̄ pro defunctis: In nomine dn̄i. Ex quo magis isinuatur eos tūc recipere orandi officiū: q̄ predicādi vel docēdi. Et q̄ ipsa recitatio euangelice lectionis/magis sit oratio ad aliquid impetrandum pro viuis ⁊ mortuis: q̄ populi edificatio. Absurdū em̄ intellectu/et dictu est: vt docens vel predicās euangeliū: docere aut predicare intelligat pro viuis ⁊ mortuis. Hec Guil. de sacramētis trac. de ordine/statim post p̄ncipiū. ¶ H Quinta potestas est potestas coerciue correctiōis in foro exteriori: quā ecclesia exercere pōt in inuitū: ad dirigendū subditos in finē beatitudinis eterne. Hāc cōtulit petro christus/cū dixit ei vice oim: Si peccauerit in te frater tuus corripe eū ⁊c. Mat. xviij.
Et sequit: Si te nō audierit: dic ecclesie: q̄ si ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Et in h loco fundat iuridica potestas excōmunicādi ⁊ interdicēdi ab ecclesiasticis sacramētis et fidelium cōmunione: qua vsus est apostolus dū exhortās titū: ait: Hereticū hominem post primā ⁊ secūdā correptionē deuita. Ad titum iij.
Fundatur ⁊ in hoc textu: nedū potestas excōmunicādi: sed et potestas diffiniēdi/discernēdi/⁊ statuendi precepta/leges/⁊ canones. in hoc qd subdit: Quecunqȝ ligaueritis super terrā ⁊c. ¶ J Sexta potestas/est potestas accipiēdi vite necessaria ab his quib⁹ spiritualia administrāt. Hāc cōtulit dn̄s: dū missis ad predicādū aplis dixit: Edentes ⁊ bibētes que apud illos sunt. Dignus est em̄ operarius mercede sua vel cibo suo. Luce. x.
Hō et apl's deducit ex radice multiplici j. Cor. ix. dicēs: Quis militat suis stipendiis vnq̄: Quis plantat vineā: ⁊ de fructu ei⁹ nō edet: Quis pascit gregē: ⁊ de lacte gregis nō manducet: Si nos vobis spūalia seminamus: magnū est si carnalia metamus. Et post pauca: Nescitis: qm̄ qui in sacrario operantur: q̄ de sacrario sunt/edūt: et qui altario deseruiūt: cū altario participāt. Ita ⁊ dn̄s ordinauit qui euāgeliū annunciāt: de euāgelio viuere. Hec paulus. Fundat in hac potestate sumēdi vite necessaria/rationabilitas dotationis ecclesie loco decimarū ⁊ primitiarum legis. Ex hac potestate inuestigari posset: an sint elemosyne que ecclesiastici de suis bn̄ficiis percipiunt: sed extra ꝓpositum est. Annexa fuit potestati predicādi verbū dei per christū potestas faciendi miracula ad cōfirmationē fidei/cum dixit: Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mūdate: demones eiicite. Mat. x.
Sed in hac potestate modo ecclesiastici regulariter nō succedūt: qꝛ fides iā sufficiēter fundata non indiget miraculis ꝯfirmari s̄m beatū Greg. xxvij. moꝛa.

§.xiiij. Hec pro deductione potestatis ecclesiastice breui-
ter inserere placuit: Sed ad primã potestatẽ consecratio
nis eucharistie: de qua principalis intentio: redeamus.
Hec inquam in omnibus presbyteris reperitur. Circa quã
principaliter tota canonis intentio versatur.

¶ Lectio. iiij. A



Christus itaq; eter-
ni patris filius/verus et summus sacerdos
seipm in ara crucis/sm assumptam nostre
mortalitatis substantiã/in humane redem
ptionis preciũ immolaturus: vt tanti muneris iugis in
nobis maneret memoria: ac pro nobis q̃ quotidie peccan
do labimur: quotidie mystice imolaretur: Corp⁹ suũ in ci-
bum: et sanguinẽ suũ in potũ in nouissima cena tradidit
sub eucharistie sacramẽto: dum accepto pane grãs egit:
fregit/et dedit discipulis suis/dicens: Hoc est corp⁹ meũ
Lu.xxij. qđ pro vobis tradetur. Tradidit q̃ eis potestatem similiter fa
ciẽdi/cũ subdit: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Et vt
ostẽderet hoc sacramẽtũ in ecclesia vsq; in finẽ permanẽ-
j. Cor.xj. surũ in passionis sue memoriã/adiunxit: Quotiescunq;
panẽ hunc manducabitis/et calicẽ biberis: mortẽ dñi an
nũciabitis donec veniat. glo. scz ad iudiciũ. Vñ vsq; tũc
durabit ecclesia militãs: et in ea eucharistia. Quõ autem
hunc panẽ mãducare possent et calicẽ bibere: nisi ipsum
possent cõtinue cõsecrare. ¶ B Hec operatio cõsecran
di oim nobilissima est ecclesie militãti concessarũ: propter
quã merito sacerdotiũ venit extollẽdũ. Cuius dignitas
eximia nullis valet verborũ pompis explicari. Oẽm et lin
guas vicit oratorũ disertissimas: et culmẽ eminẽtie cuiusli
bet creature. De quo beat⁹ Ambro. in suo pastorali ait: et
ponitur in decre. dist. xcvj. c. duo sunt. Honor fratres et sub
limitas epalis: nullis poterit cõparationibus adequari.
Si regum fulgori cõpares: et principũ diademati: longe
erit inferius quasi plumbi metallũ ad auri fulgorẽ cõpa
res. Quippe cũ videas regum colla et principũ submitti
genibus sacerdotũ: et osculata eorũ dextra/eorũ se credũt
orationib⁹ cõmuniri. Hec ille. Et licz cunctos natura ho
mines equales: et nulla graduũ alteritate dispares produ
xerit: disponẽdarũ tamẽ rerũ susceptũ ministeriũ hos et
illos ceteris pretulit et prefecit. Quo fit vt tanto clerica-
lis eminẽtia terrenos superet principat⁹: quãto anima-
bus corpora: perpetuis trãsitoria: terrena celestib⁹ supe
rantur. Sed qđ opus est terrenis cõparationib⁹ immorari
cũ ad sacerdotij autoritatẽ angeli celorũ ciues nõ audeãt
aspirare. Cui nãq; angelorũ aliqñ dixit deus: Tibi dabo
claues regni celorũ. Ad illos aũt: Accipite spm̃ sanctum:
quorũ remiseritis peccã etc. Et qđ lõge maius est: Hoc faci
te in meã cõmemorationẽ. Mirantur deniq; assistũt et ter
rentur: sm verbũ beati Grego. iiij. dialo. c. l. et habetur de cõ-
secra. dist. ij. qđ sit sanguis. Quis enĩ fideliũ dubiũ habe
re possit in ipsa imolatiõis hora/ad sacerdotis vocem ce
los aperiri: et i illo iesu christi mysterio angelorũ choros
adesse: summis ima sociari: terrã celestibus iungi: vnũq;
ex visibilibus et inuisibilibus fieri. Trãsgrediẽdo perin-
de agmina angelica/ad ipsaz celi reginã et mũdi dominã
veniamus. Hec etsi in grẽ plenitudine creaturas supgre
diatur vniuersas: hierarchis tñ cedit ecclesie in cõmissi my
sterij executiõe. Illa nẽpe platis octo verbulis: Ecce ancil
la dñi fiat mihi sm verbũ tuũ. semel concepit dei filiũ et mũ
di redẽptorẽ. Isti a dño cõsecrati: quinq; verbis cõtextã cõse-
crationis formã cũ debita intẽtione proferẽtes: eũdem dei
virginisq; filiũ aduocãt quotidie corpaliter in sacrificiũ et cri
minũ purgationẽ. Illa perpetua virginitate seruata/sum-
mũ celi principẽ de se icarnatũ/mortalẽ atq; passibilẽ mũ-
do edidit saluatorẽ. Isti cõsecratiõe diuina eũdẽ celi ter-
req; principẽ in sacro verissime cõtentũ impassibilẽ glo-
riosumq; cõtrectãt/victorẽ mortis et baratri destructorẽ
Hec bñdicta a cui⁹ laude deficit ois lingua: natũ dñm vir
gineis lactabat vberib⁹; cõtrectabat manibus; brachijs
gestabat puellarib⁹: ac mille talia et infantilib⁹ christi mẽ
bris impendit obsequia: quib⁹ educauit beatorũ gloriaz
et terre cibatorẽ. Isti celestem cibũ in crucis fixorio cha-
ritatis igne coctum/ore sumunt et dant ceteris: angelorũ
videlz panẽ/ac dulcissimũ cordis confirmatorẽ. ¶ C At
tendite ergo o sacerdotes veri salomonis pincerne/iesu
christi camerarij/atq; dispẽsatores mysteriorũ dei: attẽdi-
te i quo gradu et dignitate sitis cõstituti. Exclamat sctũs
Grego. de hac vestra insignitate generosa: O inqt vene
rãda sacerdotũ dignitas: in quorũ manib⁹ velut in vtero
virginis fili⁹ dei incarnatur. O sacrũ et celeste mysteriũ: qđ
per vos pater et fili⁹ et spiritussanct⁹ operatur. Vno eodẽq;
momẽto/idẽ de⁹ q̃ presidet in celis: in manib⁹ est in sacra
mẽto altaris. Sup hoc tam insigni priuilegio stupet celũ:
miratur terra: veretur homo: horret infern⁹: cõtremiscit dia-
bol⁹: veneratur q̃ plurimũ ãgelica celsitudo. Et melliflu⁹
Bern. O venerabilis scitudo manuũ: o felix exercitiũ:
o vere mundi gaudiũ: cũ christ⁹ tractat christũ: sacerdos
dei filiũ: cui sunt delitie esse cũ filijs hominũ. Quis vnq̃
vidit talia: Quis huic vidit silia: Qui creauit me (si fas
est dicere) dedit mihi creare se: et qui creauit me sine me:
creatur mediante me. Hanc stupendã sacerdotij dignitatẽ
scriptura nõ valẽs vni⁹ nominis significatione exprimere:
hos nũc reges: nũc angelos: nunc deos crebri⁹ appella
uit. Reges qdem Apocal. j. Fecit nos regnũ et sacerdo-
tes deo et patri suo. et. j. Petri. ij. Uos estis gen⁹ electũ: re
gale sacerdotiũ: gẽs sancta: popul⁹ acq̃sitiõis. Angelos
vo Malach. ij. Labia sacerdotis custodiunt sciẽtiã. Et
sequitur: q: angelus dñi exercituũ est. Deos aũt Exo. xxij.
Ad deos vtriusq; causa perueniet. glo. id est sacerdotes.
Nominantur et alijs nominib⁹: nã dicũtur clerici: appellantur
sacerdotes: vocantur et presbyteri. Clerici a sorte dicuntur: q:
cleros grece sors latine sonat. Vñ primũ ab apostolis cõ
secratũ legim⁹ sorte electũ: ideoq; omnes clerici dicuntur.
Hic fuit beat⁹ matthias apostol⁹: q̃ sorte elect⁹ est cũ vn-
decim apostolis: Et dederunt sortes: et cecidit sors super Act. j.
matthiã. Dicti ergo sunt clerici: id est de sorte dñi. Nomi-
nantur et presbyteri quasi seniores. Presbyter nãq; grece/
latine senior interpretatur. Dicuntur aũt seniores: nõ annorũ
etate: sed morũ qualitate sicut scriptũ est: Senect⁹ vene- Sap. iiij
rabilis est: nõ diuturna: nec annorũ numero computata.
Cani enĩ sunt sensus hominũ: et etas senectutis vita im-
maculata. Et iterũ: Corona dignitatis senect⁹: q̃ in vijs
iusticie reperitur. In senib⁹ siquidẽ maior est animi tran Prouer
quillitas: maior morũ honestas: maior animi religiositas bio. xvj.
maior corporis castitas. ¶ D Hec esse debẽt i clericis:
maxime aũt presbyteris: qm̃ et hec ipsa clericalia signa ex
primũt et designãt. vñ beat⁹ Hieron. in epistola: Clamat
vestis clericalis anime honestatẽ: clamat stat⁹ puritatẽ:
clamat cult⁹ castitatẽ: clamat professio religionem: clamat
officiũ deuotionẽ: clamat studiũ cõtemplationẽ. Debent
igitur presbyteri morũ prudentia et maturitate cõuersatiõis
precellere in populo: ait magister. iiij. sentẽtiarũ. dist. xxiiij.
Appellantur et sacerdotes: q: sacra ministrãtes seu dãtes. Vñ dicũ
Solis enĩ sacerdotib⁹ ratione officij/inest sacrorum sa- tur sacer
cramentorũ ministrandi potestas. Uel sacerdotes quasi dotes.
sacra dicentes: q: verbum dei predicare habẽt: horas di-
cere: missas celebrare. Uel sacerdotes quasi sacra con fi-
cientes: cõficiunt nãq; sacratissimũ christi corpus. Hinc
in eorum vnctiõe dicit episcop⁹: Consecrentur quesumus
domine manus ille: vt quecunq; benedixerint et cõsecra
uerint: sint benedicta et consecrata. ¶ E Ex premissis
multe elici possunt dignitates et preeminentie euangeli-
ci sacerdotis super sacerdotẽ moysaice legis: quoniã ex-
cellit in benignitate electiõis: solẽnitate cõsecrationis: no
bilitate ordinis: preciositate operis: singularitate nutritio
nis potestate regiminis. Olim de vna tribu tm̃/scz leui- Exodi
tica cõsecrabantur sacerdotes. Modo sub lege ex omi na- xxviij.
tione q̃ sub celo est: ad sacerdotiũ assumuntur: sm doctri-
nam beati Iacobi: Nolite in personarũ acceptione habe Iaco. ij.

re fidem dñi nostri iesu christi. Tunc fundebat oleum su
per eoꝝ capita: sanctificabant manus: dextra q̃ auricu
Leuitici viij. le pollicis ꝛ pedis hostiarū sanguine liniebant. Hodie
in sacerdotis euāgelici cōsecratione: nō materiale oleū
fundit sup capita ordinādoꝝ: nec manus arietis sangui
ne inūguntur: qm̃ nō his peccata tollūtur: Sed desuper
dato leticie oleo gr̃a sancti spūs in remissionē peccatoꝝ
perfundunt: quo potestas traditur: per quā alioꝝ etiā
crimina expiant. Tūc habebāt sacerdotes potestatē di
Leuitici xiij. scernēdi inter leprā ꝛ nō leprā corporalē: ac p hoc iudica
re hūc mundū: istū immundū: habilē vel dignū ad tēpli
Mat. xviij. materialis ingressum. Nūc vero potestatē accipiūt iudicā
di inter morbos et languores aīe: egrotātes soluere et li
gare: aperire ꝛ claudere ianuā celestis paradisi. Tūc tri
bubus ꝛ populis mādata dei referabāt: qui et legem ex
ore ipsoꝝ requirere iussi sunt. Malach. ij. Tūc q̃ p pec
Johe. ij. catis populoꝝ inter vestibulū ꝛ altare plorantes deum
precabātur. Nunc vero facti iudices peccata remittunt: le
Joh. x. ges statuūt: ꝛ animas ꝓprias tradere pro salute subdito
Exo. xvi rum summi pastoris exēplo edocent. Tunc alīj sunt filij
leui cū ceteris in deserto manna celesti: vermibus in diē
Joh. vi. crastinū reseruato scatenti: quē patres māducantes mor
tui sunt. Nunc vero supersubstātiali pane/cibo angeloꝝ
Joh. vi. veri paschalis agni carne ꝛ sanguine esuriētes saturant:
qui panis est in eternū manens: māducanti vitā tribuēs
sempiternā. Tunc sacerdotis officiū fuit circa oblationē
pecoꝝ animaliū irrationaliū: ꝛ aspersionē sanguinis tau
roꝝ vituloꝝ ꝛ hircoꝝ. Leui. per totum. Nunc vero summo
sacerdote christo iesu assistente futuroꝝ bonoꝝ pontifi
ce/peramplius tabernaculū nō manu factū: nec huius cre
ationis: neq̃ per sanguinem hircoꝝ aut vituloꝝ: sed per
propriū sanguinē semel in sancta introeunte eternam re
demptionē inuenit: atq̃ nouum sacrificiū panis et vini
eiusdē sanguinis sui et corporis ſm ordinē melchisedech
instituēre/omnia illius veteris testamēti sacrificia abstu
lit: ecclesiā quoq̃ suā ab intolerabili iugo tot sacrificioꝝ
liberauit. Sacerdotesq̃ euāgelicos qui idē preciosissimi
corporis ꝛ sanguinis sacrificium sub panis et vini specie
offerrent quotidie instituit: quo conscientias nostras ab
operib⁹ mortuis mundaret/ad seruiēdū deo viuenti: qđ
omnia legis sacrificia nō poterāt: vt late deducit aposto
lus ad Heb. ix. ¶ Quorsum hec tendunt: nisi vt sacerdo
tes nostri tanta sua dignitate/virtute ꝛ potestate desup
nullo humano precio merito cōcessa: se tanti status ex
cellentie dignificēt: vita et morib⁹ cōforment. Pudeatq̃
spurcissimis lenocinijs delectari: carnis ꝛ mundi illece
bris pollui: qui ad tremēde maiestatis sacrificiū/ꝛ mun
dissimū anime cibū preparādū/cōsecrandū/offerendū/
sumendū ꝛ dispēsandū ex plebeioꝝ turba populoꝝ sunt
assumpti. Neq̃ in se glorient quasi nō acceperint: sed hu
milient sub potenti manu dei: qui infinita sua misericor
dia hec tradidit. Et nihilominus p inflexibilē iusticie ri
gorē/tēpore sue visitationis/tanti cōmissi exiget rationē.
¶ F Ne aūt hac accepta potestate in immēsum sacer
dotes glorient: sꝫ acceptū ministeriū humiliter ꝛ digne
exequant: breuiter annotādum quid in huius sui officij
executione/misse videlꝫ celebratiōe/sacerdos sua virtu
Aliquid fit ab alio tripliciter. te efficiat. ¶ Circa qđ aduertendū/q̄ aliq̇d ab alio effici
vel fieri tripliciter pōt accipi. Nā aliquid dr̄ ab alio fieri
vel naturali potestate: vel meritoria operatione: vel assistē
te virtute. Naturali potestate aliquid fit ab alio quando
agenti ex cōditione sue nature/seu naturali virtute ꝛ ꝓ
prietate cōuenit esse principiū eius qđ fit. sic dicim⁹ ignē
ꝛ calorem fieri ab igne: quoniā ignis habet in se formā
substantialē et accidentalē: puta calorē naturaliter: per
quas actiue cōcurrit ad productionē ignis ꝛ caloris. De
hac virtute actiua dicit beat⁹ Augustinus: Sic deus res
administrat: vt eas ꝓprios mot⁹ agere sinat: idest actio
nes et operationes facere ſm gradum entitatis eorum.
Et quod hic fit ab alio: dicitur vere effectus eius/a quo
fit: ꝛ ipsum a quo fit/causa eius quod fit. ¶ Alio modo
aliquid dicitur fieri ab alio: nō tamen naturali eius ope
ratione: sed quia ab illo aliquid fit primo modo ad quod
aliud sequit: nō naturali sequela: sed volūtaria quadam
alterius extrinseci pactione. Sic premiū dicit aliquo mo
do fieri a merēte pro quanto qui premiabit: facit aliquē
actum/qui ab alio acceptatur ad premium sibi pro hmōi
operatione cōferendū. Sic mercēnarius dicitur operari
cibum suū ꝛ mercedē acquirere suo opere ꝛ labore: ſm il Joh. vi.
lud: Operamini cibū qui nō perit: sed permanet in vitā
eternā: quē filius hominis dabit vobis. Glo. interlinia.
Operamini. i. operib⁹ mereamini. Sic ꝛ iustificatio im
pij dicit qñq̃ fieri intercessione iustoꝝ: vt conuersio pauli
oratione protomartyris stephani: ꝛ qđ sic fit: non est vere
merentis effectus: sed neq̃ ipse vere eius est causa: quia
nō fit virtute ꝛ potestate merēdi: sed fit per premiantē/
qui acceptat hmōi meritum quasi rationē efficiēdi vel cō
ferendi premiū. ſm hunc modū dicit beatus Augustin⁹
ad Sixtū presbyterū: ꝛ allegat magister dis. xxvij. lib. iij.
q̄ diligere est bonus motus valde/qui meritū est/ꝛ do
nū dei: quib⁹ meremur ꝛ ipsoꝝ augmentationē/ꝛ alia q̃
cōsequenter hic ꝛ in futuro nobis apponuntur. ¶ Ter
tio modo aliquid dicitur ab alio fieri aliqua virtute oc
culta/nō insistente ei a quo tale fieri dicitur: sed assisten
te. ſm quē modum malefici ꝛ incantatrices quosdā effe
ctus producere dicūtur: ꝛ extrahere lac vaccarū de sedib⁹
vel manubrijs securiū: qđ fit nō aliqua naturali virtute
maleficum: neq̃ ex eoꝝ merito: sed virtute occulta siue
mala siue bona assistente. Sic et sancti dicūtur fecisse mi
racula: que facta sunt assistente virtute diuina: nō semp
ꝓpter merita sanctoꝝ: sed aliqñ ꝓpter fidē populoꝝ nu
triendā vel generandā. Sic etiā nonnulli reprobi mira fe
cerūt: demones expulerūt ꝛc. qui dicturi sunt in finali iu
dicio. Dñe nōne in noīe tuo ꝓphetauimus: ꝛ in noīe tuo Mat.
demonia eiecimus: ꝛ in nomine tuo virtutes multas feci vij.
mus: a iudice audituri. Nunq̃ noui vos. Discedite a me
oēs operarū iniquitatis. Nō ergo fecerūt ea/virtute pro
pria: q̄ in noīe tuo. Neq̃ ex opere meritorio: q̄ reprobi:
nunq̃ noticia approbatiōis a dño cogniti. ¶ G Per
hoc ad ꝓpositū ab omnib⁹ cōceditur de sacerdote cele
brāte/q̄ cōsecrat eucharistiā: ꝛ ꝯficit corpus ꝛ sanguinē
christi in altari. Vñ magister dist. xiiij. lib. iiij. Sacerdos
cōsecrat ꝛ sanctificat corpus christi. Et sequit: Ad p̄sby
terū pertinet sacramētū corporis ꝛ sanguinis dñi in alta
ri dei cōficere. Et Dionysius ca. iij. de ecclesiastica hierar
chia tradens ritū hui⁹ sacrificij ait: At vero pōtifex cū diui
na munera laude ꝓsecut⁹ fuerit: sacrosancta et augusta
mysteria cōficit. Itē ꝛ Amb. lib. de sacramētis: hoc qđ cō
ficimus: corpus ex virgine est. Ad idem de cōsecra. dist. j.
vasa. vbi repetitur terminus cōficere. Consecrare autem
et conficere christi corpus et sanguinē: nihil aliud est/q̄
conuertere substantiā panis in corpus: ꝛ substātiam vi
ni in sanguinē christi verbis saluatoris. Unde Ambrosius
in lib. de sacramentis. de cōsecra. dist ij. Panis. ij. Panis
est in altari vsitatus ante verba sacramētoꝝ: vbi accessit
cōsecratio: de pane fit caro christi. ꝛ Aug. iiij. de trini. de
cōsecra. distin. ij. Corpus. j. Corpus et sanguinē christi di
cimus illud qđ ex fructibus terre acceptū/ꝛ prece mysti
ca cōsecratum/recte sumimus ad salutem spiritualē. Un
de magister distin. xij. iiij. ca. j. Sacerdotes dicuntur con
ficere corpus christi ꝛ sanguinē: quia eoꝝ ministerio sub
stantia panis fit caro: ꝛ substantia vini fit sanguis christi
Conuersio autem hec tria dicit scilꝫ substantie panis/et
vini desitionem ꝛ accidentiū dictarū substantiarū cōser
uationē: ꝛ corporis ꝛ sanguinis christi sub ꝯseruatis spe
ciebus et accidentibus presentialem inceptionē: de quo
infra latius differetur. Dico ergo q̄ sacerdos nullū ho
rum trium facit sua naturali virtute primo modo predi
cto/quo aliquid ab alio fieri dicitur. Patet hoc de primo
q̄ panis desiuit esse tam ſm materiā q̄ ſm formā. Nam

totus cõuertitur in corpus christi: vt.j.suo loco dicetur: Nunc autẽ actiua sacerdotis virtus nihil horũ facit. Formá panis nõ corrũpit: q2 substãtialis forma nõ corrũpit in materia: nisi p introductionẽ alicuius qualitatis incõpossibilis illi forme. Uel p destructionẽ alicui⁹ qualitatis necessario reqsite ad inexistẽtiá talis forme. Cõstat autẽ q sacerdos nihil hoꝝ facit p cõsecrationẽ: imo nullá qlitatẽ inducit/vel corrũpit in materia panis p forme cõsecrationis plationẽ. Necq materiá destruit: q2 illa dependet a solo deo sm theologos: ꝛ incepit esse p creationẽ. Ideocq desinere nõ põt: nisi p annihilationẽ vel in p̄existens cõuersionẽ: ad neutrũ hoꝝ creata virtus se extendit. Patet de scdo: q2 sacerdos sua naturali virtute nõ cõseruat accidẽtia panis ꝛ vini sine subiecto: q2 conseruari est depẽdere ab aliquo in esse/saltẽ eo modo quo conseruatur. Manifestũ est autẽ q hec accidẽtia nõ depẽdent a sacerdote/eo modo quo ibi sunt: q2 etiá manẽt vel manere possunt sacerdote defuncto: vt patet in hostia p infirmis reseruata. Etiá creatura sicut in pducẽdo reqrit materiá: ita ꝛ in cõseruãdo. Necq em̃ natura creata accidens cõseruare põt sine subiecto. Patet etiá tertiũ: quia sacerdos corpus christi attingere nõ põt corporaliter vt ipm p̄sens faciat: necq sufficit volũtatis imperiũ: q2 voluntas humana suo imperio extra se nihil facere potest.

¶ D Scdo dico q sacerdos nihil hoꝝ triũ facere potest suo merito: quia tũc sacerdos gratia iustificãte carẽs cõsecrare nõ posset: cuz sine gratia nullus mereatur: qđ est manifeste falsum: ná vt dicit beat⁹ Aug. in lib. de corpore dñi. de cõse. dist. ij. Utrũ sub figura. Intra sanctá ecclesiá catholicá/in mysterio corporis christi/nihil a bono maius: nihil a malo minus perficit sacerdote. Cuius rationẽ subdit: q2 nõ in merito cõsecrãtis: sed in vbo efficit creatoris/ꝛ in virtute spũssancti: vt. s. latius probatũ est sec. ij. Tertio dico q hec fiunt a sacerdote virtute occulta/nõ insistẽte: sed assistẽte. Primũ patet: quia hec fiũt a sacerdote: vt pbatũ est. Et nõ primo modo nec scdo: patet. ergo tertio modo q est facere aliqd virtute occulta. Scdm/q nõ virtute insistẽte pbatur: q2 quelibet virtus insistẽs est creatura: q2 depẽdens: sed nulla creatura sua virtute põt attingere dictos effectus: vt statim supra est deductũ. Tertiũ patet: q2 sacerdos facit virtute occulta nõ insistẽte: ergo assistẽte. Patet cõsequẽtia: q2 ois vtus occulta aut est insistẽs aut assistẽs. Hec aũt virtus est virtus creatoris/ipsa videlz dei volũtas. Determinauit em̃ deus se ad efficiẽdũ p̄dicta oia: cũ sacerdos intẽtione debita pfert verba sup materiá debitá ad hunc effectũ a se dño instituta. Uñ vbi. s. dicit Aug. Credẽdũ est q in verbis christi sacramẽta cõficiant. Cuius em̃ potẽtia creantur prius: eius vtiq vbo ad melius pcreant. An autẽ in verbis cõsecrationis sit aliqua virtus effectiua vel cooperatiua respectu p̄dictoꝝ insistẽs: suo loco inquiretur. De his beatus Aug. verũ ait: Uñ hoc sanctissime de⁹: q sacerdotes cũ sint puluis et cinis: te presentẽ habeát manib⁹ ꝛ oculis. Nõ vtiq ex debito: nec ipsoꝝ merito: sed ex tue volũtatis bñplacito. Hec est vera indulgẽtia: quam nulli angeloꝝ: nulli archágeloꝝ: nullis supernis spiritibus: sed hominib⁹: nõ oib⁹: sed ordinatis/credimus cõcessaz: tanti videlz mysterij celebratio.

¶ Lectio. v. A

Circa hãc potestatẽ

cõsecrãdi: que vt. s. habitũ est: inauferibiliter oibus sacerdotib⁹ concedit: occurrunt duo dubia. Primũ: cuz autoritas celebrãdi dignissima est: ꝛ summa oium ecclesiasticarũ potestatum/ecclesie a christo traditarũ: cur non summis ecclesie hierarchis: videlz epis est reseruata. Nam cũ sacramẽtũ cõfirmationis: q2 magna reuerẽtia tenẽdũ est a solis põtificib⁹ debeat perfici: vt cõstituit Eusebius papa/de conse. dist. v. Manus. Manus quocq impositionis sacramẽtũ magna veneratione tenẽdũ est: qđ ab alijs perfici non potest/nisi a summis sacerdotib⁹. Nec tẽpore apostoloꝝ ab alijs: q ab ipsis legitur aut scitur peractũ esse: nec ab alijs/q qui eoꝝ tenent locũ vnq perfici potest aut fieri debet. Ná si aliter presumptũ fuerit: irritũ habeat ꝛ vacuũ: ꝛ inter ecclesiastica nunq reputabit sacramẽta. Ergo multo fortiori ratione videt q hoc sacramentũ solis epis fuerat reseruandũ. qđ etiá ex eo videtur. Ná maior solẽnitas requirit in consecratione corporis christi: q in cõfirmatione. Eadẽ rõne videtur q solẽnior ꝛ excellentior requirit minister. Ad hoc dubiũ respondeo: licz propter excellẽtissimá dignitatem dñici corporis/decceret q officiũ cõsecrationis hmõi dũtaxat esset põtificibus (uno potius solũmodo summo põtifici) reseruatũ: sm propter vtilitatẽ quá assequũtur fideles ex missarũ frequentia: aliter disposuit diuina sapiẽtia: cui⁹ pudentia in suis institutionib⁹ regitur ecclesia. Uñ multiplex ratio a doctorib⁹ assignat: quarũ inter alias he sunt: scz Diuini cultus dilatatio: humanoꝝ defectuũ reparatio: penc mortuoꝝ mitigatio: bñficij redẽptionis frequẽs recordatio: diuine familiaritatis manifestatio: nostre elationis reprehẽsio. Ex hoc em̃ q potestas hec est simpliciter sacerdotibus data: ꝛ nõ solum põtificibus: ex frequẽti missarum celebratione multiplicatur cultus dei: qui precipuus vel maximus est in eucharistie adoratiõe/ꝛ eius summo patri oblatione. Denicq omnis ecclesie deuotio est in ordine ad hoc sacramentũ. ait Sco. dist. viij. q. j. Propter hoc em̃ clericus deuotius ꝛ maiori diligẽtia persoluit officiũ diuinũ. Propter hoc populus deuotius audit missam: q quodcũq aliud officiũ ecclesiasticũ. Propter hoc etiam populus deuotius: singulicq cũ maiori diligẽtia cõfitentur peccata: dũ intẽdunt sm ecclesie ordinationẽ saltẽ semel in anno cõicare. Et reuera facile oia diuinus cultus euanesceret: si nõ missarũ frequentia seruaret. Ex hac q frequẽtatione/quotidiani defect⁹ nostri reparant: ꝛ penne animarũ in purgatorio existẽtiũ mitigant: ꝛ redẽptionis bñficiũ frequẽter representat/ꝛ ad memoriá reducitur: ꝛ diuina familiaritas ex frequẽti sue p̄sentie exhibitione insinuat. presentie dico in carne. Et exẽplũ humilitatis nobis exhibet: vnde elatio nostra reprimit. Efficax em̃ humilitatis exẽplũ est q dñs voluit corpus suũ a simplicib⁹ personis tractari. Et ita pp̄ter dispendiũ qđ sustineret eccl̃ia ex raritate celebrationis cauẽdũ: ꝛ comodũ qđ accidit ex frequẽtia assequẽdũ: potestas illa oibus sacerdotib⁹ est cõicata. Qđ vo maior solennitas reqrat in cõsecratiõe tanti sacri: attestat celsitudini sacrificij: ꝛ in psona cõsecrante puidet nostre vtilitati: ꝛ ita nõ est par ratio in eucharistia ꝛ cõfirmatiõe. ¶ Sũt etiá ideo qdá reseruata epis: nõ tñ ea p quoꝝ reseruationẽ dispendiuz sustineret ecclesia: vt dicit Hugo: ne eadẽ autoritas prorsus ab oib⁹ passim vẽdicata/iferiores erga supiores redderet insolẽtes: ꝛ soluto obediẽtie vinculo scádalũ generaret: vñ singulariter epis reseruata est consecratio chrismatis: manuum impositio: cõmunis bñdictio: consecratio virginũ/basilicarũ/ꝛ hmõi: vt per hoc eoꝝ superioritas super alios sacerdotes cognoscatur: atq debitũ honorem et obedientiá a populo consequantur in affectu. Hec omnia vt. s. Alexá. de ales. Alias etiá ratiões addit beat⁹ Tho. in. iiij. scripto dist. xiij. q. j. sed ille sufficiát ad presens.

¶ B Scdm dubiũ: Cum tanta sit vtilitas in frequẽtatiõe hui⁹ mysterij: cur etiá nõ laicis iustis est cõcessa: p̄sertim q2 sm Chrys. ois sanct⁹ sacerdos: ꝛ oibus iustis dr: qđ. s. allegatũ est: Uos estis genus electũ: regale sacerdotiũ. Ad hoc respondet Sco. dist. iiij. q. ij. lib. iiij. Sine omni dubitatione solis sacerdotib⁹ tradita est potestas consecrandi. Uñ de trini. ꝛ fi. ca. c. firmiter. dicitur ex cõstitutione Inno. iij. in concilio generali. Hoc vtiq sacramentũ (loquitur de sacramento eucharistie) nemo potest conficere: nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus sm claues ecclesie: quas ipse concessit apostolis eorũq successoribus iesus christus. Ipse enim in vltima cena

(vt etiã supradictũ est) ait aplũs: Accipite τ diuidite in-
ter vos. Luce. xxij. glo. Accipite et date. Ex his vbis dñi
discretiue ad aplos directis/ patet ꝙ solis aplĩs imedia-
te hanc dedit potestatẽ. Ad idẽ qđ ibi sequit: Hoc facite
in meã cõmemorationẽ. Qm̃ hmõi tñ cenantibus dicta
sunt: aplĩs scilz τ discipulis: quoꝝ successores sunt epi τ
sacerdotes vt frequenter dictũ est. Facit ad idẽ verbum
j. Cor. x. aplĩ: Panis quẽ frangimus: nõne participatio corporis
dñi est. Quẽ inquit frangim⁹/ nos scz aplĩ τ discipuli. Si
eñi quilibet posset cõficere: aliũ alij frangere nõ oporte
ret: sed quilibet posset de suo sacrificio cõicare. Hoc de-
niqꝫ tenet romana ecclesia informata τ edocta ab aplĩs
qui informati erãt a dño. Vñ qui ↄtrariũ astruũt: a fidei
veritate deuiãt: τ infideles iudicandi sunt. Ad illud vo
qđ allegat de Chryß. τ Cano. beati Petri/ Dicẽdũ ꝙ nõ
dicunt sacerdotes ꝓprie/ scz a sacerdotali ordine: sed my
stice: qꝛ scz mysticũ sacrificiũ deo offerũt/ scz seipsos ho-
stiã viuente/ sanctã/ deo placentẽ: sm exhortationẽ aplĩ
ad Roma. xij. Dec Alex. vbi. s. ¶ E Sed aliquis dice
Mat. vlti. ret: Etiã dñs solis discipulis dixit: Ite docete oẽs gẽtes/
baptizantes eos in noie patris et filij τ spũssancti τc. Et
licet sic dicẽdo discipulis cõtulerit omnib⁹ officiũ τ pote
statẽ baptizandi: nihilominus potestas baptizandi data
est τ laicis. Unde licet sacerdotib⁹ cõueniat ex officio ba
ptizare: tñ si laicus baptizat est vere baptizatũ. Sic vide
2 tur esse de potestate cõsecrandi. ¶ Item in celebratiõe
duo sunt: Cõsecratio τ cõicatio: q̃ etiã separari possunt:
ꝙuis nõ debeãt: vt in. c. Relatũ. de cõse. dist. ij. vbi dicit:
Certũ est ꝙ hi qui sacrificãtes nõ edunt: rei sunt dñici sa
cramẽti. Refert eñi ꝙ quidã cõsecrantes nõ cõicabant.
Cõsecratio aũt est ꝓpter cõmunionẽ: ergo cõmunio ma
ius est ꝙ̃ cõsecratio. Cũ ergo laico ↄcedit qđ maius est/
scz cõmunio: videt etiã cõcessum qđ minus est. i. cõsecra-
3 tio. Itẽ quia potestas cõsecrãdi est potestas dignitatis:
ergo couenit digniori: sed dignior est iustus laicus sacer-
dote peccatore: nã peccator nõ est dignus pane quo ve-
scitur: priuatus eñi est omni dignitate: immo etiã digni-
tate viuẽdi. ¶ D Ad has obiectiones dicendũ/ ꝙ q̃
ptãs cõsecrãdi/ potestas quedã est quã nemo habet: nisi
qui eã a dño acceperit: hãc aũt dñs imediate dedit in ce-
na aplĩs: τ mediãtibus illis/ ceteris. Cũ ergo iustus lai-
cus illam nõ accepit a christo: patet: nec ab aplĩs: manife
stũ est ꝙ nõ habent eã. Si eñi vite dignitas cõferret eã:
etiã angeli τ magis virgo benedicta eã haberẽt. Qđ vo
apostoli hanc potestatẽ laicis nõ dederunt: patet ex ritu
ecclesie ab ipsis apostolis ad nos successiõe legitima de-
scendente: que magne est autoritatis: vt. s. habitum est
lec. ij. Tempore aute apostoloꝝ baptizabant diaconi: vt
Act. viij patet de philippo diacono eunuchum candacis regine
baptizante. Et quoniã in omni gente etiã in infidelibus:
a quib⁹ aliquis exercebatur cultus: aliquibus personis
specialiter cõmittebat potestas offerẽdi deo/ τ consecrã
di ea que sunt sm ritum suũ offerẽda: qui τ in illis prima
tum tenent: qđ etiã apud pharaonẽ regẽ egypti seruatũ
Genes. xlvij. legitur. Cũ ergo in ecclesia est ordinatissima potestas of
ferendi deo τ cõsecrandi: que sm legẽ christi offerẽda et
cõsecranda sunt deo/ cõgruum fuit illam aliquibus pre-
cipuis personis dari: hi autẽ sunt sacerdotes. De baptizã
di autẽ officio nõ est simile: quoniã cũ illud sacramentũ
est necessitatis: licz officiũ baptizãdi sit sacerdotibus spe
cialiter datũ: oĩbus tñ instante necessitate est cõcessum.
Et licz sit aliqua similitudo illarũ cõmissionũ in genere/
quantuz ad hoc ꝙ vtrũqꝫ/ Accipite scz τ comedite τc. τ
Ite baptizate/ solis discipulis dictũ sit: tamẽ vt patet ex
factis sequentibus: τ ipsorum apostolorum institutioni-
bus/ differẽter cõmittitur potestas cõsecrãdi τ baptizan
di. Naz in collatione ordinis sacerdotalis: quo potestas
cõsecrandi cõfertur: specialibus signis/ scz manuum vn-
ctione: calicis cũ patena τ hostie porrectione: τ certa ver
boꝝ forma hanc potestatẽ expresse significãte/ datur po

testas: vt cognoscant se in illo ordinis sacramento auto-
ritatem cõsecrandi accipere τ potestatẽ placabiles deo
hostias offerẽdi: vt dicit Hugo. Nõ sic autem datur pote
stas determinata ad baptizandũ: sed ex cõsequẽti ad illã
que est cõsecrandi: τ que est ligandi τ soluẽdi (que etiã
speciali signo/ manus scz impositione datur) officiũ ba-
ptizãdi cõsequitur: nõ specialiter traditur: τ ideo etiã in
necessitate alijs cõcessa designatur. Ordinatio aũt sacer
dotũ ad cõsecrãdũ τ hierarchizãdũ ecclesiã dei ab ipsis
apostolis cepit: vt patet ex epistolis pauli τ actibus apo
stoloꝝ. Et beato Dionysio in de ecclesiastica hierarchia
ca. iij. τ. vj. ritum huius sacramẽti/ τ etiam ordinis descri
bente: qui fuit tẽpore apostoloꝝ. Et per hoc patet ad pri
mam obiectionẽ. ¶ Ad scđam vo dr: post Alexandrũ de
ales/ ꝙ etsi cõmunio sacra sit maior in effectu sanctitatis
τ gratie quã cõfert digne suscipiẽtiꝫ cõsecratio tñ est ma-
ior in excellentia siue autoritate potestatis: vñ magnitu-
do hec τ illa nõ sunt eiusdẽ generis: τ ita nec magis nec
minus: τ ꝓpter hoc nõ sequit/ ꝙ qui potest in hoc quod
maius est: potest etiã in illud quod minus est: sicut luce-
re excellẽtius est ꝙ̃ calefacere: nec tamẽ quicqd põt luce
re: potest calefacere. Instãtia est de luna. ¶ E Ad ter
tiam dicit/ ꝙ est dignitas meriti: τ est dignitas autorita-
tis vel officij. Sacerdos iniustus etsi caret dignitate me-
riti: gaudet tamen dignitate officij. Laicus iustus ecõtra
rio caret dignitate autoritatis: gaudet tamen dignitate
meriti. Potestas autem cõsecrandi cõsequitur dignitatẽ
autoritatis: non meriti: vt. s. patuit. Non in merito conse
crantis τc. Ista tamen potestas quanto maior τ dignior
est: tanto malis sacerdotibus ea abutentibus periculo-
sior est. Nam etsi dominus suoꝝ beneficioruz ingratos/
nõnunꝙ̃ per beneficioꝝ subtractionẽ castigat: grauius
tamen punit dum illa non tollit: sed ea permittẽdo con-
seruat in reprobis ad eorum ingratitudinis cõfusionem/
verecundiam/ et grauioris dãnationis iudicium: vt Qui
in sordibus est sordescat adhuc. Et sicut multo tempore Apocal. xxij.
nõ sinere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vl-
tionem adhibere magni beneficij indiciũ est: vt habetur
ij. Machab. vj. ita peccatorib⁹ dona sua cõseruare: eosqꝫ
in peccatis sustinere: vt cũ iudicij dies aduenerit: in ple-
nitudine peccatoꝝ puniat: grauis ire indiciũ est. Ad qđ
pertinet illud aplĩ: de iudeis gratiã christi cõtemnentib⁹ j. thes. ij.
vt impleant peccata sua semper. Peruenit eñi ira dei su-
per illos vsqꝫ in finẽ. Sic sm Aug. ad permenianũ/ sacra
mentalis potestas in bonis ꝑmanet ad premiũ: in malis
permanet ad iudiciũ. Sic tantũ beneficiũ saluatoris iu-
sto iudicio dei ꝑmanet in sacerdotib⁹ malis: vt qđ in eis
fuit indiciũ diuine familiaritatis/ τ quasi arra glĩe excel-
lẽtis: sit illis in penã τ cõfusionẽ maiorẽ corã electis pa-
riter τ dãnatis. Ecce habẽt sacerdotes christi/ vñ in dño
glorient: habẽt vnde timeant τ humilientur: habẽt vnde
munde τ solicite coram dño ambulent: vt in gloria cum
fideliter mysteria dei dispensantibus premient. Et tan-
tũ de potestate ordinis necessario requisita in ministro/
ad effectũ consecrationis. ¶ Lectio. vj. A

Praeterea que ex par-

te ministri ad hui⁹ sacrificij perfectionẽ/ de
necessitate sacramenti superius dictũ est re-
quiri: scđm fuit sermonis facultas. Per cu-
ius defectum ab hoc ministerio excluduntur muti τ elin
gues: etiã si fuerint sacerdotes rite τ legitime ordinati.
Cum enim sicut cetera noui testamenti sacramenta: ita τ
eucharistie cõsecratio certam exigit materiã: expressam
quoqꝫ verborum formã: sm illud Aug. homel. lxxx. τ ha
betur. j. q. j. Detrahe. Accedit verbũ ad elementũ τ fit sa
cramẽtũ. si alterũ illoꝝ deficit: nõ fit cõsecratio. Et quo-
niam verborum formam muti et elingues proferre non
valent: manifestum est ꝙ nõ possunt hoc tantũ confice-
re sacramentũ. ¶ Et si queritur: Quid si sacerdos mu-

tus cetera in altari ageret: ⁊ alius sacerdos consecrationis verba pferret: nõne mutus consecraret. Nec obstat vt videtur: q̄ vnus a pluribꝰ baptizari non pōt: quin eadem hostia siue panis possit a pluribꝰ cõsecrari. Nam cõsueuerūt presbyteri cardinales romanū circūstare pontificē: ⁊ cū eo pariter celebrare. Similiter in multis ecclesiis cõsuetū est in ordinationibꝰ sacerdotū/ nouellos sacerdotes suo ordinatori ep̄o ꝯcelebrare: quod etiā regulariter in consecratione ep̄i obseruat̄: tunc eīm ordinator ep̄s vna cū duobus ep̄is coadiutoribus/ ⁊ nouello ep̄o cõsecrato/ missam cõsecrationis simul perficiūt. Ad hoc respōdetur/ q̄ in casu sacerdos mutus nō cõsecrat: licet cerimonialia in gestis ⁊ vestitu perficeret. Cuiꝰ ratio est: quia nihil eoꝝ facit que sunt de necessitate cõsecrationis. Nā vestes sacre/ ⁊ gestus corporis cerimonialia sunt: et nō sunt de necessitate cõsecrationis: vt .j. dicetur. Formā autē que de necessitate requiritur: ipse non profert: ideo nō cõsecrat. Sacerdos tamen astans si formā cum intentione cõsecrandi profert: vere cõsecrat: licꝫ cerimonialia nō perficiat. Et in casu est vera cõsecratio: sed nō per mutum: sed per sacerdotē verba cõsecrationis (vt dictū est) proferentē. Nec est simile si mutus puerū intingeret seu immergeret: ⁊ mancus formā proferret: in hoc casu puer baptizatus nō esset: quia sacramentū baptismi nō nisi ab vno baptizāte perfici potest: quoniā forma baptismi vnā personam exprimit: scꝫ Ego te baptizo ⁊c. Que forma si in casu a manco proferretur/ falsa esset: quia ipse nō baptizat cum non immergat. Si vō diceret nos baptizamus ⁊c. iā forma debita nō seruaret̄. Est sententia Alexandri ⁊ Scoti. ¶ B Sed cõtra hoc qđ additum est: q̄ vnus panis potest a pluribꝰ cõsecrari: hoc nō videt̄: quoniā aut isti plures cõcelebrantes verba cõsecrationis simul proferrent: aut nō. Neutrū dici potest: Nō simul: q2 tunc frustra pronūciantur: ⁊ superfluūt quecūq̄ pferūtur nisi ab vno solo: cum ab vno solo pnūciata sufficiūt ad cõsecrandū: sic nō oēs simul: ⁊ cõstat q̄ qui primo pnūciat cõficit. Quid ergo faciūt ceteri. Nunquid iterāt sacramentū. Sed hoc est incõueniēs: qm̄ etsi sacramentuꝫ eucharistie est iterabile quantū ad sumptionē: nō tamen quantū ad eiusdē materie cõsecrationeꝫ: vt vult Tho. in iiij. scripto. distin. vj. ⁊ doc. cõcorditer. ¶ Itē posset contingere q̄ ille nō cõficeret qui celebraret pncipaliter: ⁊ ille cõficeret q̄ secūdario celebraret. i. qui concelebraret: ⁊ sic intētio prima pncipaliter celebrātis defraudaret̄. Ad illa respōdet Alex. de ales pte. iiij. q. xxxvj. arti. viij. Cardinales inquit presbyteri cõsueuerūt romanū circūstare pontificē: ⁊ cū eo pariter celebrare. Cūq̄ ꝯsummatū est sacrificiū: de manu eius cõmunionē accipere: signantes apostolos qui cū dn̄o pariter discūbentes/ sacramētū de manu eius eucharistie acceperūt: ⁊ in eo q̄ celebrāt ostēdūt apostolos a dn̄o ritū huius sacrificij didicisse: vnde hec est causa cõcelebrationis. ¶ Cõsequēter dicēdū est/ q̄ simul debēt cõsecrationis verba pferre. Et tūc ad illud quod obijcit̄ dicendū/ q̄ verba ceteroꝝ nō inaniter pferunt̄: q2 licet platio vniꝰ sufficeret ad cõsecrationē: tn̄ q2 intētio est oīm vnā celebrare cõsecrationē: assequunt̄ qđ intendūt: et quantū ad cõsecrationē: ⁊ quantū ad significationē: ad quā nō sufficerent verba ab vno plata. Et q2 intētio dirigit opꝰ: eoipso q̄ est vna oīm intētio: est etiaꝫ vna oīm operatio/ id est consecratio. ¶ Si queris: qđ si nō simul pferāt verba: Respōdet idē doctor post Innocentiū: Bene pōt dici ⁊ pbabiliter respōderi/ q̄ siue prius siue posteriꝰ pferāt sacerdotes/ referri debet eoꝝ intentio ad instātiā plationis episcopi cui principaliter concelebrāt: ⁊ tūc omnes simul cõsecrāt ⁊ cõficiūt: q̄uis nōnulli sentiāt/ q̄ qui priꝰ pronūciat ille cõsecret. Nec alioꝝ fraudat̄ intētio: q2 factū est qđ intendūt. Hec Alexāder. ¶ Verū q2 pauci ordinādi i hoc sunt satis instructi: ideo videt̄ cautior modus q̄ p̄sbyteri in sua ordinatiōe nō cõcelebrent episcopo: nec canonem legant: qui modus in metropoli mogūtina obseruat̄: cui cõprouinciales se merito cõformarēt. iuxta. c. de his. dist. xij. ⁊ de cõsecra. dis. ij. Institutio. Et hec sufficiant de scđo ex parte ministri ad cõsecrandū de necessitate requisito. ¶ E Tertium qđ de necessitate ad consecrandū ex parte ministri requirit̄: est integritas intentionū: hec eīm nō modo ad cõsecrationem: sed etiā ad cuiuslibet sacramēti perfectionē requiritur. Sed ad ppositū de cõsecratione eucharistie disseramus. ¶ Qđ aūt integritas intētionis requirat̄/ ex eo patet: quia cõsecrare est actus humanus: nā soli homini cõcessus est: vt ex predictis patet: ideo necesse est vt fiat p actū humanū: sed actus qui fit preter intentionē casualiter vel fortuitu: aut ex quadā phātasia/ nō est actus humanus: sicut fricare barbam sine intētione preuia ⁊ similia: qm̄ hos habemus cõmunes cū brutis. Preterea ministeriū cõsecrationis est opus volūtatis rationalis ⁊ deliberate: qđ autē est hmōi/ nō pertinacia vel impetu exercēdum est: sed cõsideratione rōnis ⁊ directione intētionis. Iniuria eīm ⁊ irreuerētia fieret sacramēto: si sine intētione fieret. ¶ Item sacramenta data sunt a christo ecclesie ideo non cõficiuntur aut dispēsantur nisi per ministros ecclesie: ergo est actus sacramētalis actus ministerij ecclesiastici. Necesse igitur est vt cõcurrat intētio ministri: vt agat tanq̄ minister ecclesie. Prima ratio est Scoti in iiij. dis. vj. q. vj. Alie sunt Alexan. iiij. parte. q. xiij. articu. j. Sed cuius intentio requiritur tanq̄ obiectū. Hoc est quesitum. Quid intendere debet sacerdos. Respōdetur: debet intendere facere illud quod ecclesia intendit. Huius enim in hoc actu minister est. Intendit autē ecclesia facere per suos ministros institutos/ quod fecit christus. Et quid fecit christus. Certe benedixit: gratias egit: fregit ⁊ dedit discipulis dicēs: Accipite et comedite: hoc est corpꝰ meū. Et hec dicens/ panē in corpus/ ⁊ vinū in sanguinē transsubstātiauit. Hoc ergo intendit ecclesia vt fiat conuersio ⁊c. a christo per sacerdotis ministerium: ⁊ hoc est quod intendere debet sacerdos: cuius intentio vt ministri referri debet ad intentionem ecclesie cuius est minister. Nec tamen oportet q̄ pretēdendo precogitet particulariter vt panis in corpus: ⁊ vinū in sanguinē suo ministerio cõuertatur: sufficit q̄ in genere intēdat hoc facere qđ ecclesia per suū ministeriū (aīs ministrū) intēdit facere: etiā si nesciat: vel nō cogitet in particulari quid illud sit qđ facere ecclesia intendit. Vn̄ vt dicit Scotus in. iiij. dist. xiij. q. ij. scismaticus ⁊ hereticus: ⁊ qđ plus est: hereticus circa eucharistiā habere potest intentionem ecclesie in cõficiendo: si intēderet in vniuersali qđ christus instituit faciendū: ⁊ qđ ecclesia facit: licet nō intendat in speciali: quia credit eucharistiā nihil valere: hoc est non esse seu cõtinere verū corpus christi: sicut aliquis bone fidei posset pferre verba incantationis: quibus vtūtur magi vel mage circa illā materiā circa quā alij vtūtur: non credens ea quicq̄ valere: intēdens tamē in generali illa pferre ad illū finē ad quē illi proferūt. quasi diceret ⁊ intēderet: fiat qđ fieri potest: licet crederet per illa nihil fieri posse. Illa ergo generalis intētio sufficit cū ceteris reqsitis ad cõficiēdum. Propter qđ et sacerdos hereticus cõficere potest: dū huiusmodi intentionem habuerit generalem. Huic etiam concordat doctor irrefragabilis parte. iiij. q. xxxv. arti. v. Cuꝫ ergo hec generalis intētio sufficit: ⁊ potestas ꝯficiēdi est inauferibilis: neq̄ p heresim: neq̄ per penam canonicam tolli potest: vt. s. lectione. ij. probatū est: patet q̄ qui ius sacramentale amittere non potest: nec ius cõficiēdi amittere potest. ¶ D Sed cõtra hoc videtur. Nam verba cõsecrationis efficaciam habent ex fide: vnde Aug. cum dixerat: Accedit verbum ad elementum: ⁊ fit sacramentum. subdit: Nō quia dicitur: sed quia creditur. ¶ Item sacramenta noue legis habēt fundamentū baptisma: quod est sacramētū fidei: iō oīa sacra habēt fidē fundamētū ⁊ virtutē a fide. Fides est fundamentū omniū bonoꝝ. Glo. in ca. Illi offerūt. j. q. j. Iō

si infidelis aut hereticus attentat ꝯficere: deficit in opere suo ab eo qđ est fundamentū: ⁊ a quo debet esse virtꝰ sacramenti: ⁊ per ꝯsequens nō ꝯficit. ❡ Item Augu. et habetur. j.q.j. extra ecclesiā. Extra ecclesiam catholicam nō est locus veri sacrificij. Item Hierony. super Amos. Odit deus sacrificia hereticoꝝ: detestatur fetorem eoꝝ: ergo cū ipsi celebrant nec seipm̄ mittit: nec angelos: vt intersint sacrificio: sed si nō est ibi celestis missus: nō est ibi missa. Ob hoc enī dicitur missa, eo ꝙ celestis missus ad consecrandū ⁊ viuificandum corpus adueniat. magr̄ dist. xiij. quarti. Et ita nō conficiūt verum corpus christi. ⁊ Cyprianus in epistola ꝯtra hereticos: ⁊ habetur. j.q.j. Si quis. iiij. Constat oleum vnde baptizati vnguntur: sanctificari: ⁊ eucharistiā fieri nō posse: vbi nulla spes est: ⁊ fides falsa: vbi oīa per mendacium gerūtur. Multa ad idem adduci possunt. Item magr̄ dist. xiij. quarti. In huius mysterij expletione sicut formā seruari: ita ordinem haberi, vt scʒ sit sacerdos: ⁊ intentionem adhiberi opʒ: vt illud facere intendat: sed si nō credit de illo mysterio sicut veritas habet: nūquid potest intendere illud conficere. Et si nō intendit, nūquid cōficit. quasi diceret, nō. ❡ E Ad illa respondetur concedendo ꝙ sacramenta habent aliquam efficaciam ex fide: que fides est eis essentialis: nō fides ministrantis: sed fides ecclesie. Et hoc quia sacramēta sunt ecclesie: sʒ ipsi ministro rōne actualis ministerij intentio est necessaria: ne excellentie sacramenti, actio irrationalis ⁊ per hoc nō humana p̄iudicet. Unde qꝛ sacramentū est ecclesie: requirit fides ecclesie: ⁊ qꝛ actualiter ministratur a ꝯsecrante: requirit intentio consecrantis. Per hoc ad Aug. Extra ecclesiam nō est locus veri sacrificij. Respondetur dupliciter. Primo extra ecclesiam. i. extra formā ecclesie. Uel sic: extra ecclesiam nō efficit sacramētum quod figurat, scʒ salutem: quia hereticus conficit ⁊ accipit ad sui damnationem: ⁊ confert oībus i simili errore positis. Unde. j.q.j. ꝙ quidā. §. quis. Quāuis posset generaliter dici, sacramēta que apud hereticos nō aliter ꝙ̄ in ecclesia celebrātur: vera ⁊ rata esse quātum ad se: falsa vero ⁊ inania quātum ad effectum: ⁊ in his a quibus male tractantur: ⁊ in his a quibus male sumūtur. Nec mirū. Ipsa enī salus nostra buccellaʒ iude dedit: statim cum buccella non bonus: sed malignus spiritus intrauit. Non quia bonus nō daret bonū: sed quia malus male accepit bonū: sicqꝫ bonū effectum non habuit: quia vbi illud faceret: nō inuenit. ❡ Ad secundum dicendum, ꝙ fides: que est fundamentū ⁊ virtus sacramentorum: nō est fides ministri consecrantis: aut etiam fides suscipientis: sed est fides ecclesie: quā sequitur intentio conficientis: quā intentionē generalem ecclie, habere potest hereticus: nō solum in alio: sed etiam in huiꝰ sacramenti articulo: vt supra dictum est. Et dicit idē Alexan. de ales. Ad hieronymū dicitur ꝙ in sacramentis hereticorum quedaʒ sunt que a deo sunt: ⁊ illa nō odit deꝰ vt character ordinis, ⁊ verba consecrationis: ⁊ vi illorū conficiūt heretici: que etiam sunt cōmunia eis ⁊ ecclesie ⁊ sic ex eo qđ est eis ⁊ ecclesie cōmune: conficiunt. Sūt etiam in eorum sacrificijs quedam mala, scʒ infidelitas perfidia, inobedientia ⁊c. hec odit dominꝰ. Quātum ad ea que bona sunt: idest consecrationē: que fit in forma ecclesie: mittit seipsum ⁊ angelos: assistit enī signo suo: qđ esse voluit certum efficax ⁊ practicum: nō obstante malicia ministroꝝ. ❡ Ad auctoritatē cypriani dicitur, ꝙ intelligi debet de hereticis q̄ formam ecclesie nō tenent. Qđ patet per illud qđ addit: Ubi oīa per mendaciū gerunt. Illa dicuntur geri per mendaciū: que extra formā ecclesie gerūtur. Uel si aliud voluit: in hoc errauit ⁊ correctꝰ est a btō Aug. ❡ Ad magistrū dicēdū ꝙ magister soluit cū subdit. Aliqui dicūt: non recte sentientē de illo mysterio posse intendere: nō quidē illud ꝯficere: qđ iam esset recte credere: sed illud agere qđ geritur ab alijs: ⁊ sic adhibetur intentio ⁊ impletur mysteriū. Et ita satis patet

ꝙ intentio de necessitate requirit in sacerdote. Intentio dico generalis faciendi qđ eccl̄ia facit. ❡ F Sed queritur vtrū requirit actualis intētio talis que dicta est: in ꝓlatione verboꝝ ꝯsecrationis. Ad huius q̄stionis solutionē aduertendū post doctorē subtilem in. iiij. dist. vj. q. vj. ꝙ triplex distinguit intentio: actualis, habitualis, ⁊ virtualis. Actualē intentionē habet q̄ habet actū in voluntate elicitū respectu huius qđ intendit: vt dū quis habet actuale velle intrare eccl̄iam: actualiter intendit intrare eccl̄iam. Habitualē habet: q̄ habet in se habitū derelictū ex actu intentionis frequētato, inclinantē eū ad similes actus: qualē etiā habere pōt dormiens habituatus. Intentionē virtualē habet is qui ex virtute intentōis actualis prehabiti, procedit in opus ex illa tanq̄ ex radice: ita ꝙ illa intentio actualis fit principiū ordinatū ad oēs illos actus sequētes: sicut intentio finis habet in se intentionē medioꝝ ad hunc finem ordinatoꝝ. Et ita in qualibet actuali intentione medij, manet virtus p̄me intētionis: pro quāto illud mediū non assumeret: nisi p̄cessisset intentio p̄ma actualis, quasi finis in quē mediū hoc ordinatur. Exemplū sicut modo intendens ire ad sanctum Iacobum: ex intentione huius finis, ordinat multa alia necessaria ad illum finē: exequens aūt illa ordinata, nō semꝑ cogitat de eundo ad sanctū iacobū: sed sepe ꝑ operationes circa media vel alias distrahitur ab actuali intētione p̄ma: nihilominus tamen oīa dicitur facere ex prima intentione: ⁊ virtualiter habere illam primā intentionē in prosecutione medioꝝ: pro quanto he actiones medie processerunt a p̄ma actuali intentione: ⁊ in eaʒ tanq̄ in finem ordinātur. Qđ ex eo patet: quia interrogatus, cur hoc agis. statim respōderet: ꝓpter ire ad sanctū iacobum. ❡ G Ad propositum dicitur. Primo ꝙ ad cōsecrandū nō requiritur intentio actualis consecrādi ꝓlatione forme consecrationis. Patet: nā non requirit maior intentio in cōsecratione, ꝙ̄ in meritoria operatiōe: qꝛ operatio nō est meritoria nisi ex proprio conatu volūtatis: nō tamen excludendo gratiā. Cōsecratio aūt efficax est ex verbo creatoris. Nūc aūt in operatione meritoria, nō requiritur semꝑ actualis intentio ad merenduʒ: idest actualis relatio actus sui meritorij in deū, alioquin cōtinuans actum meritoriū cum distractione nō mereretur. Et in exemplo ꝓposito: ambulans ad sanctū iacobū: dū actualiter de hoc non cogitaret nō mereretur. Neqꝫ sancti martyres tolerantes durissimas penas distracti, aut forte absorpti imanitate penarum: propter qđ non semper cogitauerunt actualiter illa pati pro fide christi seu iusticia, meruissent: qđ est incōueniēs. Et propterea non est verisimile deum sacerdotē obligasse ad pene impossibile: vl̄ saltem nimis difficile in illo actu, cuiusmodi est nō distrahi ab actuali intentione. Cum s̄m beatū Augustinū in secūdo de libero arbitrio, nō sit in potestate nostra q̄n visis tangamur: hoc est que offerūtur per intellectum voluntati. ❡ Secūdo dico, ꝙ non sufficit habitualis intentio: qꝛ consecrare (vt dictū est) debet esse actus humanꝰ. Actus aūt etiā ꝯformis habitui: si nō fit a volūtate intēdente: sed aliūde p̄ter intentionē euenit: humanus nō est. Nā si quis habeat habitū inclinantē ad desideriū sanitatis: si currat nō intēdēs ꝑ hoc sanari sed ludere: nō dr̄ ꝯseq̄ sanitatē ꝑ actū humanū: sʒ casualiter vel fortuitu. Sola ḡ intētio habitualis nō sufficit respectu finis actꝰ humani vt hūani. ❡ Tertio dico, ꝙ ad ꝯsecrādū reqrit, ⁊ sufficit in sacerdote intētio v̄tualis: h̄ est reqrit ⁊ sufficit ꝙ sacerdos habuerit intētionē actualē ꝯsecrandi: ex q̄ ꝓcessit ad opꝰ celebratiōis: ⁊ sufficit hec intentio etiā si in v̄bis ꝯsecratiōis distrahat nihil actu cogitās de consecratōe. Et hec vera sunt: si opus celebrationis processit ex prima intentione actuali, sine omni motu contrarie volūtatis interueniente q̄ si interuenisset: ⁊ nō de nouo intenderet consecrare: q̄uis proferret consecrationis v̄ba: nō tamen ꝯsecraret: quia tūc nō adesse intentio

Intētio ē triplex

actualis: nec virtualis. Hec multū quietant scrupulosas ꝯsciencias: quis nō minus congruit vt sacerdos per preuiam deuotā recollectionē virium: ⁊ intentionis ob firmationē oīa distrahentia ⁊ impertinētia possetenus excludat: ac deuotius actualiter intendere satagat/ abigens manu sancte discretionis volucres cogitationū peruersarū/ importune se ingerentiū: ⁊ sacrificij fructum violare cupientiū: exemplo patriarche abrae: ne musce morientes ꝑdant suauitatem vnguenti: idest consolationē ⁊ gustum dulcissimū huius diuinissimi sacramenti. Et tantuz de his que ex parte ministri requirūtur ad necessitatē sacramenti: que fuere potestas ordinis: facultas sermonis ⁊ integritas intentionis. ¶ Lectio. vij. A

Expeditis his que ex parte ministri requirūtur ad simpliciter consecrandū: videnda sunt consequēter q̄ ex parte eiusdē requirūtur ad ordinate cōsecrandū: ⁊ hec sunt duplicia/ videlicet impedimentorū amotio: quoꝝ aliqua sunt tm̄ culpe: aliqua tm̄ pene: aliqua nec culpe nec pene/ Secūdum est cōuenientiū appositio. Impedimenta que sunt tm̄ culpe: quib⁹ sacerdos impeditur ab ordinata celebratione sunt pctā mortalia: quod patet: nā ordinate celebrat qui celebrando nō peccat. Inordinatio em̄ in celebrando defectus est nō naturalis: sed moralis. oīs em̄ talis peccatum est: ergo a contrario sensu/ qui celebrando peccat: inordinate celebrat. ¶ B Peccat aūt mortaliter quicūq; in mortali saltez I. Cor. xi scienter celebrat. Quod ꝓbatur autoritate ⁊ ratiōe. Autoritate apostoli. Qui manducauerit panē hunc: ⁊ biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dñi. Et sequitur. Iudiciū sibi manducat ⁊ bibit. idest dānationem. Dānationem aūt nō inducit nisi pctm̄ mortale: nō autē hoc dūtaxat de cōmunicante: sed etiā multo magis de celebrante dr̄. Unde glosa beati Ambrosij. Indigne manducat qui aliter celebrat q̄ a christo traditū est. Et qui indeuota mente accedit ad eucharistiā: vel in voluntate peccandi manet: ille reus erit corporis et sanguinis dñi: idest mortis christi penas dabit: idest ac si xp̄m occiderit punietur. Hec glo. Cum dicit/ q̄ aliter celebrat mysteriū eucharistie/ q̄ a christo traditum est: hoc dicit quātum ad ꝯficientes siue ꝯficere volentes: qui non deuota mente ex cordis desiderio ad eucharistie ꝯsecrationē accedunt. Sic em̄ tradidit christus ex maxime charitatis desiderio. vn̄ ⁊ ait apostolis. Desiderio desideraui h̄ pascha manducare vobiscū anteq̄ patiar. Luc. xxij. Hoc aūt facit/ qui nō discernit corpus dñi ab alijs cibis: sed indiscrete ⁊ negligenter tractat ⁊ sumit: venerationē singulariter huic sacramento debitam nō exhibens. Quod notatur ꝑ apostolum cuz addit. Non dijudicans corpus dñi. ¶ Et quod sequit̄ in glosa. Uel in voluntate manet peccandi: dr̄ quātum ad ꝯficientes ⁊ sumentes. Sic ⁊ illud glose. Indignus est ⁊ reus qui beneficiū eius in irritum ducit: qđ facit quisquis sacramentū salutis nō tractat: vel sumit (obstante mortalis pcti obice) ad salutē. ¶ Item magr̄ dist. xij. quarti. Indignus est qui aliter celebrat mysteriū q̄ christus celebrauit: vel q̄ habens mortale pctm̄ accedit. Probat̄ idem rōne: qm̄ actus ꝯficiendi eucharistiā nobilissimus ⁊ excellentissimus actus est oīm potestatū ecclesie: ergo multo magis peccat hūc indigne ⁊ in mortali pctō exercens: q̄ aliuz actū cuiuscūq; ꝓtatis vel ordinis. Sed exercens aliuz actum ordinis in mortali: mortaliter peccat: vt. s̄. lectione. ij. deductuz est: ergo a maiori ꝯficiens ⁊ exercens eucharistiā in mortali pctō/ peccat grauiori mō mortaliter: q: actus cōficiendi eucharistiā nobilissimus est oīm actuū ecclesiasticoꝝ: vt supra deductū est. Preterea oīs ꝯsecrans etiā sumere debet eucharistiam: vt in ca. Relatum. de ꝯsecra. dist. ij. vbi dicit̄. Modis oībus tenendū est: vt quotienscūq; sacrificans corp⁹ ⁊ sanguinē dñi nr̄i iesu xp̄i in altari imolat. totiens perceptionis eius participem se prebeat. Cū ergo sumēs ⁊ manducās in mortali indigne sumit/ ⁊ mortaliter peccat: ergo ⁊ ꝯsecrans: q: ꝯsecrans etiam est manducans. ¶ C Qđ etiā sumens in mortali peccet mortaliter: ex hoc deducit beatus Tho. in. iiij. scripto: dist. ix. q. iij. q: talis abutitur sacramēto: ⁊ quāto sacramentum est dignius: tanto abusus grauior. Qđ vero abutat̄: patet ex tribus q̄ in hoc sacramento attenduntur: q̄ sunt sacramentū tm̄: sacramētū ⁊ res: ⁊ res ⁊ nō sacramētū. Quātum ad p̄mū/ habet rōnē cibi ⁊ potus: cibus aūt nō cōpetit nisi viuenti: ⁊ ideo carēs vita gratie ꝑ mortale mortuus est spūaliter: ⁊ ita abutitur sacramēto. Pctm̄ em̄ tale ideo mortale dr̄/ eo q̄ mortificat aīam quoad gratiam gratificantē: nō quoad grām gratis datā: quā etiam habent heretici/ pagani/ iudei: qui tm̄ etiā maxime peccare vident̄: ⁊ tn̄ vt cōiter alijs habiliores vident̄. Quoad secūdum/ sumitur ibi xp̄s q̄ est scūssanctoꝝ: vn̄ receptaculum eius debet esse sanctū: ideo q̄ sumit cū ꝯtrario sanctitatis. i. ꝯscientia mortalis pcti: abutitur. Quoad tertiū/ q: accedēs significat se ad vnitatem corporis xp̄i mystici tendere. vn̄ si pctm̄ mortale in ꝯscientia teneat ꝑ quod a corpore mystico separat̄: fictionis culpam incurrit: ⁊ ita abutitur sacro. Hec Thom̄. Ex illis sequit̄ q̄ sacerdos in mortali pctō celebrās/ peccat duobus mortalibus pctis distinctis. Uno q: indigne ꝯsecrat: alio q: indigne māducat. Patet clare ex p̄missis: q: māducare ⁊ cōsecrare duo actus sunt distincti: ⁊ in quolibet indigna executione cōmittitur pctm̄ mortale. ¶ Sed di. aliqs. Si ita se habet officiū ꝯsecrandi: impossibile esset sine mortali eucharistiā ꝯsecrare aut sumere: ⁊ ꝑ ꝯsequens nulli est sacrm̄ illud ad salutē: ꝓbatur tm̄ sequela: quia ꝯsecrās aut est in pctō mortali: vel nō. Si p̄mū: ex dictis indigne sumit et ad iudiciū: ⁊ ita mortaliter peccat. Si non: q: tm̄ nemo de se scire pōt an odio vel amore dignus sit. Quis pōt dicere mundus est cor meū: purus sum a pctō. In tali dubio accedēs/ periculo mortalis pcti se exponit: ⁊ ꝑ ꝯsequēs mortaliter peccat: s̄m illud. Qui amat periculuz peribit in illo. ¶ D Ad huius replice solutionē duo videnda sunt. Primo quot modis aliquis dr̄ esse in mortali: ⁊ qui hoꝝ modoꝝ reddunt accedentem indignū. Scđo quō in ꝯsecratione ⁊ sumptione possit vitari nouū mortale. De p̄mo notat Sco. dist. ix. iiij. q. vnica/ q̄ aliquis pōt intelligi esse in mortali tripl'r. Primo in actu siue actualiter: q: tūc peccat actualiter pctō mortali actu interiori vel exteriori: vtputa q̄ habet voluntatē respectu actus pcti p̄teriti/ p̄sentis vel futuri. Hec em̄ voluntas: q̄ est actus elicitus: est mortale pctm̄ p̄mo ⁊ intrinsice: quo nō existēte/ actus imperatus nunq̄ est pctm̄. ¶ Pro cui⁹ declaratione notandū/ q̄ actus voluntatis est duplex: scʒ actus volūtatis elicitus/ ⁊ actus volūtatis imperatus. Actus volūtatis elicitus est actus ꝓductus ab ipsa volūtate sine imperio ipsius volūtatis: vt velle peccare: velle dare elemosynā. Sed actus imperatus volūtatis est actus ꝓductus ab aliqua potentia mediāte imperio volūtatis: duz talis actus possit esse in ꝑtāte volūtatis: vt velle audire lectionē imperatā a volūtate: velle facere hoc vel aliud imperatum a volūtate. Scđo aliquis intelligitur esse in peccato: q: post peccatū preteritū/ de quo nō recolit: nō penituit nec penitet. Tertio q: etsi penituit aut penitet: nōdum tm̄ est cōfessus: ⁊ in foro ecclesie absolut⁹. Quisquis ḡ aliquo triū modoꝝ fuerit in mortali: indigne cōsecrat ⁊ sumit: ⁊ accedendo nouū pctm̄ mortale incurrit: nō tamen equaliter: sed alter altero maius. Nā p̄mo modo in peccato mortali existens grauissime peccat: dum sequē indignū ⁊ immūdum nouit: preparare negligit: ibi em̄ est peccatū omissionis/ ⁊ peccatum cōtemptus: nam christo quātum in se est: contumeliā facit. Unde peccato iude cōparatur in glosa venerabilis bede/ Marci. xiiij. super illud. Ue aūt homini per quē filius hominis tradetur. In sempiternū ve homini q̄ ad mensam dñi indi

Eccle. ix
Prouer. xx
Eccli. iij
Aliquis est in pctō tripl'r.

gne accedit: ille em̄ in exemplum iude filiū hominis trā
dit: nō iudeis quidem peccatoribus: sed tamen peccatoribus:
mēbris scʒ suis qui accipere dn̄ici corporis sacramentum
temerarie p̄sumūt: tales em̄ sunt de primo modo: quia sciē
tes se in mortali: qđ actu cōtinuant: accedere non formi-
dant. Qui vero secūdo modo sunt in pctō mortali: licet mi
nus q̄ primi peccant: tn̄ mortaliter p̄ negligentia qua se
p̄bare negligūt/ idest examinare: maxime si hec negligē
tia fuerit affectata crassa vel supina. q̄ si affectata fuerit:
auget pctm̄ ⁊ aggrauat: nā ⁊ ipsa ignorantia fm̄ se pec-
catū est: vnde Augu. ad valentinū. In eis q̄ scire nolue-
rūt: ignorantia ipsa pctm̄ est. Et de hac dicit Ambro. Gra
uissime peccat qui ignoranter peccat: ideo grauissime q̄
periculosissime. De hoc magister dist. xxij. lib. ij. Si vero
crassa fuerit: idest talis que p̄ debitā diligentiā si adhibi
ta fuisset excludi potuisset: etsi excusat a tanto/ pro quan
to minuit cōtemptū: quē prior ignorantia auget: non tn̄
excusat a toto. idest nō excusat simplr̄ a mortali pctō. Vn
de Augu. vbi supra. Ignorantia eorū nō qui scire nolunt
sed qui tanq̄ simpliciter nesciūt: nullū sic excusat vt eter
no igne nō ardeat: sed fortasse vt mitius ardeat. Si autē
fuerit ignorātia inuincibilis simpliciter excusat: de quo
infra dicetur. ¶ E Similiter qui sunt in mortali tertio
modo: idest nō ɔfessi post mortale cōmissum: licet peni-
tentes ⁊ ɔtriti: accedentes mortaliter peccant: vt tenent
dn̄s Albertus/ Scotus/ Richardus/ Gerson in regu-
lis moralibus ca. de penitentia. ⁊ in suo tripertito de cō-
fessione. Et est ratio Scoti: q̄ non tn̄ debet accedens re
conciliari deo: sed etiam ecclesie/ vt digne suscipiat sacra
mentū vnitatis ecclesie. Etiam p̄pter hoc ordinauit ec-
clesia/ vt oēs vtriusq̄ sexus ante festum pasche: quo cō-
municare tenētur: oīa pctā sua cōfiteantur: ⁊ sic ɔfessi
cōicent. Et eadem rōne quocūq̄ tēpore anni cōmunica-
re quis voluerit. De hoc venerabilis Hugo in lib. de ec-
clesiastica ptāte ligandi ⁊ soluendi ait. Audacter dico: si
ante sacerdotis absolutionē ad cōmunionē corporis et
sanguinis christi quis accesserit: pro certo sibi iudicium
manducat ⁊ bibit. etiam si cū multū peniteat ⁊ vehemē-
ter doleat ⁊ ingemiscat. Et hoc est simplr̄ verū/ si confes
soris copia haberi pōt. Si vero non occurrat opportuni-
tas cōfitendi: distinguēdum est fm̄ scotū. Si potest sine
scandalo differre celebrationē aut cōmunionē: debet ex
pectare ɔfessionem. Si vero imineat scandalū: nisi statim
celebret aut cōmunicet: vtputa si sacris vestibus indutꝰ
memoraretur alicuius pcti mortalis cōmissi ⁊ nondū cō
fessi: nec haberet ad manū idoneū confessorē: tunc cum
ɔtritione ⁊ volūtate confitendi tpe opportuno pōt cele
brare vt scandalū euitetur sine nouo mortali etiā cū me
rito. Similiter de alio cōmunicaturo in simili casu cēsen
dum est: vt exempli causa in aliqua religione/ vel eccl̄ia
consuetum est vt oēs non sacerdotes certo die cōmuni-
cent: si tūc alicui ex his tēpore cōmunionis occurrit mor
tale nō confessum: nec habere pōt idoneum confessorem
potest nihilominꝰ cum cōtritione in actu/ ⁊ cōfessione in
voto tēpore opportuno facienda accedere: ⁊ nō ɔfessus
cōmunicare. Nec est dicendum q̄ talis peccet mortaliter
vel transgrediatur p̄ceptum vt euitet scandalū: q̄ nullū
p̄ceptum excludit ipsum ab illo actu/ in hoc casu: q̄ dila
tio cōfessionis in actu: q̄ tunc habet in affectu nō exclu-
dit eum/ q̄n sit membrū ecclesie militātis habile ad actꝰ
in q̄bus membra cōmunicant: ⁊ tenetur vitare scanda-
lum p̄ximi. Hec scotus. Eadem ratio videtur de curato:
qui p̄pter necessitatem infirmorū aut subditorū ad audiē
dam missam de die dn̄ico obligatorū/ misse celebrationē
sine scandalo omittere non potest. ¶ F Sed diceres
quid de veniali. Respondet Sco. vbi supra/ dicens. De
veniali nō oportet dubitare: q̄ de illo non est necessitas
penitentie: ⁊ per ɔsequens nec confessionis. Dicendum
igitur q̄ q̄uis vtile sit se a veniali per confessionem: siue
alia remidia purgare: pro quāto reddunt hominē tepi-
dum/ grauem ⁊ obnubilatum: deuotionem tollunt: aut
minuūt: adimuntq̄ cautelam cauendi maiora: fm̄ illud.
Qui spernit modica paulatim decidit: tamen nō videtur Eccl. xix
absolute necessarium/ q̄ de ipso cōsecraturus prius con
fiteatur: aut etiam conteratur. Quod ex eo patet: nam
hoc nō est necessarium ad secure moriendū: quia si quis
in veniali decedit sine mortali/ etiam moriēs in actu pec
cati venialis saluabitur: vapulabit tamen fm̄ illud apo-
stoli. Si quis superedificat lignū/ fenū/ stipulam: idest j. Cor iij
peccata venialia: fm̄ glo. Gregorij. Sequitur. Si cuius
opus arserit: detrimentū patietur: ipse autem saluꝰ erit:
sic tamen quasi per ignē/ scʒ purgatorij. Non videt autē
q̄ sacerdoti necessarium sit confiteri hoc peccatum ante
celebrationem: de quo non tenetur conteri vt ingrediat
regnum celorū. Huius ratio assignari pōt: quia pctm̄ ve-
niale nō repugnat gratie in facto esse: hoc est/ stat simul
cum gratia: alr̄ em̄ non esset veniale: sed ad mortē/ si tol
leret vitam anime: que est gratia. Nec repugnat gratie in
fieri: hoc est nō impedit gratie infusionē: neq̄ augmen-
tationē. Unde si adultus cupit baptizari/ dolens de suis
pctis mortalibus: ⁊ actu peccans venialiter/ iustificatur
⁊ gratiam recepit. Ratio est: q̄ sacramentū baptismi cō
fert gratiā nō ponenti obicem. Obex aūt nō admittens
gratiā/ pctm̄ mortale est: fm̄ Scotū dist. iiij ix. vij. li. iiij.
Item fm̄ oēs/ pctm̄ veniale inexistens nō p̄hibet quem
meritorie agere: imo sepe per actū charitatis feruidū ex-
tinguitur: ⁊ quoad culpam: ⁊ quoad penā: quēadmodū
aque gutta cōsumitur a vehementi flāma: ideo non impe-
dit gratie augmentationē. Si igitur neq̄ tollit gratiam
inexistentem: neq̄ impedit ipsius infusionē: nec augmē-
tationem: nō videtur q̄ sacerdos teneatur ipsum cōfite-
ri ad hoc vt digne celebret. Non modo digne per nō im-
putationē ad nouū peccatum mortale: sed etiam digne
meritorie. ¶ G Sed diceres fm̄ cōe dictū/ licet pctm̄
veniale non opponatur charitati: opponitur tn̄ feruori
charitatis. Feruor em̄ charitatꝭ ē charitas: sicut itēsio ca
loris est caliditas intensa. Respondet q̄ peccatū venia-
le nihil charitatis tollit: nam quia si aliquid eius tolleret
per venialiū multiplicationē tota charitas posset tolli
⁊ per ɔsequens non essent venialia: sed mortifera. Tum
quia charitas fm̄ ordinatam dei potentiā minui nō pōt:
quia nō habet contrariū nisi mortale: quod totam tollit
Dicitur autē tollere seu minuere feruorem charitatis/ p̄
quāto ex actu peccati venialis relinquitur quidam habi-
tus in voluntate: qui ipsam impedit ne possit in actū cha
ritatis ita intensum/ sicut posset tali habitu circūscripto.
Inclinat em̄ habitus peccati venialis ad actus consimi-
les eis a quibus genitus est: ⁊ per hoc impeditur cona-
tus potentie ad actum oppositum meritoriū. Simile est
in nouiter conuersis/ qui p̄pter habitus vitiosos in eis
derelictos: ⁊ post iustificationē remanentes/ nō expedi-
te ⁊ faciliter exercent actus virtuosos. Sed istis obuia-
re videtur autoritas beati Augu. in eccl̄ia dogma. ⁊ alle
gat magr̄ distin. xv. lib. iiij c. vltimo. Licet quis pctō mor
deatur: si peccandi tn̄ de cetero nō habet voluntatem: ⁊
satisfaciat lachrymis ⁊ orationibꝰ/ accedat securus: sed
h̄ de illo dico quē mortalia pctā nō grauant. Hec autori-
tas videt intelligi de venialibꝰ p̄pter hoc qđ in eo sequit
Hoc dico de illo quē mortalia non grauant. Respondet
Scotus distin. ix. quarti/ q̄ hec autoritas intelligi pōt de
mortali pctō confesso ⁊ dimisso p̄ penitentiā. Vt si quis
de illo mordeatur/ quasi nō plene satisfecerit de eodē: et
peccandi de cetero nō habeat voluntatem: satisfaciat la
chrymis ⁊ orationibus pro eodem ⁊ accedat securus. Et
tunc sequit. Et hoc dico de illo quē mortalia nō grauāt:
hoc est qui sine pctō mortali nō dimisso accedit. Et q̄ nō
apte exponit de veniali/ ex eo videtur/ q̄ ad digne cele-
brandū/ nō sufficit cōtritio vel dolor de pctis: sed requi-
ritur etiā ɔfessio fm̄ premissa. Cum aūt dicat btūs Aug.
⁊ peccandi nō habet voluntatem securus accedat: ⁊ non

additꝰ ⁊ confiteatur: videtur ꝙ aptius exponatur: vt dictum est: de mortali/ꝙ̄ de pctō veniali: q: ſm illa verba nō concluderetur necessitas ꝯfitendi venialia/ſm intentionē dicentiū oppositum: sed dūtaxat detestatio seu dolor de venialibus. Et ita patet primū/quis modus mortalis peccati facit accedentem noui peccati reum.

Lectio. viij. A

Nunc de secūdo videlicet quō caueri possit nouū peccatū mortale in ꝯsecratione ⁊ sumptione huiꝰ sacramenti.

j. Cor. xj. Attendenda est hic doctrina apostoli qua dicit. Probet ergo seipsum homo: ⁊ sic de pane illo edat: ⁊ de calice bibat. Scōm hāc/quilibet ⁊ cōsecraturus aut cōicaturus priusq̄ accedat: debet seipsum ꝓbare. i. suam cōscientiaꝫ diligenter examinare an pctō mortali sit euacuata. Debet igitur attendere diligenter si detestetur pctā preterita. si displiceant p̄sentia: si ꝓpositum firmū habeat cauēdi futura. ꝙ si aliquod horum defuerit: abstinere debet a missa donec seipsum iudicauerit: ⁊ per seueritatē penitētie se exercēs/purgationē meruerit peccatorꝫ: quatenꝰ sic a seipso iudicatus/nō iudicetur a domino. Cessat em̄ vindicta diuina/si ꝯfessio precurrat humana. ait glo. bti Augu. vbi supra. Alioquin in pctō (vt dictum est) accedens/irreuerentiam facit deo: quē suscipit in sacramēto: ⁊ eterne dānationis iudiciū incidit indigne accedendo. Sed forte queris: quanta diligentia in examinando requiritur: vt indignus accessus caueatur. Respōdetur ſm doctores/⁊ p̄sertim doctorē subtilem in. iiij. dist. xvij. q. j. ⁊ Johan. gerson in suo tripertito. Tantā debet facere diligentiā in examinatione ꝯscientie recogitantis preterita pctā: quātam faceret in magno ⁊ arduo negocio ꝓ magna ⁊ ardua re lucrāda/aut incōmodo graui vitādo. Hec siquidē inquisitio diligēs etiā cuilibet sufficit ad fructuose cōfitēdum ſm eosdē: vt sic ad memoriā reducat iuxta humane fragilitatis possibilitateꝫ p̄terita peccata/prius per cōtritionē ⁊ cōfessionē nō deleta. Eaq̄ detestetur: q: cōtra dei mandata cōmissa: sicq̄ vt dictū est: confiteatur. Hac diligētia adhibita/si alicuius peccati obliuiscitur: per accessum ad hoc sacramentū/vnū e duobꝰ cōsequit: aut virtute sacramenti peccatū hoc remittit: aut ad cognitionē talis peccati cor illustrat: quatenꝰ per penitentiā diluat: vt vult Durandus in. iiij. dist. x. q. x. Et recitat gerson in tractatu de pol. noc. consi. ij. Sicut frequēter expertū est/ꝙ deuote celebrātes/in pluriū peccatorꝫ cognitionē deuenerūt/q̄ occulta fuere prius. Secus de his qui per crassam ⁊ supinā negligentiā peccata grauia nō aduertunt aut obliuiscūtur. B Sed adhuc diceres: si tanta preuie recollectionis diligentia requiritur: trepidabit necesse est quisquis accesserit/tanq̄ incertus si debitam diligentiā ad rememorandū pctā confitenda adhibuerit vel nō: ⁊ semꝑ incertus: ⁊ ꝑ ꝯsequēs in periculo accedit. Pro huius solutione aduertenda est doctrinalis distinctio certitudinis. Est em̄ triplex certitudo ſm gersonē vbi supra/scilꝫ supnaturalis: naturalis: moralis. Certitudo supnaturalis est: cui innitens ꝑ nullam potentiā falli pōt: hec a solo deo est quātum ad veritates ꝯtingentes. Hec etiā est certitudo p̄mi p̄ncipij ⁊ ꝓpositionū per se notarū: vt quodlibet est vel non est. Hanc habuere ꝓphete in his que ꝑ diuinā reuelationeꝫ acceperūt. Talem etiā certitudinē habemus ⁊ nos de articulorꝫ fidei veritate: ⁊ oībus in canone biblie contētis in eo sensu i quo a sancto sunt spiritu reuelata. His nāq̄ assentiendo falli aut decipi nō possumus: q: deus q̄ summa ⁊ infallibilis est veritas: nō potest falsum tanq̄ verū reuelare. Hec certitudo nō accipit a rebus: alioquin nō esset infallibilis: cum ſm apostolū. Ois creatura vanitati subiecta est. Et sicut de nihilo oīa producta sunt: ita ꝑ potentiaꝫ creatoris possunt singula in nihilum redigi ⁊ collabi. Alia est certitudo naturalis: ⁊ hec est veritatum a rebus acceptarū: quibus innitens falli nō potest per naturā. Hanc certitudinē habemus de multis euidētibus veritatibus ꝯtingentibus ⁊ necessarijs ſm naturā vt sol oritur. Talem certitudinē habemus de existentia rerū intuitiue cognitarū cōtingentiū. Item de ꝓpositionibus naturaliter necessarijs: vt ignis est calefactiuus. Circa quarūꝫ veritates/stante cōi cursu nature/nullus fallitur: licet ꝑ potentiā supnaturalē/⁊ miraculū q̄s falli posset. Tertia certitudo moralis siue ciuilis: ⁊ hec nō est ex euidentia rei: sed surgit ex ꝓbabilibus cōiecturis grossis ⁊ figuralibus magis ad vnā partē/q̄ ad alteram: qualis sufficit in morali negocio ⁊ agibilibꝰ humanis: vt vult philosophus. j. Ethico. c. j. C Ad ꝓpositum nostrū. Prima certitudo supnaturalis ⁊ reuelationis/nō requirit vt sacerdos de sufficienti sue examine cōscientie securus digne accedat: hodie nāq̄ nulli talem reuelationē accipiūt. Que si necessaria foret: spūssanctus ecclesie sue rector ⁊ gubernator: qui eā a culpabili errore p̄seruat: nequaq̄ generaliter ecclesie sacerdotes errare ꝑmitteret: q̄n potius reuelaret: qd̄ sine sua reuelatiōe sciri nō posset. Nam sicut natura in necessarijs nō deficit ita nec deus in ecclesie sue regimine filij sui spōse: eiusdē p̄cioso sanguine ꝑ lauacrum aque ablute ⁊ sanctificate: ſm illud apl̄i. Christus seipsum tradidit ꝓ ecclesia: vt illam sanctificaret: mūdans eā lauacro aque in verbo vite vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiā nō habentē maculam: neq̄ rugam. Fatuū ergo esset hāc reuelatiōis certitudinē expectare. Certitudo etiā naturalis euidētie nō requirit: q̄m naturalis hoīs cognitio non extendit se ad euidentē noticiā huius sufficientis diligentie ⁊ expiationis peccatorꝫ: qua ꝯsecrans digne ꝯficeret: q̄m hec dignitas depēdet ex clementi oīpotentis dei bonitate: nostrā qualēcunq̄ dispositionē misericorditer tanq̄ sufficientē acceptante. Ad sciendū aūt hanc dei voluntatem: naturalis hoīs cognitio nō ascendit. Nescit inquā hō an amore vel odio dignus sit. Quis em̄ nesciat fieri posse: ſm gersonem de pol. noc. cōsi. j. vt hō detur in reprobū sensum demerito p̄cedentiū peccatorꝫ: vt nō videat pctā sua: ⁊ ꝑ hoc nihil sibi ꝯscius sit: ⁊ tm̄ non in hoc iustificatꝰ sit. Et velut aman supbissimus ad cōuiuiū hester veniens: qd̄ sibi ad honorē putat: ad suspendiū sibi inueniat preparatum. Hester. v. ⁊ vij. c. Aut si auditurus est. Amice quō huc intrasti nō habens vestē nuptialem. Aut si talibꝰ annumeratus est: de q̄bus ꝓpheta in psalmo. lxviij. non tā imprecatiue q̄ prenūciatiue dicit. Fiat mensa illorꝫ coraꝫ ipsis in la. ⁊ in retri. ⁊ in scandalū. Obscurent oculi eorꝫ ne videant ⁊c. Conformiter ad illud apl̄i. Propter hoc multi inter vos inbecilles ⁊ dormiunt multi. Que inbecillitas ⁊ dormitatio magis ad animā q̄ ad corpus referri putantur. Hec oīa certitudinē euidentie tollunt. Hec gerson de pol. noc. ꝯsideratione. j. D Ex quibꝰ certe deducitur necessitas humiliationis nostre ad deuꝫ: vt nō glorietur ante eum stulta presumptio omnis carnis. Nec vltra apponat se magnificare homo super terram: quatenus ex hoc desperemꝰ de viribus nostris: neq̄ ponamus carnem brachium nostrū: sed tota spe ꝓijciamur in deum: vt ipse nos enutriat. Neq̄ putemus nos aliq̄d esse: cum nihil simus nos seducentes. Galatharum. vj. Sed iuxta verbū xp̄i/Luc. xvij. Cum fecerimus oīa que p̄cepta sunt/dicamꝰ nihilominꝰ: serui inutiles sumus: q̄ debuimus facere fecimꝰ: scientes q: nō sumus sufficiens a nobis/quasi ex nobis cogitare aliq̄d: sed sufficientia nostra ex deo est: q̄ fecit nos idoneos ministros noui testamenti. Tertia certitudo/ꝓbabilis scilꝫ ⁊ cōiecturalis sufficit: quā habere potest sacerdos si conatus est vitam p̄teritā/p̄sertim a prima ꝯfessione diligenter facta examinare: si pctā in hoc suo examine occurrētia detestetur ꝓpter deum: si ea ꝯfiteatur/paratus ꝯfiteri oīa oblita si memorie occurrerent. Si non placet obliuio: sed magis desideret ad oium pctōꝝ suorꝫ illuminari memoriā. Si

Margin notes (left column): Triplex est certitudo. — Ro. viij.
Margin notes (right column): Ephe. v. — Eccs. ix. — Math. xxij. — j. Cor. xj. — ij. Cor. iij.

nihil voluntarie omittit quod reminiscentiā peccatorum adducere posset. Si firmū ꝓpositum omnia mortalia cauendi habeat: ⁊ coniecturaliter scire pōt/ si hanc diligentiā fecerit: sicut ⁊ in alijs humanis suis actibus scire pōt ꝙ diligenter/ quō/ qualiter/ propter quid operetur. Hec ergo diligentia eiusq; coniecturalis certitudo sufficit ad digne celebrandū. Qđ ex eo patet: quia nō requirit maior diligentia in examinatione ꝯscientie ad digne celebrādum/ ꝙ ad secure moriendū: talis aūt sic se examinans/ dolens ⁊ ꝯfitens pctā sua/ si moreretur saluaret: qr non requirit domin⁹ vltra possibilitatē humane fragilitatis. ℭ E Si dicis/ oībus predictis stātibus/ adhuc potest manere peccatū aliqđ mortale: qđ si latuerit: celebrans in mortali ⁊ extra gratiam celebrat: ⁊ per ꝯsequens indigne celebrat. Ad hoc dicendū ꝙ ad cauendū indignā celebrationē/ nō requirit ꝙ sacerdos sit in gratia ⁊ charitate: ⁊ ideo sine mortali: quoniā si sic: vt dictū est: dispositus accedat: nō indigne accedit. Quia sic accedēdo etiā si fuerit in mortali: nō nouo mortali peccat: licet etiā nō digne accedit. ita digne vt per consecrationē ⁊ participationē eucharistie mereatur sibi gratiā infundi: licet alterum de duobus supra dictis ꝯsequatur: vel remissionem peccati ignoti: vel illuminationē ad eius memoriā. ꝙ si cōteritur: gratiam consequitur. Unde patet ꝙ inter indignū accessum/ ⁊ dignū datur mediū. Et indignus accessus dicatur quo nouū mortale incurritur. Dignus quo gratia augetur. Medius quo neq; nouū peccatū incurritur: neq; gratie augmentū percipit. Et ꝑ hoc respondetur ad replicā supra lectione. vij. motā: negando ꝙ īpossibile est sine mortali eucharistiam ꝯsecrare aut sumere: quoniā multi sumūt nō solum sine nouo mortali: sʒ etiā cum merito ⁊ gratie augmēto. Unde glo. Hieronymi su-

Marci. xiiij. per verbo: Biberūt ex illo omnes. Felix ebrietas: salutaris satietas: que quāto copiosius sumitur: tanto sobrietatem mētibus dignat donare. Et ad ꝓbationem negetur vtraq; pars ꝓbationis. Prima: quoniā stat ꝯsecrantem esse in pctō mortali: ⁊ tn̄ non indigne sumere aut consecrare: vt statim declaratum est. Unde superius caute additum fuit/ scienter: ita ꝙ cōsecrans in mortali sciēter/ indigne accedit. Simiłr secūda pars negetur: quia licet hō nō posset scire per euidentie certitudinē se esse sine mortali: potest tamen de hoc habere certitudinē coniecturalem: ⁊ quibusdā signis habere spei fiduciā: vt dicit Alex. de ales. iiij. ꝑte. q. xlvj. mēbro. j. Et subdit. vn̄ Bern̄. in sermone de septuagesima. Nescit homo vtrū dign⁹ sit amore an odio: sed spei fiducia consolatur nos scriptura: ne dubitationis hui⁹ anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt quedā signa/ ⁊ indicia manifesta salutis: vt indubitabile sit eū esse de numero electorū: In quo ea signa ꝑmanserunt. Et post/ ponit quattuor: Primū si de

Io. viij. note audit verbū dei. ſm illud. Qui ex deo est: verba dei audit. Alia tria sunt: opera vite agere: a pctīs ꝯtinere: cōmissa deflere: que ponit sermo. ij. sup canonē Johānis ex-

I. Ioh. v. ponēs illud. Tres sunt qui testimoniū dant in terra: spiritus/ sanguis ⁊ aqua. Fidelis sermo (inquit) ⁊ oī acceptione dign⁹: quo salutis testimonia cōmendātur. Quis est qui testimoniū habet effusi sanguinis xp̄i: nisi qui cōtinet a pctīs. Habet ⁊ ab aqua testimoniū: qui laborat in gemitu suo lauās ꝑ singulas noctes lectū suū. Sane sanctum superuenisse spiritū certissime noua cōuersatio testatur. Jam vt breuiter repetam: ⁊ a sanguine/ ⁊ a spū habes testimoniū ⁊ ab aqua: si ꝯtines a peccatis: si dignos penitentie fructus: si facis opera vite. Hec Bern̄. Hinc accipitur ꝙ habens ꝓpositum a peccatis abstinendi: dolens de pctīs cōmissis: ꝓponens obedire mandatis: cū ceteris supra dictis/ habet certitudinē sufficientem. Hinc ait Alexander. Talis accedens ad corpus xp̄i cū debita reuerentia: nō peccat: nec exponit se discrimini. Sufficit enī habere noticiā presumptionis ꝑ coniecturas eo modo quo dictū est. Et hoc videt innuere apostolus: q̄ non

ait/ dum digne accedendi regulā ponit: sit sine pctō: aut habeat in se gratiā: sed probet seipsū homo. Glosa idest examinet: ⁊ sic de pane illo edat ⁊c. ℭ F Et per hoc ad illud. Nemo scit vtrū amore vel odio dignus sit. dicendū Eccle. ix.
ꝙ loquit de amore ⁊ odio finali. Unde ibi sequit. Sed omnia in futurū reseruantur incerta. Uel si loquitur de ꝑsenti vt cōmuniter exponit. Dicendū ꝙ loquit de sciētia per certitudinē euidentie. Hoc enī sonat verbum scit. Qđ vero additur ex Prouerb. Quis dicere pōt mūdum est cor meū. Dicendū ꝙ non intendit dicere ꝙ nullus sit sine pctō mortali: sed loquit ibi sapiens ꝯtra ꝑsumptuosos: qui seipsos temerarie iactant: ac de suis meritis laudant: hī eo ipso ꝙ tales sunt/ mali sunt. Unde glosa ibidem nō dicit: quis habet quia dr̄. Beati mūdo corde. Sʒ Mat. v.
quis pōt dicere: quia temerariū est se laudare. Uel intelligitur de pctō veniali. ℭ Sufficit ergo quēadmodū ex predictis colligitur: certitudo moralis/ ad cauendum indignū accessum ad eucharistiam venerabile sacramentū. Hec aūt certitudo moralis excludit sciētiam ⁊ firmā fidē de inexistenti pctō: ⁊ cōpatitur secum vacillationē quandam animi ⁊ suspitionē seu hesitationē/ ⁊ scrupulum nō sufficientis adhibite diligentie seu indispositionis. Sed nō debet quis ꝓpter hec celebrationem suspendere seu pretermittere. Est enī scrupulus seu hesitatio/ dubitatio quedā seu formido/ consurgens ex aliquibus cōiecturis debilibus ⁊ incertis: ⁊ hic stat cū morali certitudine. Sicut etiā apparet ⁊ in ciuilibus negocijs: vbi ꝓpter leuē timorē de dāno/ nō dimittunt negociatores suarū mercātiarum exercitia: sed magis ſm ea que ꝓbabilius accidere cognouerint aut estimauerint: operātur ⁊ exequunt. ℭ G Sed diceres ſm beatū Grego. Piarū mentium est cognoscere ibi etiā culpā vbi culpa nō est: multo magis agnoscenda est culpa vbi dubiū culpe est. Et per cōsequens etiam in leui dubio celebrandū nō est. Respondetur ſm dominū altisiodoren. ⁊ Johānem gers. cancella. parisien. ꝙ in dubio ꝓbabili committeret se discrimini: q̄ stante illo ꝓbabili dubio celebraret: ⁊ ita peccaret periculo se cōmittens: secus in dubio leui. Est autem probabile dubiū/ qn̄ ꝓ vtraq; parte sunt rōnes eque fortes: que faciūt animū trepidare ne alicui partiū audeat ꝯsentire: vt si habeat fortiora motiua ꝙ nō fecerit debitā diligentiā in recolligendo ⁊ examināndo se de pctīs commissis/ ⁊ detestando ea: ꝙ ꝙ fecerit: vel certe rōnes eque fortes. ⁊ in tali dubio celebrans peccat. Si vero verisimiliter estimat se fecisse diligentiā quā tenetur: timet tamē de opposito: ⁊ bona fide plus credit se fecisse/ ꝙ nō fecisse: ⁊ in tali dubio celebrat: nullū pctm̄ est: nec periculo se cōmittit. Huic alludit verbū beati Augu. supra allegatum. Licet quis pctō mordeat: hoc est scrupulis ⁊ suspitionibus agitet: quasi nondū satis penituerit: aut clare satis cōfessus fuerit: vel nondū pro eis satisfecerit: si peccandi tn̄ de cetero nō habet voluntatem: ⁊ satisfaciat lachrymis: nō quidē sensibiliter defluentibus. Ille enī nō requirūtur necessario ad pctī remissionē: sed lachrymis spūalibus que sunt pctōꝝ cōmissoꝝ detestationes. ⁊ satisfaciat orationib⁹/ petendo veniā/ ⁊ dignā sui dispositionē a dn̄o. Sequit. Accedat securus: videlicet non obstante tali remorsu ac scrupulis. Ad idem facit qđ dicit Alexā. de ales parte. iiij. q. xlvj. mēbro. iij. arti. ij. Quādo existens aliq̄s in mortali pctō ſm veritatē: non tn̄ habet ꝯscientiā mortalis pctī: qui preparat se sufficiēter ſm cōscientiā suā vt digne accedat: nō tn̄ sufficiēter ſm veritatem bene accedit: ꝙ in ipsa susceptione ꝯfertur sibi grā: ⁊ resurgit a morte pctī: ⁊ vnitur corpori xp̄i. Nōne vt dicunt sancti/ hoc sacro vniūtur mēbra xp̄i corpori. Unde dico ꝙ q̄ vnita sunt fortius vniuntur: ⁊ qūq; grā collata in ipsa susceptione sacramēti vnit nō vnitum. Et allegat beatū Augu. in quodā sermone de ver. euāgelij plane dicentē/ ꝙ qn̄ manducat viuificat mortuos. Hec alexāder. ℭ H Ad beatū Greg. respondet cancella. Agnoscere

culpam per firmū assensum vbi nō est: non est pium: sed stolidum ⁊ fatuū. Unde ⁊ ve eis imprecatur per ꝓphetā. Ve qui dicitis malū bonū: ⁊ bonū malum. Esa. v. Nec hoc voluit btūs Gregorius. Sed agnoscere/idest timere culpā cum reputat culpā ex quadā leui suspitione: vbi ſm veritatem quā euiderer nescit: culpa nō est: hoc est piarū mētium: que nō solum abstinent ab his que sciūt vel firmiter credūt esse culpas: sed ⁊ ab his que suspicant esse culpas. Nec solū a malo: sed etiā ab oī specie mali: ſm apostoli ꝯsilium abstinere satagūt. j. Thes. v. Ualet hec doctrina scrupulosis/in q̇bus nulla est animi cōstantia: qui iugiter in expletione suorū officiorū timent culpabilr se deficere: quādoq̄ ꝑpter minima: que vel modici vel nullius sunt ponderis: abstinentes ab operibus laudabilibus ⁊ virtuosis: sicut aliqui abstinent a largitione elemosynarū in ecclesia: q: stulte timent hoc eis imputari ad hypocrisim: aliqui a celebratione missarū ex modicissima ꝑturbatione mentis. Debent aūt hi consilijs superiorū/⁊ doctoribus deuotis viris acquiescere: ⁊ ad eorū ꝯsilium cōtra tales vacillationes/trepidatiōes ⁊ scrupulos audacter ⁊ viriliter opꝑari: quatenus fiant robusti/solidi ⁊ tranquilli in suis operationibus: sic enim plerūq̄ vincuntur huiusmodi scrupuli ⁊ abscedunt. Qui vero renuūt ac spernunt superiorū ac prudentū consilia ad deponendum tales scrupulos: ⁊ arrogantia ⁊ superbia sunt suspecti/preponendo scz sua iudicia maiorū doctiorūq̄ consilijs ⁊ iudicijs: tales deniq̄ vix aut nunq̄ liberari possunt a scrupulis: nec ad solidam ꝯscientie quietem ꝑueniēt: sed magis nōnunq̄ ad tantā pusillanimitatem prolabūtur: vt vix quodcūq̄ opus audeant explere: fitq̄ eis ꝑsepe peccatum fallente conscientia: quod aliūde peccatum nō foret. Et rursum nullā pacem/nullam ꝯscientie puritatem obtinere valent priuantq̄ se sepe hospite gratie qui est spūssanctus. de quo dicit ꝓpheta. In pace factus est locus eius. Attendendū est hic consilium beati Bernardi qd̄ super hac re prestitit. Erat ex discipulis eius quidam tantis inquietatus scrupulis: vt ad celebrandum nullo pacto auderet accedere. Dixit ei deuotus Bernardus ꝯ percipiēs. Uade frater ⁊ in fide mea celebra. Obediuit discipulus: ⁊ scrupuli omnes protinus discesserūt. Laudanda ⁊ imitanda tā deuoti patris industria/q̄ discipuli humilis obedientia. Hec de impedimētis que sunt tantum culpe.

℄ Lectio. ix. A



Impedimenta que

tali necessitate ingruente. Nō autem existente tali necessitate/nō licet nisi cōcedente epō loci. De volūtate eīn et ꝯcessione epi loci sine tali necessitate licet celebrare missam in loco nō consecrato. vt de cōse. dist. j. Missarū. vbi dicitur: Missarū solēnia non vbicūq: sed in locis ab epis consecratis: vel vbi ipse ꝑmiserit: celebranda esse censemus. Similiter habetur in ca. Sic ergo. eadē dist. Debent ergo canones in quibus dicit/ꝙ nō licet celebrare nisi in locis cōsecratis: intelligi/nisi necessitate vrgente: vel epō loci cōcedente. Hec Alexan. Uerūtamen ſm Guilhel. non licet celebrare in mari vel fluminib⁹. vbi ꝓbabiliter timet ne mutante (aliꝰ nutāte) naui sanguis dominic⁹ effundat: aut sacramētū inordinate cōmoueatur. Introitus tamē misse ꝛ cetera q̄ consecrationē nō respiciunt legi possunt. Itinerantes ergo in mari vel in terra: vbi ꝑdicta haberi nō possunt: ab auditione misse in die dn̄ico ac ceteris festis excusantur. Nec in casu ſm Sco. in. iiij. dist. xiij. q. ij. ligant precepto obligante ad misse auditionē in sabbato: qm̄ occurrentibus duobus preceptis incōpossibilibus maius preceptum absoluit ab obseruantia minoris in tali casu. Est aūt rationabile locū celebrationis cōsecratū esse ꝓpter sacrosancti corporis christi presentiā/qḋ ibi cōficit: qḋ est sanctū sanctoꝝ/christus scilicet oia sanctificans: ideo oia ad illud sacrificiū ptinētia cōsecrata esse debēt. Sacerdos ministri/altare/calix/pāni ꝛc̄. vt dicit Tho. in. iiij. dist. Etiam ꝓpter angeloꝝ presentiā: q̄ ſm beatū Gregoriū in dialo. li. iiij. assistunt illi sacrificio. Item ꝓpter orationū nostraꝝ celeriorem exauditionē: propter deuotiōis excitationem: impedimentoꝝ diabolice tentationis exclusionē: ceterosq̄ effectus bonos ecclesie cōsecrationē consequentes. Et noie ecclesie hic intelligēde sunt etiā capelle consecrate. In his eīn celebrari potest sine speciali fauore epi ipsi⁹ loci: eo ipso ꝙ est cōsecrata: vt in ca. Si q̄s. de cōse. dist. j. ꝛ clari⁹ in glo. super illo verbo: Celebrare cōcedimus. eadē di. c. Concedimus. ¶ Debet etiā locus cōsecratus non esse interdictus neq̄ a iure: neq̄ a iudice. A iure quidē/si est pollutus sanguine vel semine. de cōsecra. eccl̄ie ca. vltimo. Et de adulterijs ꝛ stu. c. Significasti. A iudice aūt per interdicti sententiam contra locum latam. nam in talibus celebrandū non est: vt infra dicit. ¶ L. Locus magis ꝓpinquus est altare consecratū et lapideū/integrū/non enormiter fractū. De primo est statutū in concilio agathenen. ꝙ altaria non solum vnctione chrismatis: sed etiā sacerdotali bn̄dictiōe sacrentur: vt in ca. Altaria placuit. de consecra. distin. j. Et hoc eisdem congruitatibus quib⁹ cōgruit ecclesiā fore cōsecratā. Scdm̄ .j. ꝙ debet eē lapideū: patet ex ꝑmo: qz alio quin vngi non debet. vt in ca. Altaria si non. vbi statuitur ex ꝯcilio hipponen. ꝙ altaria ſinō fuerint lapidea: chrismatis vnctione non consecrentur. Est aūt rationabile ꝙ altaria sint lapidea: ſm Alexandrū de ales parte. iiij. q. xxxvj. mēbro. j. propter lapidis cōmunitatē/fortitudinē siue durabilitatē: et propter significationē. Nam ꝓpter cōmunitatem est facilis ad habendū: ꝓpter durabilitatē habet aptitudinē vt consecretur. Non eīn conueniret ꝙ aliq̄d ꝑunctione sacra consecrarec: nisi esset solidū et durabile. Propter significationē: nam petra christū significat ꝛ christi fidem. vnde. j. Coꝛ. x. Petra aūt erat christus. ꝛ Matth. xvj. Super hanc petrā: id est fidei confessionē/edificabo ecclesiam meam. Nam vt christus fundamentum est ecclesie: ita et fides christi. Utrunq̄ eīn dicit apostolus. Primū. j. Coꝛ. iij. Fundamentū aliud nemo potest ponere ꝑter id qḋ positum est/qḋ est christus iesus. Secūdum Heb. xj. Fides est substantia rerū sperandarū. Nunc aūt in altari christ⁹ offertur: et fides necessaria est ꝛ quantū ad consecrationem/et quantū ad susceptionem. Qḋ vero in vete. testa. de diuersis materijs fiebāt altaria/scz de lignis sethim. Exo. xxvij. Item de auro. iij. Regū. vij. Salomon fecit altare aureū. Itē de terra. Exodi. xx. alia est ratio: qm̄ in veteri testamēto vnum tantū fuit altare holocausti: ꝛ hoc in deserto mobile erat cum tabernaculo: ideo cōgruebat vt esset ligneū. In templo vero hierusalem immobile/sed vnicum: ideo potuit fieri de auro: qḋ fieri non posset si multiplicandum fuisset: ſm ꝙ in lege euangelica multiplicatur: ꝓpter materie raritatē et preciositatē. vnde nec ligno: nec terre: nec auro cōueniunt cōditiones altaris q̄ dicte sunt: saltē cuilibet simul/scz cōitas/soliditas ꝛ significatio. Nec oportet figuram in omnibus circūstantijs respondere figurato. nec est cōtra predicta ꝙ in ecclesia lateran. est altare ligneū: qḋ q̄dem altare ob apostoloꝝ principis (qui sup hoc altare dicitur dominicū celebrasse sacramentū) et sanctoꝝ precedētium martyꝝ reuerentiā reseruatur. Licet beatus Siluester papa decreto firmasset/vt nullum deinceps altare eēt nisi lapideū. Hoc quoq̄ altare idē beat⁹ Siluester stabiliuit/vt sup illud nullus nisi romanus pontifex audeat celebrare. Ab episcopatu aūt apostoloꝝ principis vsq̄ ad tempus beati Siluestri seuiente ꝑsecutoꝝ rabie/certa nō erat episcopalis statio: sed vbicunq̄ necessitas cōpulit: siue in criptis: siue in domibus religiosoꝝ: siue alijs quibuscunq̄ locis missam celebrabant sup altare ligneū in modū arce concauū: quod portabat a sacerdotibus vbicūq̄ roman⁹ episcopus latitabat: sup quod die cene et sabbato sequēte a summo pontifice ministeriū peragitur sacerdotale. Hec Alexan. ¶ L. Tertiū scz ꝙ debet esse integrū nō enormiter fractum: patet de cōsecratione ecclesie vel altaris. c. j. et ca. ꝙ in dubijs. ꝙ si altare motū fuerit: aut lapis ille solummodo superpositus qui sigillū cōtinet: confractus aut diminutus: debet denuo consecrari. Motū. i. mutatum quo ad formā: ita ꝙ formā amiserit ꝑ diminutionē vel augmentum: dicit glo. Tabula eīn cōsecrata de loco ad locū mouetur: nec tamen cōsecretur. c. Cōcedimus. de cōse. dis. j. Qḋ verū est si non est affixa structure inferiori sicut altare portabile. Consecratio eīn altaris presertim intelligitur esse in cōiunctione mense: id est lapidis superioris et structure inferioris: ergo si mensa fuerit mota: vel aliquis de lapidib⁹ inferioribus tangēs ipsam: execrat altare/et est cōsecrādū. Hec glo. in ca. si motū. de cōse. dist. j. Dicit tamē Pisanus/ꝙ hoc intelligit de lapidibus principalibus. Similiter dicit ꝙ non est recōsecrandū altare/si tota mēsa cum sibi adherentibus transferat. Quandocunq̄ autē sigillū quo sigillantur reliquie: fractū vel diminutū fuerit: siue fit in tabula: siue mēsa: siue in structura inferiori: execratū est altare et recōsecrandū. Et dicitur notāter enormiter lesum: q̄a lesio modica nō execrat altare: vt in c. ligneis. de ꝯse. eccle. Que aūt dicat enormis lesio: dicit glo. i. c. Si motū. de ꝯse. dist. j. Si est enormiter fracta vltra scz medietatem. Alij dicunt vt Guil. quando ꝑ diminutionē non tollitur forma: nō censetur enormis. Scdm̄ Hostien. aūt tunc est enormis quando in angulis siue in cornibus in quib⁹ precipue solet fieri altaris cōsecratio/scz inunctio fit lesio talis: credo per quā tollitur pars inuncta. Uel enormis destructio debet esse talis: que inducat deformitatē arbitrio epi iudicandam: ſm Innocen. Similiter si fit additio: per quā nō tollitur forma altaris: non est recōsecrandū: quia sacrū trahit ad se non sacrū. dicit glosa in allegato ca. Si motū. Etiam sine reliquijs altare cōsecrari non debet: vt in ca. Placuit. de conse. dist. j. ¶ Dicitur etiā altare quasi alta ara ratione situs: quia eleuatū est sup terrā. Item ratione sacrificij altissimi/corporis scz et sanguinis dn̄i. Uel dicit altare ab ardore: q̄a in lege veteri holocausta cremabant in altari: ex qua lege traxit originē. Uerūtamen noe primū altaris ritum exhibuisse credit Gen. viij. Edificauit noe altare domino. Deinde abraā vsum altaris in oblationib⁹ habuit: exhinc rit⁹ legalis sacrificij in altarib⁹ inoleuit. ¶ M. Debet autem altare ornatum esse duabus pallis et corporali consecratis de sindone munda: non de serico aut intincto: sed albo terreno lineo. de cōse. dist. j. Cōsulto. vbi dicit. Cōsulto omnium statuimus/vt sacrificium altaris nō in serico pāno: aut intincto quisq̄ celebrare missam ꝑsumat: sed in puro linteo ab episcopo cōsecrato: terreno scz lino procreato atq̄ cōtexto; sicut corpus domini nostri iesu christi

in mūda sindone linea sepultum fuit. Rationabiliter q̄dē duplici ratione/scilicet mundicie maioris/et mysterij pro/fundioris. Inter oia em̄ genera pānoꝝ illa que sunt de lino puro ad candorē perspicuū perducta mundissima sunt: et mūdari melius possunt: et ꝓfundius significāt que dño cō tingebant: vt allegati canonis verba insinuāt. Dicit em̄ in lino puro: in quo notaꝛ innocētia et puritas omnimoda si ne quacunqꝫ macula saluatoris. Purū est em̄ cui nihil alte rius nature est ꝑmixtum. Sequiꝛ/terreno: quo notaꝛ cor/pus saluatoris passibile et mortale/de corpore terreno vir ginis assumptū. Addit/lino ꝑcreato atqꝫ comerto.i.pāno lineo multiplici tonsione ad candorē perducto: quo nota/tur christus qui multiplici cruciatu et pressura peruenit ad gloriam. Representat deniqꝫ sindonē mundā: qua domini cum corpus sepulture traditum fuerat inuolutum. ¶ De/bet etiam altare igne siue lumine celebrationis tēpore esse fulgidū. de quo in capitulo vltimo de celebra. missarū. Sa cerdos sine igne celebrans puniꝛ. Scribitur etiā Leui. vj. Ignis in altari meo semper ardebit. Ille ignis etiam sub aqua vixit septuaginta annis babylonice captiuitatis: vt habetur. ij. Mach. j. qui extinctus fuit antiocho vendente sacerdotiū iasoni: vt dicit Aug. et habeꝛ. j. q. j. Sicut eunu chus. Significat aūt ignis siue lumē fidem populi: q̄ non dꝫ esse abscōsa sub modio: sed manifesta posita suꝑ cādela/brum: vt ingredientes ecclesie vnitatē/videant oꝑa ex fide relucentia: et glorificēt patrem q̄ in celis est. Et rationabili ter adhibetur ignis luminosus: vbi ille tractatur qui venit ignem mittere in terrā: quem vult vehemēter accēdi. Luce xij. Quiqꝫ de se dicit. Ego sum lux mundi: q̄ sequiꝛ me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. Johan. viij. ¶ N Locus proprius cōsecrationis/quo scilicet imme/diate sacramentales cōtinenꝛ species: sunt calix et patena: et est corporale: sed de illo iam dictum est. Calix ergo et pa tena: quales esse debent: determinatū est in cōcilio remeꝯ. et habeꝛ de cōse. dist. j. Calix. vbi dicitur sic. Calix dñi cū pate na si nō ex auro oino: ex argento fiat. Si qs autē tam pauꝑ est: saltē vel stanneū calicē habeat. De ere aūt et aurichalco non fiat: quia ob vini virtutē eruginē facit: pariterqꝫ vomi tum ꝓuocat. Nullus aūt in ligneo aut vitreo calice psumat missam cantare. Item eadē dis. c. Vasa. legiꝛ ꝙ vasa in qui/bus sacrosancta cōficiunꝛ mysteria: sunt calices et patene. De quibus Bonifacius martyr et eṗs interrogatus: Si li ceret in vasculis ligneis sacramenta cōficere. Respondit: quondā sacerdotes nō aureis: sed ligneis calicibus vtebā tur. Seuerinus. xvj. romanus episcopus patenis vitreis missas celebrari constituit: deinde vrbanus decimus papa omnia ministeria sacra fecit argētea. In hoc em̄ sicut in re/liquis cultibus magis et magis ꝑ incrementa temporum decus succreuit ecclesiarum. Nostris em̄ diebus: q̄ serui pa trisfamilias sumus: ne dec⁹ matris ecclesie minuaꝛ: sed ma gis cumuleꝛ et amplificeꝛ: statuim⁹ vt deinceps nullus sa/cerdos sacrū mysteriū corporis et sanguinis dñi nostri Je/su christi in ligneis vasculis vllo modo cōficere presumat: ne vnde placari debet: inde irascatur de⁹. Hec ibi. Hoc sta/tutū factum fuit in cōcilio triburieñ. ¶ Si replicatur ca/lix ſm Hugo. significat sepulcrū: patena lapidem suꝑpo/sitū: qꝺ q: fuit excisum de petra. Mar. xv. videꝛ ꝙ calix eē deberet de petra. Rñdeꝛ ꝙ non cōueniret celebrare in vase lapideo/propter vasoꝝ lapideorū ineptitudinem. Neqꝫ in ligneo ꝓpter porositatē et humoꝝ imbibitionē. Neqꝫ in vi tro vel crystallo ꝓpter fragilitatē: ne sic dñicus sanguis ef/fusionis ꝑiculo exponaꝛ. Nec oportet ꝙ signās et signatū in materia cōueniāt: vnde et calix aureus ⁊ patena ꝓpter forme cōcauitatē et sacramētalē veri corporis ⁊ sanguinis christi ꝯtinētiā/sepulcrū dñi repñtat. ¶ Si iterū obijciꝛ illud Amb. lib. de officijs: ⁊ habeꝛ. xij. q. ij. Aurū. Aurū sa/cra nō q̄runt: neqꝫ auro placēt q̄ auro nō emunꝛ. Ornat⁹ sa crorū/redēptio captiuorū est: et vere illa sunt vasa preciosa que redimūt animas a morte: ille verus thesaurus est dñi qui operatur qꝺ sanguis eius operatus est. Ex quibus vi/detur ꝙ aurū nō debet impēdi in vasa sacri mysterij: sed in alimoniā pauperū et redēptionē captiuoꝝ. Respondetur ꝙ beatus Ambro. et canon ibi loquiꝛ in casu quo res eccle sie distrahende sunt/scilicet in extrema necessitate ꝓ alimo nia pauperū/et ꝓ redemptione captiuoꝝ. Unde dicit ibi: Nōne dicturus est dñs. Cur passus es tot inopes mori fa/me. Et certe habebas aurū de quo ministrasses alimoniā. Cur tot captiui in captiuitatē ducti nec redempti ab hoste occisi sunt. Quid dices. Timui ne tēplo dei ornat⁹ deesset respondebis. Aurū sacramenta nō querūt ⁊c. vt. s. Aliqui exponūt sic. Non querūt ad sui efficaciā: non em̄ minorem efficaciā habent si in alterius modi vasis cōficiantur. Vel non querūt ad hoc vt inde magis placeant. Non em̄ ex eo ꝙ in auro cōficiunꝛ magis placēt deo: sed ex ꝯficiētiū san/ctitate et virtute. Hec Alexā. Nunc de cōsecrationis tēpore.

¶ Lectio. xiiij. A



Equitur nunc de tē

pore siue horis diei quib⁹ missam celebrare cōgruit. Ubi ꝑnittendū ꝙ duplex est missa. Quedā est missa cōuētualis siue popularis que tanq̄ ꝑncipale diei officium/in conuentu totius po/puli seu parochianorum diebus singulis celebraꝛ: q̄ et pa/rochialis missa solēnis publica vel summa q̄qꝫ appellaꝛ. Alia est missa ꝑuata peculiaris vel votiua: q̄ a sacerdotib⁹ ex speciali institutione/bñficio vel deuotione nō sic ꝓ toto ppl̄o celebraꝛ. De ꝑmis. c. Ut dñicis. de ꝓochijs. De scḋis habeꝛ in ca. Quidā laicorū. de celebra. missa. Et de vtrisqꝫ loquiꝛ Aug. in ca. Et hoc. de cōse. dis. j. vbi dicit. Attēden/dū vt misse peculiares: q̄ per dies solēnes a sacerdotib⁹ fi/unt: nō ita in publico fiāt/et ꝓpter eas popul⁹ a publicis missaꝝ solēnijs: q̄ hora tertia canonice fiunt: abstrahaꝛ: sed sacerdotes q̄ in circūitu vrbis/aut in eadē vrbe sunt: ⁊ po/pulus in vnū ad missaꝝ publicā celebrationē cōueniāt. De missis igiꝛ solēnibus diciꝛ/ꝙ tribus horis institute sunt: scꝫ tertia hora diebus festiuis: sexta in dieb⁹ profestis: no/na in dieb⁹ ieiunioꝝ. de cōse. dist. j. c. Nocte sancta natiuita/tis. vbi dꝫ: Reliq̄s vero tēporib⁹ missaꝝ celebrationes ante horā diei tertiā minime sunt celebrāde: q: in eadem hora ⁊ dñs crucifixus est: et suꝑ apl̄os spūssctūs legiꝛ descēdisse. Item in ca. Solēt. eadē dis. innuiꝛ ꝙ tpe ieiunioꝝ missa no na hora celebrari debet. Ratio assignaꝛ a doctorib⁹: nā in missa recoliꝛ mors christi: q̄ hora tertia crucifix⁹ est linguis iudeoꝝ: hora sexta manib⁹ militū: hora nona expirauit. In ieiunijs vo q̄ttuor tēporū/dū ordines celebranꝛ: pōt missa post nonā circa horā vesꝑtinā cantari. In sabbato aūt sctō pasche/circa noctis initiū: vt in ca. Solet. alleg. §. i ieiunijs. Incipit aūt noctis initiū in vesꝑa: q̄ est extrema ꝑs diei. i. vltima. Ultima aūt ꝑs diei incipit statim post horā nonā/ trāsacta meridie. Et hoc ſm modū loquēdi pħoꝝ: q̄ dicūt ꝙ quelibet pars cōtinui minor medietate ꝑtingēs vsqꝫ ad vltimū eius punctū/est eius vltima pars: ſm hoc multas partes eiusdē cōtinui vltimas cōcederes: quaꝝ tamen vlti/marū partiū semꝑ vna est pars alterius. Sic in proposito. Pars diei designata post meridiē/id est post medietatem diei: potest dici pars eius vltima: ꝗuis nō ſm vsualem lo quēdi modū. Et ꝓ quāto est vltima pars diei: potest voca ri sequētis noctis initiū. Uerū in ꝓposito illa pars diei sab bati sancti/cū nocte sequēte ad diē sanctissimū pasche ꝯpu tatur. Uñ dꝛ in oratiōe. Deus q̄ hāc sacratissimā noctē gl̄ia dñice resurrectiōis illustras. Similia dicunꝛ in bñdictiōe paschalis cerei. Hec nox est in q̄ destructis vinculis morꝭ christ⁹ ab inferis victor ascēdit. Et ſm h̄ posset intelligi ca. Sabbato. de cōse. dist. iij. vbi dꝛ. Traditio eccl̄ie hꝫ illo di/duo/scꝫ pasceue ⁊ sctō sabbato pasche sacra penit⁹ nō cele/brari. Loqꝛ de sacro eucharistie. Qꝺ verū videꝛ si ꝑs diei post nonā ad noctē referaꝛ. De hoc vide. c. ꝙ a pñb⁹. lxxv. dist. ⁊ glo. ibidē multipliciē. ¶ B Sed videꝛ ꝙ hi cano/nes de sabbato sctō pasche/et q̄ttuor tēpoꝝ quantū ad ho ras diei abrogati sint ꝑ ꝯriā cōsuetudinē: q̄m neqꝫ in vrbe

Duplex est missa

necꝫ in capella pape p̄sente summo pōtifice officiū differt
vsqꝫ ad vesperas: vel vsqꝫ ad initiū noctis: sꝫ vsqꝫ ad meri
diē terminat: licet seruent quātū ad horas canonicas p̄sol
uēdas. Nā in sabbato sctō pasche: oēs hore minores legun
tur ante officiū misse: ꝛ vespere includunt misse officio: et
eadē oratione que cōplēda d̄r: missa ꝛ vespere simul conclu
duntur. Sic in ieiunijs p̄festoꝝ none in multis ecclesijs le
gūtur statim post missam: tñ ante meridiē et prādij horam.
In quadragesima vero none ante missam legunt: ꝛ vespe
re statim post missam ante meridiē dicūtur: ꝛ hora refectio
nis vltra meridiē nō differtur. Et si sic intelligunt hore ho
die stat cōstitutio concilij Cabilonēn. de cōse. dist. j. solent.
vbi d̄r: Solēt plures qui se ieiunare putant in quadragesi
ma: mox vt signū audierint ad horā nonā comedere: q̄ nul
latenus ieiunare credēdi sunt si ante māducauerint q̄ ves
pertinū celebret officiū. Cōcurrēdū est eñ ad missas: ꝛ au
ditis missarū solēnijs ꝛ vespertinis officijs: ꝛ largitis ele
mosynis ad cibū accedēdū est. Si vero aliq̄s necessitate cō
strictus fuerit: vt ad missam venire nō valeat: estimata ves
pertina hora cōpleta oratione sua ieiuniū soluat. Si autē p
horā nonā et vespertinā intelligūtur hore diei/ meridiē scꝫ
sequētes: manifestū est generalē ecclesie cōsuetudinē in op
positū laborare. ¶ E Misse vero priuate p̄nt celebrari a
principio diei/ vsqꝫ ad horā misse publice inclusiue: siue ho
ra tertia: siue sexta: siue nona celebret. Satis in hoc concor
dant doc. et simul ecclesie ritus. Vñ Leo papa ad dioscoꝝ
alexandrinū ep̄m. Necesse est inquit vt quedā populi pars
sua deuotione priuet: si vnius tñ misse more seruato sacri
ficiū offerre nō p̄nt: nisi prima diei parte cōuenerint: vt ha
bet de cōse. dist. j. Necesse. vbi in rubro et nigro dicit: Etiā
prima parte diei missas celebrare licet. De nocte autē exce
ptis noctibus dñice natiuitatis et resurrectionis: de q̄bus
habet in. c. de cōse. dist. j. Nocte. ꝛ. c. solēt. nō licet celebrare:
q: hoc sacramētū ad tēpus gratie pertinet: qđ per diē desi
gnat: iuxta illud Roma. xiij. Nox precessit: dies aūt appro
pinquauit. Et dicit Guil. Credo q̄ qui sciēter ante diē cele
brat: cū hoc sit cōtra generale ecclesie cōsuetudinē: mortali
ter peccet: nisi sit sup hoc specialiter per ep̄m vel superiorē
dispēsatū. Videt tñ q̄ ille nō sit generalis mos ecclesie: cū
in hyeme frequēter celebret hora sexta post mediā noctem
dū adhuc tenebre sunt. In casu tñ vt pro cōmunicādo infir
mo in mortis periculo cōstituto: dū alā nō haberet eucha
ristia: licet ante diē celebrare. s̄m Alex. ꝛ Pet. de palu. Prin
cipiū aūt diei accipiendū est non ab ascensu solis super no
strū orizontē: vt dicit Sco. in. iiij. dist. xiij. q. ij. sed ab illa ho
ra ex qua radij solares incipiūt illuminare nrm̄ hemispe
riū: qđ dicit principiū aurore: et incipit vna hora et quinta
parte hore ante corporalē solis ortū: s̄m auicenam lib. de cre
pusculis: ꝛ patet p situationē linee crepusculi in facie astro
labij. Hec Sco. ¶ D Cōsequēter videndū de circūstanti
bus: de hoc aūt sic habet de cōse. dist. j. c. hoc quoqꝫ. ex cōsti
tutione sotheris pape. Hoc quoqꝫ statutū est/ vt nullꝰ pres
byteroꝝ missarū solēnia celebrare presumat: nisi duobꝰ pre
sentibꝰ: sibiqꝫ respōdētibus: et ipse tertius habeat: quia cū
pluraliter ab eo d̄r: Dñs vobiscū: ꝛ illud in secretis/ Orate
pro me ꝛc. aptissime cōuenit/ vt ipsius respōdeat salutatio
ni. Ad hūc aūt canonē ita respōdet Alex. de ales/ par. iiij. q.
xxvj. mēbro. v. Dicendū q̄ quedā retroactis tēporibus sta
tuta erāt ob reuerētiam tāti mysterij: que postea abrogata
sunt per vsum ꝛ propter necessitatē ꝛ vtilitatē. Multiplica
to eñ numero presbyteroꝝ/ necesse fuit ꝛ vtile (ne frequen
ter cessarēt a missarum solēnijs) vno assistēte celebrare. Sa
cerdos vō dicēdo: Dñs vobiscū: et Orate p me: loquit ec
clesie/ et ad ecclesiā debet cōuertere intentionē. Et ita qđ di
citur/ q̄ nullus presumat celebrare nisi duobus presentibꝰ
ꝛc. intelligit quātū ad intētionē sacerdotis q̄ debet cōuer
tere intentionē ad plures: vel assistētes: vel ad ecclesiā: qui
plures verbis expressis respōdeāt vel voto. Vel pōt dici q̄
intētio decreti est/ q̄ nullus ex cōtēptu celebret vno tñ assi
stēte: bñ tñ pōt in necessitate. vñ Inno. recitato p̄dicto de

creto r̄ndet sic. Aliud est necessitatis articulus: ꝛ aliud reli
gionis cōtēptus. Hic quoqꝫ credēdū est: ꝛ satis autoritati
bus sacris cōprobat/ q̄ angeli dei comites assistunt orāti
bus: s̄m illud p̄phete. In cōspectu angeloꝝ psallā tibi deꝰ
meus. ꝛ illud Tob. xij. Qñ orabas cū lachrymis et sepelie
bas mortuos: ꝛ derelinquebas prandiū tuū: ꝛ mortuos ab
scōdebas p diē in domo tua: ꝛ nocte sepeliebas eos: ego ob
tuli orationē tuā dño. Ad idē est btūs Greg. iiij. dialo. ꝛ s̄m
Bern. serm̄. de dedicatiōe. Dicit etiā glo. in. d. c. q̄ reclusus
missam solus cātare potest: dū clerici copia non suffragat.
¶ E Sꝫ circa p̄missa de loci et tp̄is circūstātijs: querit q̄
pena illoꝝ/ q̄ ex p̄missis aliqđ hoꝝ omiserint: puta q̄ nō ve
stibus sacris: aut in loco non sacro: seu v asis indebitis sine
igne vel tp̄e icōgruo celebrarēt: aut p̄dictaꝝ aliqua vel plu
ra omitterent. Ad hoc r̄ndet primo q̄ omissio hoꝝ oīm vel
aliquoꝝ/ ceteris exīstētibus q̄ supra ad celebrationē eucha
ristie de necessitate reqri expressa sunt. s. debitis materia/ for
ma/ ministro/ ꝛ intētione/ nō impedit effectū p̄cipalē cōse
crationis: q̄ est trāssubstātiatio panis ꝛ vini in verū corpꝰ ꝛ
sanguinē dñi nr̄i iesu christi. Nā hec/ scꝫ vestes/ locꝰ/ tēpus/
vasa/ ignis/ ministri/ circunstātes/ preuie orationes/ ꝛ simi
lia sunt de genere illoꝝ q̄ nō simpliciter ad cōficiēdū reqrū
tur: qm̄ nō requirunt ex ordinatione christi: qui sacramētū
hoc instituit: ꝛ sine his ꝯsecrauit: sꝫ requirunt ex ordinatio
ne eccl̄ie: licet nō tp̄e vno: sed successiue ob reuerētiā tāti sa
cramenti: ob significationē ꝛ deuotionis tā populoꝝ q̄ mi
nistroꝝ exercitationē: ecclesia aūt circa sacramētoꝝ essentia
lia nihil immutat. Sicut eñ sacramēta a solo deo poterāt in
stitui: ita a solo deo p̄nt mutari: ab eo nāqꝫ sacramēta insti
tuūtur: a quo habēt cū certitudine efficaciā: q̄ppe cū sint si
gna practica/ efficacia ꝛ certa. Certitudinē aūt ꝛ efficaciā ne
mo sacramētis dare pōt nisi solꝰ deꝰ. Siquidē effectꝰ sacra
mētalis est gratia inherēs vel subsistēs/ scꝫ charitas infusa:
vel corporis xp̄i p trāssubstātiationē p̄sentia: vtrūqꝫ a solo
deo est q̄ gratiā infundēdo creat: et naturā trāssubstātiādo
mutat: sequit q̄ solꝰ deꝰ sacramēta instituit. Vñ minꝰ bene
sentiūt q̄ sacramenta quedā ab ap̄lis aut eccl̄ia asserūt insti
tuta: licet ap̄li precones eē poterāt institutiōis a christo fa
cte. Tamē circa ritū ꝛ vsum sacramētoꝝ coīūqꝫ dispēsatio
nē eccl̄ia q̄dā instituere pōt: atqꝫ p eā instituta mutare p re
rū ꝛ tēpoꝝ qualitate. Snīa est doc. subti. i. iiij. dis. iiij. q. iij. ꝛ
alijs plerisqꝫ locis. Nihil aūt dubiū quin omittēs aliqđ pre
dictoꝝ ex ꝯtēptu aut sciēter quin peccet mortaliter faciēs in
hoc temere cōtra cōstitutionē aut cōsuetudinē generalē ro
mane eccl̄ie. vñ btūs Augu. in li. ex dictis basilij. ꝛ habetur
dist. xj. ecclesiasticarū. ait: Ecclesiasticarū institutionū quas
dā in scriptis: quasdā vero apostolica traditione p successo
res in ministerio cōfirmatas accepimus. Quasdā vero cō
suetudine roboratas approbauit vsus: quibus par ritus et
idem vtrisqꝫ pietatis debetur affectus. Et prosequendo de
clarat exemplariter in mysterio misse et consecratione fon
tis et vnctione baptizatorum ꝛc. Idem ad casulanum pres
byterum. Sicut preuaricatores diuinarū legum: ita cōtem
ptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. ea
dē dist. In his. ¶ F Sed de pena canonis dicit Sco. vbi
supra. In nullo premissarū incurritur irregularitas nisi in
duobus casibus. Primus si sciēter celebrat quis in loco in
terdicto a iudice. alius si celebrat in calice nō idoneo. Pri
mum probatur per cap̄. Postulasti. de clerico excommuni
cato ministrante. ꝛ per. c. Tanta. de excessibus prelatorum.
Clarius tamen et expressius habetur in. c. si qui. §. is vero.
de sentētia excommunicationis lib. vj. Et notāter additum
est in loco interdicto a iudice/ quo modo celebrās in loco
interdicto a iure nō a iudice/ vt in loco humano semine vel
sanguine polluto non incurrit irregularitatem: vt in alle
gato ca. Si qui. dicitur. Si qui in ecclesia sanguinis aut se
minis effusione polluta: vel qui presentibus maioris excō
municationis sentētia nodatis sciēter celebrare presumit: li
cet temerarie agat: irregularitatis tñ (cū illud nō sit expres
sum in iure) laqueum non incurrit. Is vero qui sciēter in

loco celebrat supposito interdicto: nisi super hoc privilegia sua existat aut a iure sit cõcessum eidẽ: irregularitatẽ incurrit: a qua nequit per aliũ ꝙ per romanũ pontificẽ liberari. Et hoc verũ si pctm̃ fuerit notoriũ: qm̃ si notoriũ non fuerit sed priuatũ/nõ est pctm̃ in loco hmõi celebrare: qꝛ recõciliatione nõ indiget: vt sentit Joh. in sum. cõfes. ⁊ Host. et Sco. q. ã. allegata. ¶ Scdm̃ scꝫ de calice nõ idoneo: pbat de cele. mis. c. vlti. Ubi sacerdos qui in calice nõ idoneo celebrauerat/iubet officio ⁊ beneficio perpetuo priuari: verũ ꝙ hec pena infligit ꝑpter multa: qꝛ videlꝫ celebrauit in pane fermentato: in calice ligneo: sine igne et aqua. Et ita dubiũ est si ꝑpter quodcũꝙ hoꝝ separatim debeat infligi depositio: qꝛ oia supradicta insimul cõcurrebãt. Et tãtũ de his que requirunt ad celebrationẽ/tam de necessitate sacramẽti/ꝙ de necessitate ministri: siue respiciãt sacramẽtum/siue ministrũ/siue circũstãtias tẽporis loci ⁊ circũstãtiũ: quibus nõ existẽtibꝰ sacerdos conficere non poterit ordinate. Sequitur nunc textus canonis.

¶ Explicit pars prohemialis canonis.

¶ Incipit pars principalis et executiua.

¶ Lectio. xv. A



AGgressuri canonis expositionẽ post ea de quibus differẽdis materie coegit connexio: magistri/patres ⁊ dñi/diuini mecũ impetratores subsidij/oro cõcurrite: quo negato frustra incassumꝙ labor/⁊ opera impẽditur. Et sicut cito discit quicq̃d magistrãte spũsancto docetur: ita eius semoto magisterio/obscurũ est quicq̃d humana voce ꝓfertur. Postulemus aũt ea nobis impertiri/que dignissimũ eucharistie sacramentũ: circa qð principalia canonis versat intẽtio: exigit et requirit. Hec sm̃ ꝑdicta sunt fides/spes ⁊ charitas. Charitas vt pulset et excitet affectũ vt rõni imperet: quatenꝰ ad tã fructuosam tanti sacrificij indaginẽ actũ cõsiderationis dirigat. Fides intellectum illuminãs/quatenus cõsideratis ⁊ inuentis fideliter assentiat. Spes vt appetitũ solidet: quatenꝰ tãti fructus mysterij lõganimiter expectet. Charitas/qua toto corde diligẽtes tãti beneficij autorẽ: quod canonis officio cõficit: gratiã quã possumus repẽdamus ipsius bñficij amorosa cõsideratione exercitio ac cõdigna põderatione: quo ad excitandũ nostrã dilectionẽ tãtã ad nos indignos charitatẽ maiestas illa benignissima demõstrauit. Quo nãꝙ magis diuina christi bonitas ineffabilẽ suã ad nos miseros ⁊ pauperes charitatẽ ostẽderet: nisi ꝑ hoc ꝙ ipse qui se in preciũ patri ꝓ nobis in cruce obtulit: seipm̃ etiã in cibũ nobis tribuit. Ut sicut soluẽdo preciũ a morte perditos redemerat: ita cibũ tribuẽdo celestẽ/infirmos nos ad vitam spũalẽ gratie roboraret. Fides quã cũ apostolis deuote augeri oremus: qua diuinoꝝ memoria mirabiliũ oẽm naturalis rõnis perspicacitatẽ excedentiũ in sacramẽto: de quo canon noster: factã capiamus: cuius intelligẽtia nec arte põt/nec doctrina hoim indagari. De quo btũs Augu. Mira mihi videntur que de hoc sacramẽto legũtur. Fides est necessaria: sciẽtia rationis superuacua. Sciẽtia rõne ⁊ intellectu colligit: fides autoritate videt. Hec ergo sunt que fidẽ necessario exigũt: rationẽ oino nõ admittũt: excedũt simplicẽ creditorem: arguũt improbũ discussorẽ. Et post pauca: Credi naꝙ oportet salubriter qð inuestigari nõ põt vtiliter. Spes rursum ad corroborandum nos exigit: ne cũ retro abeuntibꝰ ad huiꝰ sacramenti predicationẽ: dũ nõ subito que veritas protulit: verba intellectu capiebãt dicentibꝰ. Durꝰ est hic sermo. Quomodo potest nobis hic dare carnẽ suam ad manducandũ: et nos ab incepto recedamꝰ: sed lõganimiter cũ discipulis expectemus veritatis intellectũ: qui ꝑseueranter christo adherentes instrui meruerũt: ⁊ plene cõsequi quod sperabãt.

¶ B Ut ergo deus aperiat nobis ostiũ sermonis ad loquendum mysteriũ christi: vt oportet sermone sale cõdito: huius rei gratia flectamus cũ apostolo genua nostre mentis ad patrem. Eph. iij. dñi nostri iesu christi/ex quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra nominat: vt det nobis sm̃ diuitias glorie sue/virtutẽ corroborari per spiritũ eius in interiori homine: christũ habitare per fidẽ in cordibꝰ nostris: in charitate radicati ⁊ fundati: sine qua sciẽtia nõ edificat sed inflat: vt possimus comprehẽdere cum omnibꝰ sanctis que sit huius sacrosancti sacrificij latitudo in peccatorũ expiatione. Longitudo in perseueranti filiorũ alendoꝝ ac ecclesie sustentatione: sublimitas in celestiũ fructuũ exuberatione: ꝓfundũ in mysteriorũ occulte sapiẽtie cõprehẽsione. Scire etiã supereminẽtem sciẽtie charitatẽ christi in huius beneficij largissima donatione: vt impleamur in oẽm plenitudinem dei: nunc virtutũ/tũc beatitudinis premioꝝ. Ei aũt qui potens est omnia facere in nobis supabundantius ꝙ petimus aut intelligimus sm̃ virtutẽ gratie que operat in nobis: ipsi gloria in ecclesia pro tãto ecclesie sacrificio in christo iesu in omnes generationes seculi seculoꝝ Amen. ¶ Huius itaꝙ orationis impetrandi fiducia stipati: simul aggrediamur spe comite/qualemcũꝙ sacri canonis expositionem: cuius tale est initium:



TE igitur clementissime pater per iesum christũ filiũ tuũ dñm nostrum ⁊c. ¶ C Iste est canon/secreta/actio/seu sacrificiũ/pars principalior totius officij misse: in qua ꝑmissis populi illuminatione/cõsecrãdorũꝙ munerũ oblatione/agit de ipsoꝝ munerũ ꝯsecratione: que in verũ christi corpus et sanguinẽ substãtialiter cõuertunt. ¶ Dixi primo. Iste est canon. i. hec verborũ congeries hac in clausula: Te igit: incipiẽs vsꝙ ad mysterij cõsummationẽ: q̃ sm̃ Alber. protẽdit vsꝙ ad illã clausulã: Oremꝰ precepris salutaribꝰ moniti ⁊c. Uel sm̃ Alex. vsꝙ ad finẽ orõnis dñice canon dicit: Dicitur ⁊ secreta actio ⁊ sacrificiũ. Ideo canon: qꝛ canon grece/latine sonat institutio: sm̃ Papiam. sm̃ Isido. li. vj. etymol. c. xvj. idẽ est ꝙ regula. distin. iij. Canon. Hec aũt verboꝝ cõnexio: quã canonẽ appellamꝰ: regulariter partim a christo: partim a sctis patribꝰ instituta est. A christo q̃dẽ instituta sunt verba substantialia: q̃ formã integrãt ꝯsecrationis. Cetera vero q̃ ad laudẽ dei dicunt: ⁊ orationes q̃ ꝓ pplo offerunt: a sctis patribꝰ nõ vno tpe: nec ab vno tm̃ sm̃ Inno. ⁊ Duran. in rõnali: sed a diuersis ⁊ diuersis tẽporibꝰ particulatim edita sunt: ⁊ per Gelasiũ papã. ii. a btõ petro ꝑncipaliter simul ordinata: cui tm̃ etiã posterꝰ quedã addita sunt: vt infra suis in locis apparebit. Ad h̃ de ꝯse. dist. j. Iacobꝰ. vbi dr̃ in glo. Uerba q̃bus corpꝰ cõficit: ab ipo dño sunt tradita: sꝫ post alij alia addiderũt ad decorẽ ⁊ solẽnitatẽ. Nã ⁊ btũs petrꝰ quasdã orationes que in canone legunt: fert instituisse. Un̄ Hugo de sacramẽtis li. ij. par. viij. c. vlti. ait: Celebratio misse in cõmemoratione passionis christi agit. Et post pauca: Hãc missam btũs petrus aplũs primꝰ oim antiochie dr̃ celebrasse: in qua tres tm̃ orationes in initio fidei dicebant: incipiẽtes ab eo loco vbi dr̃ Hãc igit oblationẽ. Sed ꝯ illud est qð Act. ij. dr̃. Erãt autẽ ꝑseuerãtes in doctrina aplõꝝ ⁊ cõicatione fractiõis panis et orationibꝰ: qð sm̃ glo. ⁊ doc. cõiter exponit de sacramẽtali pane eucharistie/quo tũc quotidie cõicabãt. vnde dñs Anto. in sua chroni. ti. vj. c. ij. §. j. exponẽs illũ textũ ait: Cõgregatis simul in domo aliqua/ꝑmissis orationibꝰ ⁊ q̃busdã cerimonijs deuotis: vt pie credi põt: etsi nõ ꝑ scripturã expressum est: oẽs cõicabãt etiã laici: qð sacramentũ cõficiebãt ipsi apli vel alij discipuli ordinati a christo vel ab aplis eiꝰ in sacerdotes. Itẽ de ꝯse. dist. j. Iacobꝰ. dr̃: Iacobus frater dñi sm̃ carnẽ: cui primũ credita est hierosolymitana ecclesia: et Basilius Cesarien. epũs cuius claritas per totũ orbẽ refulsit: in scripturis addiderunt nobis misse celebrationem. Glo. i. ordinem celebrãde misse. Potest ergo forte dici ꝙ Hugo loquebatur de celebratione post apostoloꝝ diuisionem facta: dum beatus petrus in certo loco sedem primam constituit. Uel primus intelligitur celebrasse cum solẽnitate põtificali: vt dicit dñs Antoni. par. j. titu. vj. c. viij. ¶ D Dicitur etiã canon secretũ ꝑpter tria: scꝫ rõne significationis

cationis/operationis/plationis. Dicit secretū rōne signifi
cationis duplicis: in christo scʒ ꝛ celebrāte. In christo quis
dē: qꝛ representat secretū hoc quo christus latuit: ꝛ se abscō
dit a turbis. Vn̄ ẜm Ihno. ꝛ Alex. de ales par. iiij. q. xxxvij.
mēb. 6. ij. art. j. Dn̄s iesus vbi fuit honorifice susceptus hie
rosolymis cū ramis palmarū ꝛ laudibus. Ioh. xij. iudei vo
lebāt eū capere: ꝑpter qꝺ recessit ab eis ꝛ abijt in bethaniā
et abscondit se ab eis. Nō metu formidinis: sed ꝓuidēria di
spensationis: qꝛ nōdū venit hora eius qua aduenientē spon
taneus accessit. vn̄ Mat. xxvj. ait. Surgite eamus: ecce ap
propinquat q̄ me tradet. Et cū (vt Iohā. xviij. ait) cohors
venisset cū laternis ꝛ facibus et armis vt apprehēderēt eū:
ipse sciens oia que super ipm̄ ventura erāt: processit dicens.
Quē queritis. Et respondērib⁹ eis. Iesum nazarenū. Di
xit: Ego sum. Et abierunt retrorsum ꝛ ceciderūt in terram.
Potestate quoqꝫ accepta surgendi: iterū querenti dn̄o quē
quererēt respōdērēs: iesum nazarenū. Rursum dixit eis ie
sus. Dixi vobis qꝛ ego sum. Si ergo me queritis sinite hos
abire. Illud ergo latibulū quo dispēsationis gratia latuit:
significat hoc secreti silentiū. In sacerdote aūt silēciū signi
ficat mētis: quo sine tumultu/et verboꝝ strepitu mētis de
uotio ad deū dirigatur: qui exauditor est cordis nō vocis.
Nā ẜm beatū Grego. Illā orationē deus nō exaudit: cui il
le qui orat nō intēdit. Tūc eñ sacerdos debet intrare cubi
culū cordis et sensuū intercluso ostio deū patrē orare nō in
multiloquio: sicut ethnici faciūt: sed in corde puro consciē
tia bona et fide non ficta. Neqꝫ exorādus est clamoribus: q̄
renū scrutator est ꝛ cordiū. Hiere. xvij. qꝺ anna typū gerēs
ecclesie insinuabat: que nō clamorosa petitione: sʒ tacita de
uotione quod petijt impetrauit. Dicit eñ. j. Reg. j. ꝙ anna
loquebat in corde suo: tantūqꝫ labia illius cōmouebant: ꝛ
vox penitus nō audiebat. Et in ps. Dicite in cordibus ve
stris: et in cubilibus vestris cōpūgimini. Verba tamē sunt
proferēda: ne qꝺ petere vel intēdere debemus: ignoremus.
¶ Dicit etiā secretū rōne opationis: qꝛ operatio illa occul
tissima est ꝛ abscōdita omni intellectui rationalis creature.
Quid eñ secretius ꝛ mirabilius: ꝙ vt panis et vinum sub
stātialiter desināt remanētibus ꝓprijs et cōmunibus eorū
accidētibus. Ex quibus ratio in cognitionē substātie cōsue
uit deuenire. Percipit oculus panis colorē: gustus ipsi⁹ sa
porē: olfactus odorē: ꝛ tñ fallitur ratio iudicans esse panē:
Quid insuper secretius: ꝛ ab humanis corporis et mentis
sensib⁹ remotius: ꝙ ꝙ gloriosa chri sti persona: que in cruce
pepēdit: nō quidē gloriosa sed mortalis: et nunc residet ad
dexterā patris gloriosa ꝛ immortalis: ẜm oēs suas partes tā
essentiales/ꝙ quātitatiuas/sub parua hostia ꝛ qualibet ei⁹
parte: ẜm esse suū verū ꝛ reale cōtinetur. Abscōditū est hoc
mysteriū a mūdi sapiētibus: et reuelatū paruulis fidelib⁹/
oēm intellectū suū captiuantibus in obsequiū fidei/verita
tē illā occultissimā sed certissimā astruētis. Idcirco etiā sa
cerdos celebrās quibusdā velatur cortinis in lateribus al
taris depēdētibus: ad designādū ꝙ sacerdos intrat ad ma
ximā fidei sacramentū: in cui⁹ figurā sanctasanctoꝝ in moy
saico tabernaculo depēdēte velo claudebātur: nec nisi sum
mo sacerdoti semel in anno licitū introire: vt habetur Heb.
ix. Vnde statutū est vt nulli laicoꝝ liceat in eo loco consiste
re: vt sacerdos possit liberē sacramētū. i. sacrū secretū deuo
tius celebrare. de vi. ꝛ hone. cle. c. j. ¶ E Dicitur tertio se
cretū rōne ꝓlationis: ne scʒ tanti mysterij verba per quoti
dianā vsum et manifesta ꝓlatione vilescāt: et in locis nō
cōpetētibus passim et indiscrete dicātur. et fiat dicentibus
in ruinā: vt dicit Alex. Vnde beatus Diony. in ecclesia. hie
rar. de ritu sacrificioꝝ loquēs dicit. Greci hoc vidētes deri
debāt/putātes tā humilibus verbis tantū sacrificiū inesse
non posse. Fertur etiā ꝙ cū antiquitus publice ꝛ alta voce
canon diceret: oēs pene per vsum/illū sciebāt: et in plateis
et vicis illū decantabant. Vnde cū quidā pastores in agro
pane super lapidē posito canonē dicerēt ad ꝓlationē ver
borum illorum panis conuersus est in carnem: ipsi autem
igne de celo acerrimo diuino iudicio sunt percussi. Propter
quod sancti patres statuerunt vt decetero canon diceretur
sub silentio. Sed intelligēdum est ꝙ hec cōuersio panis in
carnem/nō fuit facta virtute illorum verborum: quoniam
non nisi prolata a sacerdote rite consecrato cum debita in
tentione virtutem habēt cōuersiuā substantie panis in cor
pus christi: sed aliunde facta est diuino miraculo: quemad
do cruor fertur effluxisse de hostia cōsecrata ad pūctionem
infidelium iudeorum. Sicut ꝛ de quibusdam imaginibus
christi/ꝛ sanctorum ad sectionem peruersorum factū fuisse
referunt historie: et hoc in vindictam impiorum: vt sic eoꝝ
infidelitas/peruersitas ac temeritas puniretur: manifesta
returqꝫ potentia diuina: insinuaretur quoqꝫ non in ludo et
iocis vtendum esse sacramentalibus verbis ac diuinis my
sterijs: sed cū reuerentia ꝛ timore eis modo ac fine quibus
sunt a christo et sanctis patribus instituta. Factū quoqꝫ est
ceteris in exemplum ꝛ terrorem: ne similiter deo irreueren
tiam faciant sacra mysteria in ludibriū conuertendo. Pos
sunt tamen nihilominus sacri canonis verba legi/exponi/
masticari/pia et religiosa voluntate ac inuestigari: a quo ꝛ
ad q̄d instituta sunt ac doctrinaliter disputari: sicut impres
sentiarū agimus/quo sensu intelligēda: que eorū efficacia:
et cetera ad maiorem deuotionē ac gratitudinem excitātia
etiam virtuose ꝛ meritorie: dicente scriptura sacra cuius ca
non ille pars est per organum sapientie. Qui me elucidāt:
vitam eternam habebūt. ¶ F Dicitur tertio actio: vnde
nos locutionis habet/cū sacerdos ad illa verba peruenit
dicere/iam est in actione. Nominatur autē actio duplici de
causa. Primo: quia in ipsa sanctissimum christi mysterium
peragitur. Secūdo: quia causa nostra corā misericordi deo
per sacerdotem tanq̄ corā iudice deducitur. Peragitur si
quidē hic christi mysteriū: quo ex maxima et ineffabili cha
ritate ꝓ spirituali refectione in via peregrinantibus dedit
carnem propriam in cibum: et sanguinē suū in potum: que
vt iugiter peregrinantes sibi possent applicare: ꝛ in vsum
salutarē assumere: verba certa ad hoc instituit: quib⁹ ab ido
neo ministro super certa materia/intentione debita platis/
statim ibi esse inciperet verū corpus suū/ꝛ sanguis ei⁹ na
turalis. Verba autē quibus hoc peragit: canonis sunt par
tes principales: hinc recte actionis nomē sibi vēdicat. Re
cte vtiqꝫ/quia actio proprie accipiēdo/non est nisi a princi
pio libero et contingēter agēte: ꝑpter qꝺ Damas. dicit bru
ta nō agere: sed magis per nature impetū duci. Hoc autem
qꝺ hic per verba agit: fit a principio liberrimo/et maxime
cōtingēter operāte: diuina scʒ voluntate: que est tota causa
cōtingētie ꝛ libertatis in creaturis. ¶ Agitur secūdo cau
sa nostra in canone corā summo oim iudice christo deo no
stro per sacerdotē: qui nūcius est inter spōsum ꝛ sponsam/
christum scilicet et ecclesiam. Hic quidē offert corpus ꝛ san
guinem christi: que per canonis verba consecrauit/pro sa
lute viuorum et mortuorum misericordissimo deo/memo
riam faciens passionis vnigeniti sui: que placita fuit et ac
ceptissima oblata in cruce superbenedicte trinitati: ꝑpter
cuius memoriam in oblatione sacerdotis eandem hostiam
offerentis/deus ipse agit: et liberalissime concedit viatori
bus dona plurima. Nunc conuersionem per gratiam: nūc
conseruationem in gratia: nunc contra mundi pericula fir
mamentum: nunc angelorum custodiam: nunc tentationū
refrenationem: nunc detentorum in purgatorio liberatio
nem: et alia multa de quibus infra deo duce/latius tracta
bitur. ¶ G Dicitur quarto sacrificium: quia per hunc ca
nonem de exigui panis specie/et modici vini calice/confi
citur sacrificium absqꝫ vlla comparatione placidius cruen
tis veteris instrumenti victimarum et holocaustorum ho
stijs ac decimarū primitiarū legalibus sacrificijs: que om
nia sacrificiū nostrū figurabant: ꝛ adueniente nostri sacrifi
cij veritate cessabāt: qm̄ perfectius oia prestat ꝓ quibus cō
sequēdis illa litteralia persoluebāt. Offerebāt eñ veteres
illi sacrificiū ꝓ peccato / hostiā pacificā pro gratia referēda
vel impetrāda / holocaustum pro vnione offerentiū cū deo
per amorē intimū: prout hec leuitici tradit historia. Omia

ad hec nostrũ sacrificiũ prestat. Quapropter iure sacrificij nomẽ obtinet canon: cuius orationib⁹ verbis et cõsecratione sacrificiũ illud conficitur ꝛ immolatur: quo etiã que dicta sunt: largius ꝛ pfectius impetrant. Dic ergo canon/secreta/vel actio seu sacrificiũ est principalior pars misse. Ad cuius intellectũ aduertendũ est/ ꝙ ſm Alex. de ales/par. iiij. q. xxxvij. in principio. Officiũ dicit quasi efficiũ/ab efficiẽdo dictum: prima littera propter sermonis decorem mutata. Uel dr ab officiẽdo: vt quisqȝ illa agat que nulli officiãt sed prosint oĩbus: vt dicit Rabanus. Et vt idẽ dicit: Officiorum genera licet sint plurima: illud tñ precipue qđ in diuinis rebus habet: officij nomine cẽsetur esse nũcupandum. ¶ Missa vero multipliciter dicitur/ Uñqȝ dicit missa totũ qđ dicit ab introitu vsqȝ ad Ite missa est/ Uñqȝ dicit pars que primo canit/scilȝ introitus que dr missa/eo ꝙ angelus mittit. Uñqȝ dr missa illud qđ dicit ab introitu vsqȝ ad offertoriũ: que dicit missa cathecuminorum. i. nouiter in fide instructorum nõdũ baptizatorum: et sic dicit missa ab emittẽdo: qꝛ tũc emittebant foras. Tũc em̃ diacon⁹ dicere solet. Exeant cathecumini foras. Inde missa dicit ſm Isido. qꝛ sacramentis altaris interesse nõ pñt: qui nondũ regenerati noscunt. Amplius enim nõ licet: neqȝ iudeis: neqȝ paganis: neqȝ cathecuminis interesse: qꝛ nõdũ sunt mẽbra ecclesie: de qbus accipitur illud Ioh. ij. Iesus aũt nõ credebat semetipsum eis/ Uñqȝ dicit missa solũ canon: vel etiã illa canonis verba: quibus corpus dominicũ cõficit: eo ꝙ tũc mittitur christus corporalẽ suã presentiã exhibẽs sacramẽto: ſm quã acceptionẽ misse dicit christus in cena: ꝛ apostoli post missionẽ spũssancti missam celebrasse: licet totũ misse officiũ ſm ꝙ nũc institutũ est: neqȝ oĩa verba canonis: que temporis successu addita sunt: protulerũt. ¶ D Misse itaqȝ primo modo accepte canon est pars principalior: sic em̃ accipiẽdo missam/põt diuidi in quattuor partes. In prima insinuat illuminatio populi: que extẽditur vsqȝ ad offertoriũ inclusiue. In scđa parte cõsecrãdorum oblatio: que incipit ab offertorio exclusiue: et terminat in principio canonis: Te igit. In tertia parte oblatorum cõsecratio ꝛ immolatio: que extenditur vsqȝ post comunionẽ. In quarta parte accepti beneficij diuini rememoratio/que extendit vsqȝ ad finẽ. ¶ Aliter diuidit missam (dicit Albertus magnus) in partes tres: scȝ introitum/in quo est tãti boni aduocatio. In instructionẽ/in qua de hoc bono perfecta ponit illuminatio. Et in oblationẽ/in qua est istius boni adeptio/distributio et cõmunicatio. Et hec tertia pars respicit canonẽ. Adeptio vero boni principalius est in misse officio. Unde manifestũ est ꝙ canon est principalior pars misse: propter quam alie partes misse premittunt ꝛ sequũtur. ¶ Uel melius diuidit missa in tres partes: scȝ in preparationẽ tã populi ꝙ materie consecrande. In eucharistie consecrationẽ ꝛ oblationẽ. In consecrate cõmunionẽ ꝛ mysterij conclusionẽ/ Prima pars dici potest missa cathecuminorum pro eo ꝙ maior ei⁹ pars admittit cathecuminos. Secũda canon. Tertia cõmunio: de hoc infra lectione. lxj. ¶ Quia autem canon coheret alijs misse partibus tanqȝ cõsequens antecedenti: quod notat per notam illatiuã (igit) in principio canonis positam: eapropter breuiter precedentia canonẽ percurram⁹: vt sic canonis coherentiam clarius agnoscamus. ¶ I Eorũ itaqȝ que in laudem fiunt ꝛ solennitatẽ consecrationis: ſm Alex. q. xiij. parte. iiij. §. vlti. quedã precedunt missarũ solennia: quedã sunt de integritate ipsius misse primo mõ accepte. ¶ Missam precedunt tria/scȝ cõfessio: altaris osculatio: thurificatio ſm morẽ romanũ. Quib⁹ significant tria que reddunt fideles dignos ad celebrandũ/ et ad celebrationi assistẽdũ. Primũ est peccatorum purgatio. Secundũ membrorum cum capite vnio. Tertiũ celebrantis ꝛ assistentiũ deuotio siue deuota oratio. Quia ergo iustus prior. i. in sermonis pncipio est accusator sui. Prouerb. xviij. Sacerdos sacris vestibus (de quibus dictũ est) ornatus/anteqȝ sacrũ inchoat officiũ corã astãtibus peccata sua cõfitet. In qua cõfessione attendendũ est ꝙ peccata in genere nõ in specie (vt quidam minus prouide faciũt) cõfitẽda sunt: qꝛ hec cõfessio manifesta est: nõ occulta. Similiter assistẽtes sua peccata cõfitẽtur: vt purgari a pctis mereãtur: ſm illud ps. xxxj. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiã meã dño: et tu remisisti impietatẽ pctĩ mei/ Delet em̃ cõfessio generalis pctã venialia/et oblita criminalia: ſm magistrũ in. iiij. dist. xxj. allegantẽ ad hoc beatũ Augu. Sed de hoc alibi. ¶ Pectora em̃ in confessione percutiũt: exẽplo publicani qui pcutiebat pectus suũ dicẽs. De⁹ ppitius esto mihi pctõri. Luc. xviij. vt sic iustificati in domos suas descẽdãt. ¶ L Scđo accedẽs sacerdos osculat altare/significans ꝙ christus: q̃ est sacerdos in eternũ ſm ordinẽ melchisedech: sacrã sibi ecclesiam copulauit. Cant. j. Osculet me osculo oris sui. Osculo siquidẽ os ori cõiũgitur. Et in christo nõ solũ est humanitas vnita deitati: verũetiã sponsa ecclesia spõso christo est copulata: ſm illud Esa. lxj. Induit me vestimẽto salutis: ꝛ indumẽto iustitie circũdedit me: quasi spõsum decoratum corona: ꝛ quasi spõsam ornatã monilibus suis. Uox est ecclesie ad christũ ei⁹ sponsum: ſm glo. qui perfectos in ecclesia eodẽ noĩe appellari dignat scȝ spõsi: imperfectos vero spõsam. Ipse ergo spõsus christus spõsos fecit ꝛ spõsas: tñ vna in capite ꝛ mẽbris est ecclesia. Hec glo. Christus ergo spõsus est: ecclesia tota spõsa. vnde Ioh. iij. Qui habet sponsam sponsus est. ¶ Per altare significat ecclesia: de quo Exo. xx. Si altare lapideũ feceris mihi: nõ edificabis illud de sectis lapidib⁹. Per lapidis sectionẽ/fidelium diuisio designat. vnde dñs sectionẽ lapidũ in altari prohibens/ diuisionẽ fideliũ in ecclesia reprobat. Diuisionẽ dico p errores ꝛ scismata. ¶ Z Tertio sequitur thurificatio/qua significat deuotio ꝛ oratio celebrantis ꝛ assistentiũ directa ad deum. iuxta illud ps. cxl. Dirigat oratio mea sicut incẽsum in conspectu tuo dñe. Quod etiã signatũ est in Apoca. c. viij. vbi dicit: Stetit angelus iuxta arã tẽpli/habẽs thuribulũ aureũ in manu sua: et data sunt ei incensa multa: vt daret de orationibus sctõrum super altare aureũ/ qđ est ante thronũ dei. Angelus ille sacerdos est. Malach. ij. Labia sacerdotis custodiũt sciẽtiã: et legẽ requirũt ex ore eius: quia angelus dñi exercituũ est. Ante altare. i. in cõspectu eccl'ie. Per thuribulũ aureũ/christus incarnatus significat: cuius bonitas ꝛ immensa charitas per thuribulum aureũ plenũ igne intelligitur. Habere aũt thuribulũ vt incenset: moraliter instruit ꝙ si quis vult incẽsum orationis ac deuotionis deo offerre: thuribulũ incarnationis per fidem debet tenere. Nam sine fide scilȝ mediatoris impossibile est deo placere. ad Heb. xj. Tunc enim a deo nostrum munus accipitur: cũ super dñice incarnationis fidẽ posuerit quicquid operat. Grego. in glo. Exo. xx. Et data sunt ei incẽsa multa. i. orationes deuote: vt eis offerat deo de orationib⁹ sanctorum. Et dicit glo. notanter de orationibus: et non orationes: quia dñs non oẽs orationes exaudit: sed illas que sunt ad salutẽ: vt patȝ de oratione apli ij. Cor. xij. qui ter dñm rogauit vt discederet a se stimulus carnis angelus sathane eũ colaphizãs: ꝛ responsum est ei. Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in infirmitate perficit. Super altare aureũ. i. in summitate ecclesie triumphantis. Ante thronum dei. i. diuinam maiestatem. Hec breuiter de preuijs officio misse tacta sufficiant.

¶ Lectio. xvj. A

Ue vero in ipso misse officio/ad laudem ꝛ solennitatẽ/canonem precedunt: ad illuminationem populi pertinent: vel ad consecrãdorum oblationem: vt dictũ est: prime partis sunt particule decẽ. ¶ In prima insinuatur illuminatio populi: vt intelligat aduentum christi esse desiderandum: et hoc fit per introitum: qui desiderium aduentus christi in carnem representat: de quo Luc. x. Multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis ꝛ nõ viderũt ꝛc. Cuius repetitio clamorum multiplicationem designat dicẽtium et clamantium: illud Esa. xvj. Emitte agnum domine dominatorem terre. Et illud quidẽ. xlv:

Rorate celi desuper et nubes pluant iustū:aperiat terra/et
germinet saluatorē. Itē illud Esa.lxiiij. Utinā dirumperes
celū ꝛ descenderes.et similia. ℭ Et nota ꝙ sacrificiū illud
memoriale est dnīce passionis ſm illud.j.Coꝝ.xj. Quotiē
cū ꝑ māducabitis panē hūc:et calicē dnī bibetis:mortē dnī
annūciabitis donec veniat. Ideo totū misse officiū ad pas-
sionē dnī representandū ordinatur. Et q: christus nō ſm di-
uinitatē:sed ſm carnē assumptā/passus est:ideo in ipo offi-
cio aduētus in carnē primo/et progressio eius ad passionē
insinuat:et deinde ipsa passio signis ꝛ verbis exprimit ſm
Alexan. ℭ In secūda particula illuminat populꝰ: vt intel-
ligat aduentū christi nō solū desiderandū fuisse:sed etiā po-
stulandū:hoc per Kyrie eleyson. ℭ In tertia vt intelligat
ipm esse acceptandū siue eidē esse cogratulandū:per Glo-
ria in excelsis. ℭ Quarto vt intelligat postulationi gratie
de ipsa cogitãdũ forti⁹ inuitet᷑. Et idcirco ait Alex. Forte
diuina factũ est ꝓuidẽtia: licꝫ humana h̃ ꝓuocauerit in-
dustria: vt ab ea lr̃a canõ icipet: q̇ sui forma crucis signũ
ostẽderet in figura T. Lr̃a etem̃ thau: q̇ ṗma est in cano-
ne: mysteriũ crucis hꝫ ꝛ insinuat: dicente dño Ezech. ix.
Signa thau in frõtib⁹ viroꝝ dolẽtiũ ꝛ gementiũ. De q̇ la
tius. j. In q̇busdã etiã codicib⁹: vt Durãdus in rõnali di
cit maiestas patris depingit᷑ ꝛ imago crucifixi: vt sacer-
dos q̃si ꝑsentẽ videat quẽ inuocat: ꝛ quẽ alloquit᷑ dicẽs
Te igit᷑ cle. ℂ L Hoc ergo crucis signũ nõ solũ intu
etur sacerdos: sed etiã osculat᷑: vt osculo qḋ pacis signũ
est: ostẽdat q̃ ꝑ crucẽ pacificati sum⁹ ꝛ recõciliati deo pa
tri: vt dr̃ Col. j. Cõplacuit ꝑ eũ recõciliari oĩa in ipso paci
ficãs ꝑ sanguinẽ crucis ei⁹: siue q̇ in terris siue q̇ in celis
sunt. Seruant᷑ aũt diuersi ritus in ordine osculandi: aliq̇
primo osculant᷑ pedes crucifixi: ꝛ postea pedes maiesta
tis diuine: in signũ q̃ ꝑ filij dei crucifixionẽ ad patris de
ducimur maiestatẽ. Alij modo ꝯtrarij ṗmo osculant᷑ pe-
des maiestatis: postea crucifixi: in signuꝫ q̃ nemo venit
ad filiũ nisi pater traxerit eũ: q̃q̃ omne donum optimũ
desursuꝫ est descẽdẽs a patre luminũ. Alij q̇ duplicẽꝫ pi-
cturã nõ habẽt: ṗmo osculant᷑ altare: postea crucẽ in co-
dice: eadẽ q̇ dicta sunt representãtes. ℂ Vertit se etiã sa-
cerdos canonẽ incepturꝰ ad oriẽtẽ: vt scꝫ solẽ iusticie chri
stũ dñm aduocet ꝑ ꝯsecrationẽ ad altaris sacramẽtũ. Ab
illo em̃ loco materialis sol orit᷑: q̇ vite origo est ꝛ cã. Tra
hit aũt hoc ipm ex veteri lege originẽ: ꝑm Guil᷑. in qua sa
cerdos legalis cũ orabat/faciẽ habebat vsus ppitiato-
riũ: q꞉ exinde loquẽs dñs ꝓpitiabatur pplo. Exoḋ. xxv.
Ideoq̃ christus q̇ ꝓpitiatio est ꝓ pctis nostris: q꞉ in ca-
none petit᷑ donari ꝑ sacerdotẽ: merito ad illaꝫ partẽ celi
se vertit ad quã ꝓpitiatoriũ fuerat collocatum. ℂ Ince
pturus q̇ canonẽ sacerdos iũctis manib⁹ se inclinat: si-
gnificãs christi inclinationẽ/qua in faciẽ ꝓcidẽs in hor-
to orauit: vt si fieri posset trãsiret calix passiõis: cui⁹ medi
tatio intantũ dñm anxiauit: vt fact⁹ sit sudor ei⁹ tanq̃ gut
te sanguinis in terrã decurrẽtis. Lu. xxij. Fit etiã hec in-
clinatio vsus terrã/vt sacerdos se humiliet: ꝛ terrenũ se
agnoscat: seq̃ ꝑ h̃ indignũ ꝓprijs virib⁹ iudicet ad tantũ
mysteriũ peragẽdũ. ℂ Jungit manus/vt verbis attẽtio
copulet᷑: iuxta beati Berñ. exhortationẽ. Fratres immolã
tes hostiã laudis iungamus vbis sensuꝫ: sensui affectũ:
affectui exultationẽ: exultationi maturitatẽ: maturitati
humilitatẽ: humilitati libertatẽ. ℂ Hinc quoq̃ ministrã
tes post tergũ vadunt sacerdotis/discipuloꝝ fugã figu-
rantes: vel alijs exẽplũ retrocedẽdi dãtes ne cuiusq̃ vo-
ce vel aspectu sacerdotis intẽtio distrahatur. ℂ Vltimo
pulsatur cãpanella: vt fideles intra eccl̃ie arcã cõstituti
ad cordis preparationẽ excitent᷑: quatenus in spũ ꝛ veri
tate adorent deuotius hostiã salutarem: quã post ꝯsecra
tionẽ/omniũ ostendit aspectibus adorandam.

Magistri Gasparis haslachij symmeringensis ad clerũ epistola adhortatoria.

Gabriel byel vir omniũ peritoꝝ sine cõtrouersia pitissimus/catonianã illã nobilissimã secut⁹ sniam. h est nõ sibi soli: sed toti se mũdo genitũ credẽs imortalitatẽ eternãq̧ famã posteris reliq̃r: estimans nullis se reb⁹/litteraꝝ studijs senioris/ ceteros p̄stare posse cũctis saltẽ p hic diuine studio anhelãtib⁹ dans typum et exẽplar. Quare o sacerdotes: o diuini nois p̄cones dulcissimi: q̃d in hac vmbratili q̃si vita alacriori studio/conatuve celeriori/diuia nõ capessatis officia. Quid beluine succũbere voluptati. Quid alexãdrinis delitijs deditos esse. Quid tã sedẽtaria fatigatiõe pigro iminere. Quid die noctuq̧ maximos comis gradatim scãsilib⁹ labores impẽdere iuuat: non cogitãtes illud. j. Pe. ij. regale vos gen⁹ sacerdotij appellitari. Itẽ ps. cix. pmissionez eterni sacerdotij regio inquiẽte pphera. Tu es sacerdos in eternũ ꝛc. Quare oibus alijs opationib⁹ postpositis/vestrã sanctitatẽ: statũ vestrũ nobilissimũ: virtutib⁹/bonis moribus: ꝛ qᷓ est maximũ: bonis exẽplis (cũ alteri malefaciẽdi dare occasionẽ apud summũ deũ: qᷓ maxime in se habeat grauitatis) excolẽtes: nõ hoies tm̃: sꝫ dij vocabimini. Ex q̃ autez diuersa sunt studioꝝ genera: maxime illud vnicuiq̧ acceptãdũ: qᷓ suo statui nõ discrepare videtur. Et si sacerdotis sit officiũ deũ colere: puris lotisq̧ manibus/ꝛ mũdo corde ɔtrectare: summe sibi videt̃ necessariũ: hmõi gabrielis nostri opus/ ꝛ die ꝛ nocte manibus voluere: exinde vt possit (qᷓ maximũ sui status est) christum scilꝫ in altaris hostia transsubstantiatũ intelligere: quẽ nullis: nec exteriorib⁹: nec interiorib⁹ (solo intellectu excepto) sensib⁹ cognoscere põt. Datũ Bas. M. dx. decimo kalen. Februarias.

Lectio. xx. A

Te igitur clemẽtissime pater p iesum christũ filiũ tuũ dñm nostrũ supplices rogamus ꝛc. Expedit de cõtinuatione textus sacri canonis p notã illationis (igit̃) designata: ad eius diuisionẽ ꝛ lr̃e expositionẽ procedimus. Diuidit̃ aũt varie a varijs: nã Guil. in rõnali triplicẽ recitat diuisionẽ: quarũ vna in ptes vndecim: alia in partes duodecim: tertia i sex partit̃. Alex. de ales diuidit in tres ptes subdiuidẽdas dns Albert⁹ silr̃ in tres: nõ tm̃ eadẽ: sꝫ lõge alia diuisiõe. Sed q̃si mediũ tenẽtes dicimus: q̧ text⁹ sacri canonis/videlꝫ ab illo loco. Te igitur. vsq̧ ad dñice orõnis p̄fationẽ/q̃ incipit ibi. Oremus preceptis salutarib⁹ moniti. ibi em̃ terminat̃ canon fm dñm Alb. vt tactũ est. s̃ lec. xv. Hic inquã text⁹ cõuenĩẽter diuidit̃ in sex ptes p̄ncipales. In quarũ pma petit̃ a deo bñdictio appositoꝝ munerũ/q̃ p tota ecclesia offerunt̃. In scd̃a ponit̃ sctõꝝ inuocatio: quoꝝ meritis ꝛ p̄cib⁹ nobis dona a dño cõferunt̃/ibi. Cõicãtes. In tertia petit̃ sacrificioꝝ oblatoꝝ acceptatio: qua electi a pfidis diuidũtur. In q̄rta ponit̃ verboꝝ forma q̃bus cõsecratio cõficit̃: et panis viniq̧ substãtie in christi corp⁹ ꝛ sanguinẽ cõuertũtur. In q̃nta ponit̃ cõsecratoꝝ cõmemoratio: ꝛ salus petit̃ his q̃ sacrificio pfruunt̃. In sexta subinfert̃ refrigerij ac suffragij postulatio: ꝛ iterata sctõꝝ inuocatio: q̄renus que petun⁹ a dño ɔcedant̃. Tertia ibi Hanc igit̃ oblationẽ. Quarta ibi. Qui pridie. Quinta ibi. Vñ ꝛ memores. Sexta ibi. Memẽto etiã dñe. Prima pars i duas subdiuidit̃: in quarũ prima dirigit̃ petitio ad dñm vt apposita munera scĩficet. In scd̃a fit specificatio p quib⁹ scĩficata munera deo liber/ibi. In primis q̃ tibi. Diuisio p̄nte particule patet ex p̄ncipio sequẽtis lectiõis. B Prima pars incipit a lr̃a T siue t. Te igit̃. qᷓ fm Inno. non videt̃ sine diuina prouidẽtia factũ. Est. t. lr̃a mystica fm Isid. j. lib. ethimol. c iij. Sunt em̃ q̃nq̧ lr̃e mystice apud grecos. y. qᷓ humanã vitam designat. θ. Thita mortẽ. ꝛ alpha principiũ. ω o finẽ: que due lr̃e ad christũ pertinẽt fm illud Apocal. j. Ego sum alpha ꝛ o/p̄ncipiũ ꝛ finis. ꝛ thita quã hebrei thau dicũt dicĩt/nos t. Dicit̃ autẽ thau hebraice quasi signũ. Lr̃e autẽ grece ꝛ latine ab hebraicis videntur exorte. Formãtur em̃ lr̃e grece ab hebraicis/ ꝛ quantũ ad sonũ: ꝛ quantũ ad nomẽ: ꝛ latine a grecis: nã apud hebreos primo dictũ est aleph: deinde ex simili enũciatione apud grecos tractũ est alpha: inde apud latinos a. Trãslator autẽ ex simili sono alterius lingue litterã cõdidit: vt nosse possimus linguã hebraicã oium aliarũ linguarũ ꝛ lr̃arũ esse matrẽ: sic ergo a thau hebreo formata est thita grece: ꝛ t. latine. Insinuat aũt em̃ t. lr̃a siue thau mysteriũ crucis dñice/ex sui forma ꝛ formatiõe ipm representãs. Est deniq̧ signum illud fm btm̃ Hiero. qᷓ impressum fuit quorundã facieb⁹/ad dñi iussionem: quo sic signatis cõcessa est salus ꝛ liberatio ab interitu mortis angeli pcutientis: de q̃ Ezech. ix. ita scribit̃. Dixit dñs ad virũ indutũ lineis habentẽ in lũbis atramẽtũ scriptoris Trãsi per mediũ ciuitatis in medio hierlm: ꝛ signa T super frõtes gementiũ viroꝝ ꝛ dolentiũ sup cũctis abominationibus que fiunt in medio. Post hec dixit sex viris. Trãsite per mediã ciuitatẽ post eũ: ꝛ pcutite sup quẽ nõ videritis signũ T. Nemini parcat oculus vester. Et post pauca. Oẽm aũt sup quẽ videritis signũ T nõ occidatis. Illud quoq̧ signũ est illud sup quo moyses serpentẽ eneũ erexerat i deserto: quẽ inspiciẽtes saluabant̃ a morsibus serpẽtũ ignitoꝝ. Numeri. xxj. De quo saluator. Sicut moyses exaltauit serpẽtẽ in deserto: ita exaltari oportet filiũ hois. Factus est em̃ filius hois obediens patri vsq̧ ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis. Phil. ij. que crux instar littere T figurata fuit: ex stipite scꝫ ꝛ ligno trãsuersali superposito: stipite nõ eminente: vt verificaret̃ illud Luce ix. Vulpes foueas habẽt: ꝛ volucres celi nidos: fili⁹ aũt hominis nõ habet vbi caput suũ reclinet. C Illud fuit etiã signũ de quo Apocal. vij. dicitur. Vidi alterũ angelum ascendentẽ ab ortu solis/habentẽ signũ dei viui. Glo. Vexillum crucis. clamantẽ voce magna quattuor angelis quibus datũ est nocere terre ꝛ mari dicens. Nolite nocere terre: neq̧ mari: neq̧ arborib⁹/quoadvsq̧ signemus seruos dei nostri in frontib⁹ eoꝝ. Et q2 in canone misse passio christi rememorat̃: que in cruce cõsummata est: ideoq̧ cõgruũ fuit/ꝛ rõnabile vt ab ea lr̃a inchoaret̃: que crucez plus ceteris representaret: q̃lis est lr̃a T vt scꝫ p eius inspectionẽ/sacerdos in memoriã reducere tur dñice passiõis. Qᷓ salutifere crucis signũ laudabiliter fideles in quotidiani vsus sensibilibus reb⁹/puta libris/parietibus/statuis imprimunt: ꝛ exẽplo sacerdotis osculant̃: vt ad passionis christi memoriaz excitent̃: ꝛ ex eius rememoratiõe sanent̃ a suggestionib⁹ serpẽtũ infernaliũ. Sicut olim sanati sunt filij israel a morsib⁹ serpentũ ignitoꝝ p inspectionẽ serpentis in crucis signo erecti. Magna em̃ est crucis virt⁹: magnũ crucis mysteriũ: vñ fm Inno. Crux sanitatẽ restituit: bñdictionẽ ipendit: discernit a pfidis: liberat a piculis: hostes expellit: victores cõstituit. Crux mysteriũ fidei: sacramẽtũ spei: claues sciẽtie: forma iusticie: magnificẽtia regũ: gloria sacerdotũ: sustẽtatio inopum: pauperũ cõsolatio: cecoꝝ lumen: claudoꝝ baculus: desolatoꝝ spes: resurrectio mortuoꝝ. Verba sunt originalr̃ btĩ iohis Chris. in homel. de cruce. Huius crucis laudes Raban⁹ fulden̄ monach⁹ ꝛ moguntine sedis archieps mirãdo cõpegit artificio/figuris/prosa ꝛ metris/nihil eoꝝ omittẽs: qᷓ ad ei⁹ magnificã laudẽ humanitus poterit inueniri. Hec de lr̃a t. siue T canonis principio: cuius exordium. Te igitur clemẽtissime pater.

Joh. iij.

C D Ad cuius

¶ D Ad cuius intellectũ notandũ φ nomẽ: Pater/dupliciter in scriptura accipitur. Accipitur eñ qñq; pr̃ essentialiter: ⁊ qñq; notionaliter. Essentialiter attribuit toti trinitati: ⁊ singulis personis cõiũctim et diuisim: sicut cetera noĩa essentialia: q̇ de singulis p̃sonis in oĩbus simul in singulari numero predicant: sicut increat⁹/immẽsus/eternus/oĩpotẽs/dñs/deus. de quo in symbolo athanasij. Etern⁹ pr̃: eternus fili⁹: etern⁹ spũssctũs. Et tñ nõ tres eterni: sed vn⁹ eternus ⁊c. Noĩa eñ essentialia: sicut de p̃sonis singulis: ita de oĩbus simul singulariter non plurali numero p̃dicant: sec⁹ de noĩe p̃sona/siue suppositũ: qδ licet dicat̃ bm̃ substãtiã ꝓ quãto nõ dr̃ relatiue bm̃ btm̃ Augu. vij. de trini. c. v. excipit̃ tñ a supradicta regula bm̃ eũdẽ lib. viij. de tri. c. j. vt recitat magr̃ dist. xxiij. primi sen. Et isto modo/essentialiter scʒ accipit̃ pater in cãtico moysi Deute. xxxij. Nõne ipse est pr̃ tu⁹: qui possedit/fecit et creauit te. Sic etiã accipit̃ Mat. vj. in orone dñica. Pr̃ noster q̇ es in celis. Et generaliter sic accipi põt: qñ de eo p̃dicat̃ termin⁹ importãs aliq̃d cõueniẽs toti trinitati. sicut est operatio q̃libet ad extra. Opera enim trinitatis ad extra sunt indiuisa. Nã pr̃ ⁊ fili⁹ ⁊ spũsctũs sicut inseparabiliter sunt: ita inseparabiliter operant̃: ait Augu. j. de tri. c. iiij. et magr̃ dist. j. li. iij. Et dr̃ notõaliter accipi potest: qñ aliqñ etiã respectu termini essentialis. i. cõuenientis trib⁹: accipit̃ nõ essentialiter: vt cũ in symbolo aplo⁊ dicit̃: Credo in deũ patrẽ oĩpotẽtẽ creatorẽ celi ⁊ terre. vbi patrẽ accipit̃ ꝓ persona patris tñ: licet sequat̃ oĩpotentẽ et creatorẽ celi et terre/q̇ sunt termini essentiales cõuenientes oĩb⁹ trib⁹. Sed hoc est ex eo q: statim addit̃. Et in iesum christũ filiũ eius vnicũ/dñm nostrũ. per qδ innuit̃ discretio eius a filio. Similiter hic: Pr̃is ⁊ filij et spũsscti vna est diuinitas ⁊c. Patris/similiter filij ⁊ spũsscti accipiunt̃ p̃sonaliter: licet qδ sequit̃: vna diuinitas/sit termin⁹ essentialis: eo φ hic expresse innuit̃ discretio p̃sonarũ. ¶ Alio mõ pr̃ accipit̃ notionaliter/vt est ꝓpriũ prime p̃sone/q̇ a nullo est: et est termin⁹ p̃sonalis/vnã tñ personã importãs: ⁊ sic semꝑ accipitur qñ ponit̃ respectu predicati/personalẽ ꝓprietatẽ importãtis: etiã cũ exclusione ceterarũ p̃sonarũ: vt cũ dicim⁹: Pater a nullo est: nec fact⁹: nec creat⁹: nec genit⁹: nec ꝓcedens. Similiter pr̃ genuit filiũ sibi coeternũ ⁊ cõsubstãtialẽ. Potest tñ qñq; capi notionaliter respectu ꝑdicati essentialis: sʒ nõ cũ exclusione alicui⁹ personarũ: vt hic pr̃ creauit mũdũ. Pr̃ incarnauit. i. incarnari fecit filiũ. Pr̃ tradidit in mortem filiũ. Pr̃ põt accipi notionaliter/etiam põt accipi essentialiter: et bm̃ hoc bm̃ nõnullos hec particula põt dupliciter exponi. Uno mõ vt accipitur essentialiter: ⁊ tũc resumi debet prima pars hymni p̃missi: vt sic: O de⁹ trinitas. i. pater clementissime: q: sctũs es: q: dñs sabaoth. i. exercituũ es: q: pleni sunt celi ⁊ terra gloria tua. Igitur: id est ideo vel idcirco supplices te rogam⁹. ¶ E Sed cõtra hãc expositionẽ videt̃ esse qδ statim sequit̃: Per iesum christũ filiũ tuũ. Nam christus nõ est filius totius trinitatis: q: nõ filij: q: nihil impossibilius q̃ φ idẽ gignat se: bm̃ beatũ Aug. j. de tri. c. Neq; est filius spũssanctus: quia spũssanctus posterior est filio origine: q: a filio ꝓcedẽs: et tñ tã filius q̃ spũssanctus pertinẽt ad trinitatem: et cum patre sunt vna tota trinitas. ¶ Ad qδ respõdẽt φ christus dici põt fili⁹ trinitatis: nõ generatione diuina: sʒ creatione humana. Nã generatione diuina a solo patre est: vt dicit Athanasius in symbolo: Fili⁹ a patre solo est: nõ factus: nec creatus: sed genitus. Loquitur de filio bm̃ naturã diuinã: nõ bm̃ assumptã. Creatione aũt humana. i. nature humane quã inseparabiliter tota trinitas operata est: fili⁹ est trinitatis: sicut ceteri hoĩes a deo producti: bm̃ quã christus etiã a tota trinitate fact⁹ seu creatus est: ⁊ ita trinitatis fili⁹. Non quidẽ φ creari aut fieri primo cõueniat christo q̇ deus est increatus: sed ei conuenit ꝑ cõicationẽ idiomatũ: rõne humanitatis assumpte: sicut dicitur passus/mortuus ⁊c. Secũdũ quẽ modũ etiã dixit christus Johis. xiiij. Pater maior me est. licet sit equalis patri. ¶ Uerũtamen alijs hec expositio videt̃ a littera extranea: q: quotiẽs in diuinis sermonibus nomẽ filius addit̃ nomini pater/discretio importat̃: ⁊ termini pater fili⁹/non essentialiter: sed notionaliter accipiũtur. Neq; he locutiones approbant̃: christus est filius verbi: christus est filius spũssancti: que tñ eadẽ rõne cõcedẽde sunt que illa: christus est filius trinitatis. Et q̃uis possent habere veros intellectus: tñ ne aliquibus detur errandi occasio: vitant̃. ¶ F Et ꝑpter hoc Alex. de ales/dñs Alber. Guil. ac ceteri hanc particulã tñ exponũt de patre accipiẽdo notionaliter. Et sic resumi debet secunda pars hymni: vt sic. Pater celestis/q: magnificasti nobiscũ misericordiã tuã: vt mitteres filiũ tuũ vnigenitum. Cui turba cãticum laudis acclamauit. Benedict⁹ q̇ venit in nomine dñi. Ideo clemẽtissime pater te supplices rogamus. Sic patris autoritatẽ insinuat: ipsum solũ inuocando ait Alexã. quẽ alloquit̃ tanq̃ presentẽ per gratiã qui nusq̃ deest per essentiã/potentiã et presentiã. Uel bm̃ dñm Albertũ et vltimã expositionẽ hymni sic. Pater: q: sanctus es: ⁊ celũ ⁊ terrã gloria replesti per eucharistie sacramentũ. Igit̃ te rogamus: quib⁹ rationẽ ⁊ causam te rogãdi dedisti per hoc φ celũ et terrã gloria tua per sacramentũ implesti. O pater q̇ paterna ṽtute nos formas: paterno affectu dulcissime de nobis cogitas: paterna prouidẽtia bono⁊ tuorũ heredes nos ordinas: paterna disciplina instituẽs: vtiliter nos sanctificas. Format eñ nos ad imaginẽ suam paterna virtute: q: nullius virtutis in celo ⁊ in terra est propriũ formare natũ ad imaginẽ propriam/nisi paterne virtutis. Esa. lxiiij. Nunc dñe pater noster es tu: nos vero lutum: et fictor noster tu: ⁊ opera manuũ tuarũ omnes nos. et Eccli. xvij. De⁹ creauit de terra hominẽ: et bm̃ imaginẽ suam fecit illũ: et bm̃ se vestiuit illũ virtute. Format aũt nos virtute dum inuisibili imagini dei. i. filio q̇ est imago dei inuisibilis: in sacramento per gratiã vnimur et incorporamur. Ad cuius incorporationis cõsignationẽ hortat̃ nos apostol⁹. j. Cor. xv. Fratres sicut portauimus imaginẽ terreni/portem⁹ imaginem celestis. Qualis terrenus/tales et terreni: et qualis celestis/tales ⁊ celestes. Rursus pater paterno affectu dulciter de nobis cogitat: dũ prestat panẽ de celo/omne habẽtem in se delectamentũ ⁊ omnẽ suauitatẽ saporis. Sap. xvj. Angelo⁊ esca nutriuisti populũ tuũ: ⁊ paratũ panẽ de celo prestitisti illis sine labore/oẽ delectamentũ in se habentẽ: et oĩs saporis suauitatẽ. Substantiã eñ tuã ⁊ dulcedinẽ quã in filios habebas: ostẽdebas: et deseruiẽs vniuscuiusq; voluntati ad qδ quisq; volebat: conuertebat̃. Uñ ⁊ hic panis/panis filio⁊ canib⁹ nõ mittẽdus dr̃: q̇ vtiq; a patre porrigitur. Insuꝑ paterna prouidẽtia bono⁊ suo⁊ heredes nos ordinat: dũ ꝑ incorporationẽ qua nos filij sui corpori ꝑ huius sacramenti sumptionẽ vnit: nos filios suos efficit: ⁊ veros heredes spũ: qui vaporat de sanguine eius quo potamur. Sicut ait apl's ad Roma. viij. Accepistis spm̃ adoptionis in quo clamamus/abba pater: q̇ testimoniũ reddit spũi nostro φ sumus filij dei. Si aũt filij: ⁊ heredes. Heredes quidẽ dei: coheredes autẽ christi. Demũ paterna disciplina instituẽdo nos sanctificat: de quo ad Heb. xij. Pater spirituũ erudit nos/ad id qδ vtile est in recipiẽdo sanctificationem eius. Hãc licet multis recipiamus modis: cõuenientissime tñ in hoc sacramẽto: in quo illi ꝑ spm̃ vnimur q̇ nunq̃ recessit a disciplina patris. ¶ G Et vt citius impetrem⁹ qδ petimus addimus: Clementissime. Habet quippe humana industria: vt dũ petitionis sue effectum expectat ⁊ desiderat/obsecrati laudes petẽdo ꝓponat: vt sic ꝑ hoc eius beniuolẽtiã captet. Qualiter videre est apud oratores/qui in suis exordijs iusticiã et famã aliasq; laudis p̃conia premittũt: vt sic animũ eius quẽ orãt: ad sui inclinẽt desiderij implementũ. Sic fecit prudẽs mulier iudith: cũ hostiũ iudaice plebis cõtritionem impetrare a dño voluit: huiusmodi exordio cepit. Dñe deus patris mei symeon/qui dedisti illi gladiũ in defensionẽ alienigenarũ: respice in castra assyrio⁊: sicut tũc in castra egyptio⁊ videre dignatus es. Orauitq;: Deus celo⁊/creator aquarũ ⁊ dñs totius creature exaudi me miserã deprecantẽ: ⁊ de tua mia presumentem. Judith. ix. Et ita p̃sco⁊ patrũ plurimos fecisse scriptura cõmemorat. Addi

tur ergo: Clementissime. i. misericordissime: quod predicatū
Clementia quid laudis est: qr mia eius sup oia opera eius. ¶ Est aūt clemē
tia fm Alber. virtus/que facit quē prestabilē sup malicia: q̄
cōtra ipm cōmissa est/maxime quātū ad penas p ipsis infli
gēdas. Sic eñ clemētia spectat ad iudices et presidentes:
quoꝝ est miam reis exhibere: fm illud Jaco. j. Mia super/
exaltat iudiciū. Unde et Sene. Clemētia est inclinatio ani/
mi ad lenitatē in pena exequēda. Ait eñ lib. ij. de clementia
ad neronē. Clemētia est tēperātia animi in potestate vīcīscē
di. Vel est lenitas superioris aduersus inferiorē in cōstituē
dis penis. Et sequit̄ qđ dictū est. Itaqꝫ dici pōt̄ inclinatio
animi ad lenitatem in pena exigēda. Hec aūt maxime presi
des decet: vt in lib. j. idem ait: Nullā clemētia ex oibus ma/
gis q̄ regē ac principē decet. Et qm̄ deus rex regū ac princi
pū princeps: viuoꝝqꝫ ⁊ mortuoꝝ iudex est: maxime deo cō
uenit: per quā et ipse semꝑ citra cōdignū punit: nec letat̄ in
perditione viuoꝝ. Sap. j. Siquidē pius est: et nō pascit̄ cru
ciatu fm Grego. lib. iiij. dialo. Neqꝫ obliuiscet̄ misereri deus:
neqꝫ cōtinebit in ira sua mias suas. ps̄. lxxvj. Cōgrue itaqꝫ
ad patris clementiā in nostra petitione qua petimus mise/
ricordiā nobis exhiberi aspiramus/dicētes: Pater clemen
tissime: qr sanguis qui hic offert̄ p multis effusus est in re/
missionē peccatoꝝ. Mat. xxvj. Et qm̄ benignus misericors et
prestabilis est sup malicia. Johel. ij. ¶ B Pater igitur cle
mētissime te Rogamus. cōfidentes de impetratione ei⁹ qđ
petimus: animati pariter ⁊ docti spe verboꝝ apl̄i tui Jaco
bi. j. c. sue canonice. Postulet autem in fide nihil hesitans a
te dño q̄ das oibus affluēter: ⁊ nō improperas. Qui nanqꝫ
hesitat/similis est fluctui maris qui a vento mouet̄ ⁊ circū
fertur. ¶ Est aūt rogatio (fm Alber.) inclinatio eius q̄ ro
gatur ad exauditionis cōsensum/ab eo q̄ rogat: et per hoc
differt a petitione que fm eūdē/est expressio eius qđ deside
rat̄ fieri ab eo qui exauditurus rogat̄. Nō est aūt rogatio si
ue petitio/locutio vel oratio vt q̄busdā videt̄ optatiua: fm
Guil̄. parisien. in de diuina rhetorica circa principiū: sꝫ ora
tio alterius inclinatiua: non eñ qui optat: vel desiderat ali
quid/id eo ipso petit: nā multi optāt siue desiderāt q̄ nō pe
tūt. Multi etiā optāt siue desiderāt qui habere nolūt: sicut
viri sancti ⁊ sapiētes/qui multa cōcupiscūt et desiderant: a
quibus tñ abstinēt se viriliter ⁊ auertunt. Qui aūt petit/in
dubitāter ondit se velle obtinere qđ petit. Hec Guil̄. Itaqꝫ
in pposito/rogamus ⁊ petimus deū patrē clementissimū:
vt nobis que petim⁹ tribuantur. Quō aūt intelligendū sit
deū petitionibus ad petita cōferendū inclinari: inferius di
cet̄/cū de sanctoꝝ implorationib⁹ sermo fiet. ¶ Additur:
Ac petimus ad exprimendū affect⁹ magnitudinē. Accumu
lat eñ fm Alex. verba deprecatoria dicēs: Rogam⁹ ⁊ petim⁹
vt sic geminata postulatione/medi⁹ obtineat qđ intēdit. Et
pluraliter loquit̄/significans se vice oim orationē fundere
deo patri. ¶ I Petimus aūt nō supbi: sed Supplices. i.
humiles: qm̄ ab initio supboꝝ supplicatio nō placuit dño:
sed humiliū. Judith. ix. vn ⁊ Jaco. iiij. Superbis deus resi
stit: humilibus aūt dat gratiā. Humiles ergo nō presumen
tes de nostris meritis: nec in iustificationib⁹ nostris/pster
nimus preces nr̄as ante faciē tuā: sed in miserationib⁹ tuis
magnis ⁊ multis cū viro desideriorū sancto daniele (Eius
dē. ix.) sciētes qm̄ oratio humiliātis se celos penetrat: ⁊ nō
discedet donec altissim⁹ eā aspiciat. Eccli. xxxv. Unde ⁊ le
gimus q̄ phariseus ille q̄ iusticias suas allegauit corā deo
spretus est: vbi publicanus cōfitēs humiliter/iustificat⁹ ab
scessit. Luc. xviij. Et qr duo sunt quib⁹ petēs obtinet qđ in
tendit: scꝫ diuina clemētia ex parte exorati: et humilitas ex
parte orantis. Ideo ppter primū dicit̄/pater clemētissime.
Propter scđm/supplices petimus ⁊ oramus. Petim⁹ autē
Per iesum christū filiū tuū dñm nostrū. tanq̄ per mediato
rē inter te patrē ⁊ nos miseros peccatores: qui ppiciatio est p
peccatis nostris: qui lauit nos in sanguine suo: ⁊ recōcilia/
uit nos perditos tibi: regenerauitqꝫ nos in spē viuā: vt quē
cū essemus tenebre/facti sumus lux in dño. Per hunc ergo
mediatorē/te patrē clemētissimū rogamus et petimus/per
quē impetrādi certitudinē accepim⁹. Ipse tue veritas eter/
na sub iuramēti pollicitatione nobis pmisit. Amen amē di
co vobis: si q̄d petieritis patrē meū in noie meo/dabit vo/
bis. Joh. xvj. Propter qđ merito per ipm imploramus. Et
qr per te rogamus/et petimus dñe noster iesu christe: aperi
igit̄ p nobis os tuū sanctissimū: os benedictū. Te nāqꝫ os
tuū aperiēte/oēs nostri accusatores obmutescēt: te prestan
te patrociniū cause nostre/nulli ex aduersis consurgent. Si
nāqꝫ tu p nobis quis cōtra nos. Te dante vocē gratiosissi/
mā pariter ⁊ patri gratissimā/vocē illam angeloꝝ eloquijs
incōparabilē: an auertet pater misertū aures suas. Qui te a
nobis audiri mādauit/dicēs: Hic est filius meus dilect⁹ in
quo mihi bene cōplacui: ipm audite. Mat. xvij. Quō te p
nobis interpellantem nō exaudiet. Tu eñ suscipere digna
tus es patroni ⁊ aduocati officiū: teste dilecto tuo discipu/
lo. Aduocatū habemus apud patrē/iesum christū iustū: et
ipse est propiciatio p peccatis nostris. Hinc nostrā age fide j. Joh. ij.
liter causam. Nō opus est vt iterū sanguinē tuū fundas vi/
uificū in sanctificationē nostrā: sufficit nobis vt preces fun
das placationis in conspectu patris. An denegabis nobis
preces rogatus: qui ⁊ sanguinē ppriū tribuisti nō petitus.
Tu nāqꝫ appares vultui dei p nobis: vt semꝑ viuēs inter/ Heb. ix.
pellas p nobis. Ideoqꝫ p te iesum christū dñm nostrū filiū
suū/patrē rogamus ⁊ petim⁹. ¶ L Quibus verbis de/
scribit̄ christus quintupliciter. Primo quātū ad effectū sa/
lutarē qr iesum. Secundo quātū ad dignitatē regalē qr christū. Tertio quā/
tū ad ppietatē personalē qr filiū tuū. Quartum ad presiden/
tiā vniuersalē qr dñm. Quintum quantū ad profectū humanalē qr no
strū. Quoad primū dicit euāgelista. Vocatū est nomen ei⁹
iesus. Luce. ij. cuius interpretationē Mat. c. j. aperit. Ipse
eñ saluū faciet populū suū a peccatis eoꝝ: venit eñ saluū
facere qđ perierat. Luc. xix. Nec venit vocare iustos: sꝫ pec
catores: qm̄ nō est opus bene habētibus medico: sed male
habētibus. Mat. ix. et petrus apl̄s. Nō est aliud nomē sub Act. iiij.
celo datū hoibus/in quo oportet nos saluos fieri. Ipsum
eñ est nomē salutiferum: qr ois quicūqꝫ inuocauerit nomē
dñi saluus erit. Johe. ij. Ecce effectū salutarē. ¶ Describit̄ in
noie christus/dignitas regalis: qr christus vnctus interpre
tat̄: et ipse quidē vnctus est fm illud ps̄. de eo: Unxit te de/
us deus tuus oleo leticie pre participib⁹ tuis. Reges quip
pe pphete ⁊ sacerdotes in lege vngebātur: et ipse rex fuit/
propheta ⁊ sacerdos. Rex. Joh. xij. Benedictus qui venit
in noie dñi/rex israel. et iterū: Noli timere filia syon: ecce rex
tuus venit tibi. Mat. xxj. Et ps̄. de christo loquēs. Sedes
tua deus in seculū seculi: virga directionis virga regni tui.
Et iterū. Deus iudiciū tuū regi da: ⁊ iusticiā tuā filio regis.
et in Apoc. xix. Habet in vestimēto ⁊ in femore suo scriptū:
Rex regum et dñs dominātium. Ecce dignitatē regalem.
¶ Notat̄ tertio ppꝛietas personalis in verbo filiū tuū: de
quo in ps̄. Filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Et precur Luc. iij.
sori/voce patris lapsa de celo dictū est. Tu es filius me⁹ di/
lectus in te mihi cōplacui. Unde ⁊ ait vox verbi iohānes. Et
ego vidi et testimoniū perhibui: qr hic est filius dei. Joh. j.
Lucas quoqꝫ: Et qđ nascet̄ ex te sanctū/vocabit̄ filius dei.
Ipse quoqꝫ se dei patris filiū nedū verbis creberrimis: sed
et signis et virtutib⁹ certissimis declarauit. Unde ceco na/
to post eius illuminationē loquens ait: Credis in filiū dei.
Sequit̄. Et vidisti eū: et qui loquit̄ tecū/ipse est. Joh. ix. et
eiusdem. xx. Hec scripta sunt: ait Johānes qui veritati testi
moniū phibuit: vt credatis: qr iesus est christus fili⁹ dei: et
vt credētes vitā habeatis in noie eius. ¶ L Inuenitur
etiā presidētia vniuersalis in verbo dñs: ad Ephe. j. Deus
pater cōstituit illū ad dexterā suā in celestib⁹ sup oēm princi
patū et potestatē ⁊ virtutē et dominationē ⁊c. Et oia sub
iecit sub pedibus ei⁹: et dedit ipm caput sup omnē ecclesiā.
Ipse quoqꝫ dñs ait Mat. vlti. Data est mihi ois potestas
in celo et in terra. Iterū. vos vocatis me magister et dñe/⁊
bene dicitis: sum etenim. Joh. xiij. Itē ad Heb. ij. apl̄s. Cō/
stituisti eū super oia opera manuū tuarū. vbi Ambro. Ecce
potestas christi ostēditur. Sicut eñ a diuino opere nihil ex

cipitur: ita nec a christi potestate. Item ad Philip. ij. Propter quod et deus exaltauit illum: et donauit illi nomē/ qđ est super omne nomē: vt in noīe eius omne genu flectaƭ celestiū/ terrestriū/ ⁊ infernoꝝ. Attende hic presidētiā vniuersalē. Signatur deniq̄ profectus humanalis in verbulo noster. Siquidē noster iesus: noster christus: noster filius: noster dn̄s. Paruulus eī natus est nobis: et filius datus est nobis. Datus in antidotū nostre saluationis: in pabulū nostre refectionis: in sacrificiū nostre recōciliationis: in sacramētū nostre sanctificationis: in preciū nostre redēptionis: q: iesus .i. saluator: in aduocatū nostre allegationis: in magistrū nostre eruditionis: in lumē nostre illuminationis: in directionē nostre viationis: q: christus .i. vnctus: in scutum nostre ꝓtectionis: in ducē nostre gubernationis: in propugnatorē nostre defensionis: in iudicem nostre remunerationis: q: dn̄s noster. Magna igiƭ fiducia preces fundim⁹ ad te patrē clemētissimū: vbi assiduū habemus interpellātem iesum prudentissimū aduocatū christum: mediatorem acceptissimū patris celestis filium: petitionis effectum largitorem/ cū patre potentissimum celi et terre nostrū ⁊ vniuersitatis dn̄m. Rogamus ergo et petimus supplices te pater clementissime per iesum christū filiū tuū dn̄m nostrum.

Esa. ix.

¶ Lectio. xxi. A



Ti accepta habeas et benedicas: Hec dona: hec munera: hec sctā sacrificia illibata. ¶ Captata beniuolētia ei⁹ qui petitur in verbo: Te pater clementissime. Cōmemorato etiā mediatore/ cui⁹ merito oratio nostra patri acceptabilis redditur: in verbo Per iesum christū filiuz tuū dn̄m nostrū. Insinuato deniq̄ supplicādi affectu/ quo mēs orātis in sublime tolliƭ/ in verbo Supplices rogam⁹ et petim⁹. Sequiƭ expressio eoꝝ que a clementissimo patre obtineri desiderantur. Que duo sunt. Primū vt grata sint offerēda munera. Scđm vt fiāt sacrificia idonea. Primum exprimiƭ cū diciƭ: Vti accepta habeas. Scđm cū diciƭ: Et benedicas. Et tertio offerēda cōgruis vocabulis designantur: cū sequiƭ: Hec dona: hec munera: hec sancta sacrificia illibata. In his tribus versabiƭ hec lectio. xxi. ¶ B Petimus ergo quoad primū: Te pater clemētissime. vti .i. vt accepta habeas .i. placita tibi sint ⁊ grata hec dona ⁊ munera que panis sunt ⁊ vinū: terrena ⁊ a terrenis tibi oblata: ⁊ idcirco diuine maiestati tue indigna: tn̄ q: per filiū vt a nobis iugiter offeranƭ sunt instituta: petimus igiƭ vt in honorem dilecti filij tui/ hec dona accepta habeas: vt placita sint tue voluntati. Quia eī oblationes/ holocausta ⁊ veteris le. sacrificia/ neq̄ sufficiētia erāt: nec tibi placuerūt: idcirco fili⁹ tuus in vltima cena finem eis imponere volēs: acceptis in manib⁹ pane ⁊ vino gratias agens/ benedixit: dixitq̄ discipulis. Hoc facite in meā cōmemorationem. Per quod hec ipsa dona ⁊ munera nobis in sacrificiū cōmendauit. Petimus igiƭ vt accepta tibi sint nostra munera: noua filij tui instituta: quib⁹ superuenientib⁹ vetera sunt proiecta: sic eī in lege mandasti. Superuenientib⁹ nouis vetera proijcietis. Leuiti. xxvi. Et recte in tempore plenitudinis gratie/ vetera imperfecte legis sacrificia ꝓijciēda fuerāt: q: imperfecta ⁊ insufficiētia fuerāt: quoniam deo nō placuerūt/ peccata non abstulerunt/ nec gratūfacientē gratiā contulerunt. De primo dicit Hiere. vi. c. Holocaustomata vestra non sunt accepta: victime vestre nō placuerūt mihi. ⁊ Osee. vi. Misericordiā volo/ nō sacrificiū. in ps̄. quoq̄. Quomodo si voluisses sacrificiū dedissem vtiq̄/ holocaustis nō delectaberis. Et in alio ps̄. Nō accipiā de domo tua vitulos: neq̄ de gregibus tuis hircos. De secundo idē ꝓpheta dicit. Holocaustum pro peccato nō postulasti. ⁊ apostol⁹ ad Hebre. x. Impossibile est sanguine hircoꝝ ⁊ tauroꝝ auferri peccata. De tertio idē apostol⁹ ad Roma. iij. Ex operibus legis nō iustificabiƭ omnis caro. ⁊ Ezech. xx. Dedi eis precepta non bona: ⁊ iudicia in quib⁹ non viuent. Precepta scilꝫ quantū ad sacrificia/ ⁊ cerimonialia ac iudicialia in quib⁹ nō viuēt vita scꝫ gratie. Et iterū ad Gal. ij. Si per legē iusticia: ergo christus gratis mortuus est. Quia igiƭ pater clemētissime/ legis oblationes ⁊ sacrificia reprobas tāq̄ inutilia ad eterne vite consecutionē/ ⁊ remissionē peccatoꝝ. Te supplices per iesum christum filiū tuum petimus: vti accepta habeas hec nostra dona/ munera ⁊ sacrificia: que idē filius tuus in quo tibi bene cōplacuit: nos tibi offerre voluit ꝓ cursu legis euāgelice et gratie. ¶ C Sed predictis videƭ obuiare illud Leuiti. iiij. Si peccauerit aīa de populo terre: offerat caprā immaculatā: ⁊ adolebit eā sacerdos super altare in odorē suauitatis dn̄o: rogabitq̄ pro eo: et dimittetur ei. Videƭ ergo q̄ legis sacrificia placuerūt dn̄o: ⁊ accepta fuerāt ad remissionē peccatoꝝ. Itē ibidē. xviij. c. Custodite leges meas atq̄ iudicia: que faciēs homo viuet in eis. Vita aūt hoīs spūalis est per gratiā iustificātē: igitur videtur q̄ gratiā contulerūt. Preterea ad Heb. ix. Si sanguis tauroꝝ et hircoꝝ ⁊ cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis: quanto magis sanguis christi. Et post pauca. Omnia pene in sanguine mūdātur fm̄ legē. Ex quibus verbis videƭ elici posse q̄ per sanguinē animaliū oblatorū in sacrificiū/ remittūtur peccata delinquentiū. ¶ Pro horum solutione aduertendū/ q̄ in sacrificio veteris legis tria considerāda occurrūt. scꝫ caro et sanguis animalis qđ offerebaƭ. Scđo res spiritualis que figurabaƭ; vt in agno vel vitulo christus: in capra penitētia: in boue vita robusta et actiua: in aue vita sublimis ⁊ contēplatiua. Tertio persone ꝓ quibus sacrificiū immolabaƭ: et harū fuerūt due species: q: quedā digne: quedā fuerūt indigne. Indigne/ que sacrificiū hmōi carnaliter tm̄ attendebāt. Digne vo que ea spūaliter intellexerūt: ⁊ in christū in eis figuratum explicite vel implicite credētes: fm̄ spiritualē hoꝝ intellectum vitam suā ordinauerūt. ¶ Scđo aduertendū q̄ pctā remitti per illa sacrificia/ dupliciter pōt intelligi. Vno modo quātū ad reatū culpe/ qui ⁊ cordis macula/ ⁊ dei offensa appellatur. Alio modo quātū ad reatū pene: pene dico nō debite pro pctō in inferno/ vel purgatorio soluēde: sed pene legis quā incurrebāt ex esu prohibitoꝝ ciboꝝ/ et ex tactu morticini: ꝓpter que ꝓhibiti fuerūt iudei ab ingressu tēpli: ⁊ ita facti quasi irregulares: de quo Nume. xix. ¶ Tertio notādū q̄ sacrificia veteris legis iustificare dupliciter accipitur. Vno modo q̄ cōferāt gratiā gratūfaciētē: que est vera perfecta ⁊ gratuita iusticia/ qua redditur deo honor et debita obediētia. Alio modo q̄ in hoꝝ sacramentoꝝ exhibitione iustificētur sacrificātes iusticia que est virtus moralis ⁊ politica: que acquiritur ex frequēter iuste operari: sicut cetere virtutes morales ex actib⁹ frequētatis. ¶ D Per has distinctiones respondeƭ ad obiecta. Vnde dicendū q̄ sacrificia illa fm̄ se sumpta/ et virtute operis operati deo non placebāt: neq̄ ꝓpter ipsa deus peccata sacrificantium remisit quantū ad culpe reatū siue cōsciētie maculā. Et fm̄ hoc intelligēde sunt autoritates inducte. Illa Hiere. Victime vestre nō placuerūt mihi. Et illa apl̄i. Impossibile est sanguine hircorū auferri pctā: q: ad hoc victime ille institute non fuerāt a deo: neq̄ ad hec attingere potuerūt: cū fuerint res pure corporee ⁊ materiales: que ad peccatoꝝ deletionē nullā efficiētis cause ordinē habuere. Verūtamē per hec sacrificia remittebātur peccata quātū ad penas legis/ et immūdicias corporales: que fuerūt irregularitates quedā cōtracte ex contactu cadauerū/ vel aliarū corporaliū immūdiciarū: que ꝓhibebāt ab ingressu tēpli: ⁊ reddiderūt populos inidoneos ad cultū dei. He pene ⁊ impedimēta tollebātur per quedā sacramētalia illius legis. Et fm̄ hoc intelligiƭ dictū apostoli/ q̄ sanguis hircoꝝ ⁊ cinis vitule inq̄natos sanctificat ad emūdationē carnis. Carnis dicitur nō aīe: ad denotandū q̄ gratiā/ que mūdiciā mētis delet: nō cōtulerūt. Sicut in noua lege dispēsatio cū male nato ad susceptionē ordinū/ tollit irregularitatē: sed gratiā nō infundit. Dicūt tn̄ doctores cōmuniter/ q̄ hec sacramēta oblata in charitate ex obediētia dei instituētis/ in protestationem vere fidei saluatoris: quē per hec venturū crederent: prestabantur

Peccatū remitti per illa sacrificia dupliciter intelligiƭ.

deo placuerunt: et remissionē peccatoꝝ quantum ad delen dum reatū anime profuerūt: et gratiā gratūfacientē contu lerūt. Et ſm hoc intelligi debet illud Leui. iiij. facta mētio ne de sacrificio/ sequitur. Et orabit sacerdos ꝓ eo: et dimitte/ tur ei scʒ peccatū: nō quidem ex oblato munere: sed ex offe/ rētis deuotione. Et similiter illud ad Gal. ij. Ex operibus legis non iustificabitur homo: nisi per fidē iesu christi. Du rū siquidē dicere videtur ꝙ aliquis ex obediētia et charita/ te seruet preceptū dei: ⁊ nō mereatur: cū deꝰ det preceptū alicui/ ⁊ nolit preceptum obseruantē mereri: quātūcūqꝫ ex obediētia ⁊ deuotione obseruet. Neqꝫ tñ ex his sequitur/ ꝙ fuerint vera sacrificia: qꝛ nō cōtulerunt gratiā virtute ope ris operati: sed virtute boni motus interioris voluntatis: que nō necessario requirit in sacramētis noue legis: scʒ suffi cit remoti obicis: vt declarat Sco. in. iiij. dist. j. q. v. Sacri ficia tñ ista veteris legis/ inquantū sub precepto cadebāt: iustificabāt iusticia morali ⁊ politica/ etiā seclusa deuotio ne que dicta est/ offerentis: inquātū scʒ opera legis/ que iu sta erāt: qꝛ diuinis preceptis cōformia: generabāt habitū iu sticie que virtus moralis est in offerentibus. Hec eñ ex fre quētatis actibus gignitur naturaliter: ⁊ nō gratuito infun ditur supernaturaliter. ℂ E Et ſm has distinctiones trāſ eunt autoritates hinc inde allegate: que vidētur opposite/ et sibijnuicme repugnare. Dia tñ hec veteris testamēti sa/ crificia per vnicū christi sacrificiū in cruce euacuata sunt: cu ius nos quotidie memoriā facimus/ offerētes eādē hostiā in altari. Unde petimꝰ a patre sacrificiū nostrū acceptū ha beri: ⁊ sue maiestati dignū: nō munerū naturali ꝓprietate: sed mediatoris christi institutione. ℂ Utvero ipsa munera apta reddātur conuersioni in verū corpus christi: additur. Et benedicas. hec scʒ munera. i. benedictionē virtutis tue et gratie in ea diffundas: vt idonea sint tā diuino sacramē to: vt dicit Alber. non eñ nostrū est benedicere sed tuū: no strū aūt est te inuocare o pater clementissime: vt tu benedi cas. Nume. vj. Inuocabūt nomē meū sup filios israel: ego aūt benedicā eis. Rogamus ergo ⁊ petimus supplices cle mētissimū patrē/ quatenus benedicat ⁊ sanctificet munera oblata: vt in viuū sacrificiū cōuertant: verū scʒ corpus chri sti/ et verū eius sanguinē. ℂ F Exprimuntur aūt offerēda munera/ panis scʒ ⁊ vinū aqua mixtū triplici noīe/ cū dici/ tur: Hec dona: hec munera: hec sancta sacrificia illibata. Ea dē sacrificia sunt his noībus designata ſm Alex. Nā que sa cris altaribus offerūtur: munera dicunt/ dona ⁊ sacrificia. vnde Mat. v. Si offers munus tuū ad altare ⁊c. ⁊ ad He bre. v. de pōtifice dicit: ꝙ cōstitutus est a deo vt offerat do/ na ⁊ sacrificia pro petis. Nō ergo per p̄missa tria aliud et aliud dicit: sed res vna ꝓ sui magnitudine/ diuersa appella tione laudatur. Hoꝝ eñ verboꝝ inculcatio pie deuotionis est exercitatio: ⁊ ineffabilis cōmēdatio sacramēti. Siquidē nō inuenit aliquod vocabulū/ quo tātū sacramentū digne valeat appellari: nisi ꝙ grece dicit eucharistia/ qđ exponit bona gratia. Pronomē hec/ demōstratiuū pōt demōstrare ad litterā substātias oblatas panē et vinū: vel per tropolo giā offerentē ipsum: vel per allegoriā/ qui in his substātijs significat: christū. Nā quodlibet horū nō incōuenieter dici pōt donū/ munus ⁊ sacrificiū. Et ſm hoc tripliciter pōt ex/ poni. ℂ Quoad primū quātū ad litterā/ possunt hec obla ta tripliciter cōsiderari. Uel vt ex liberalitate dei in nos ꝓ/ fluūt: et sic dicūtur dona. Uel vt a nobis pie recipiuntur: ⁊ ita sunt munera. Ut autē deo a nobis offerūtur sunt sacrifi

Donum quid. cia. vnde Isido. Donū ꝓprie dicit quod inferiori a superio re cōfertur. Jac. j. Omne datū optimū/ et omne donū per/

Munꝰ fectum desursum est. Munus qđ ab inferiore superiori pre sentat. Genes. iiij. Respexit dñs ad abel et ad munera eiꝰ.

Sacrificium. Sacrificiū/ quod creatori offertur. ps. Uolūtarie sacrifica/ bo tibi. et in alio. Sacrificate sacrificiū iusticie et sperate in dño. Et ſm hoc sunt dona nobis ad sustētationē a deo col/ lata. munera a nobis deo vt laudet reddita: sacrificia/ qꝛ ꝓ peccatis nostris deo oblata nos sacros efficiunt: vnde Ale xan. His vocabulis tribus/ insinuatur ꝙ hec demonstrata sunt nobis a deo collata: a nobis deo presentata et oblata: in verū ⁊ summū sacrificiū transsubstantiata. Sic ergo ſm Inno. donū est dātis: munus recipiētis: sacrificiū offerētis. Dona itaqꝫ offerimus cū dauid dicētes. Que de manu ſ. Paral. viij. tua accepimus: offerimus tibi: qꝛ offerri nō possunt nisi do na dei. Non eñ iniuste acquisita: aut tēporalia lucra offerri possunt: vt. ū. habitū est. Munera vero dū volūtarie reddi mus. Nō eñ offerri possent nisi essent nostra munera: quia munera sunt voluntaria: et hec reponi pñt in dei donaria. Exo. xxxv. Omnis volūtarius et prono animo offerat do/ mino. Uñ in ps. Filie tyri in muneribus vultū tuū dep̄eca būtur. Exponit Alber. Filie tyri in muneribus/ sunt aie an gustiate huius seculi in labore: vel acquirētes vel possidē tes que dño debent offerri. vnde ⁊ magi: Uenimus cū mu neribus adorare eū. Mat. ij. Sacrificia aūt offerimus/ dū sacrū facimus. ſm Isidoꝝ. Dū prece mystica in memoriam passionis dñice cōsecramꝰ. Et ſm hoc aliqui (vt refert Ale xan.) sic distinguūt. Hec dona scilʒ nature: hec munera scʒ deuotionis nostre: hec scā sacrificia illibata maiestati diui ne: vt hec dona referatur ad naturā: hec munera ad gratiā: hec sacrificia ad incorruptionis gloriā. ℂ G In his prio ribus expositionibus per ꝓnomē hec/ ipsa dona presentia panis ⁊ vinū ad sensum demonstrantur. Et huic consonat Augu. Dona offerimus cū nosipsos deo offerimus: mune/ ra cum eius beneficioꝝ memores sumus: sacrificia illibata cū ei humilitatē ac laudes impēdimus. vnde ps. Sacrifici um deo spūs cōtribulatus: cor contritū et humiliatū deus nō despicies. Possunt nihilominus per ꝓnomē hec/ ad in/ tellectū offerētes mystice demōstrari: vt nos offerentes in/ telligamur per dona/ munera ⁊ sacrificia. ℂ Potest etiam tertio per ꝓnomina/ ille qui venit offerēdus ad intellectū allegorice demōstrari. i. christus quantum ad corpus ⁊ san guinē sic intelligendo: Rogamus te pater clemētissime: vt hec dona/ hec munera/ hec sacrificia: hoc est christū/ in cuiꝰ corpꝰ ⁊ sanguinē hec materialia dona panis ⁊ vini substā tia orantur cōuerti: accepta habeas ⁊ benedicas/ faciendo scʒ vt effectū et optatū habeāt in illis ꝓ quibus offerimus. Dicit aūt christus quātū ad corpus ⁊ sanguinē donū/ mu nus ⁊ sacrificiū. Donū/ inquantū a patre nobis datus est li beraliter. Esa. ix. Filius datus est nobis. Munus/ inquan tū hec spūssancti formatione in vtero virginis deuote sunt recepta: ſm illud Luc. j. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries fi liū. et sequitur. Spūssanctus superueniet in te ⁊c. Sacrifi ciū/ inquantū ex nimia charitate in cruce seipm̄ obtulit spō te in sacrificiū nostre redēptionis: ſm illud Esa. liij. Obla tus est/ qꝛ voluit. ⁊ ad Ephe. v. Dedit semetipm̄ pro nobis oblationē et hostiā deo in odorē suauitatis. ℂ Uel dicitur christus donū/ munus et sacrificiū: qꝛ ipm̄ pater dedit: fili us obtulit: spiritussanctus accepit: singuli tamē dederunt/ obtulerūt et receperūt: sed ad distinctionē dicitur pater de disse propter autoritatē: filius obtulisse propter humilita/ tē: spiritussanctus accepisse propter benignitatē. ℂ Ex pre missis itaqꝫ patet quomodo offerentes/ oblata et qui patri offerendus in eis significatur: sunt dona/ munera ⁊ sacrifi cia. ℂ H Dicitur etiam pluraliter hec dona/ hec munera ⁊c. qꝛ panis ⁊ vini prius ꝙ cōsecrentur: ⁊ diuerse sunt spe/ cies substantiarū: et diuerse substātie specierū: sed vbi cōse/ cratio celestis accesserit: species quidē remanēt: substantie cōuertūtur: vt sint diuersa cōtinētia: vnū vero contentum. Nā idē sub vtraqꝫ specie cōtinetur/ scʒ totus christus: licet nō in idē vtraqꝫ panis et vini substantia conuertat: de quo infra latius. ℂ Uel referendo precise ad corpus christi ſm vltimā expositionem. Quāꝫ christus vnus/ ⁊ in se indiuis sus/ totaliter integraliterqꝫ contineatur: dicitur tñ plurali/ ter: hec dona/ hec munera/ hec sacrificia: propter diuersita tem realē sui corporis et sanguinis: que sunt diuersa et pri mo contenta sub dictis speciebus ex vi cōsecrationis sacra mentalis. Non enim corpus christi est sanguis christi: neqꝫ sanguis christi est corpus christi vel pars eius: pars dico il lius corporis quod est primū signatum specierum panis

Hoc eñ est corpus illud/quod est proximũ perfectibile ab
anima rationali:tale autem nõ est sanguis: cũ sanguis nec
sit animatus:nec animalis ꝯm phos.et phs.ij.de aia.ca.xi.
Ex aere quidẽ enim/aut aqua impossibile est constare ani-
matũ corpus:oportet enim firmũ esse. Relinquitur autem
mixtum ex terra/⁊ ex his esse: vt vniuersaliter caro ⁊ ppor-
tionabile. Et cõmentator cõmen.cxi. Impossibile est enim
sicut dicit ꝯm phm/vt constitutio corporis esset ex aere aut
aqua:animalia eñ necessario indigẽt corpore duro. sequi-
tur. Ut est caro ⁊ eius simile in animalibꝰ carentibꝰ carne.
Hoc etiã consonat cõi dicto doctoꝝ asserentiũ sanguinem
christi non fieri presentem specieb' panis per se ⁊ directe vi
consecrationis:sed per quandã cõcomitantiã: quod verũ
non esset/si sanguis esset per se pars corporis. Quia ergo
realiter plura sunt/sanguis corpus: ⁊ sub distinctis specie-
bus per se continenᵗ:petimus in plurali/vt hec dona/hec
munera/hec sancta sacrificia accepta habeat ⁊ benedicat.
¶ I Et dicũtur hec dona sancta ⁊ illibata sacrificia (ꝯm
Alex.) Sancta rõne significatiõis/nõ ꝯm se: sed qꝛ signifi-
cant sacrosanctũ corpus ⁊ imaculatũ sanguinẽ christi. Et
illibata/nõ quasi nondũ gustata: sed illibata.i.imaculata:
qꝛ sine macula cordis ⁊ corporis oportet offerri:quatenꝰ ⁊
cor ab iniquitate mundeᵗ/⁊ corpus ab imũdicia: ꝯm illud
Esa.lij. Mũdamini q̃ fertis vasa dñi. ¶ Uel dicunᵗ sancta
i.ad sanctũ vsum deputata: quõ Achimelech dixit ad Da-
uid in figura huiꝰ sacramenti: Nõ habeo panes laicos ad
manũ:sed tantũ panẽ sanctũ.j. Reg xxi. Panis laicus cõ-
munis panis est/q̃ sacerdotibꝰ in officio nõ cõmittitur:sed
panis diciᵗ scrificatus/⁊ sanctis ministrandus. ¶ Uel re-
ferendo hec dona/hec munera ⁊c. ad id qđ signãᵗ/⁊ in qđ
cõuerti oranᵗ/scꝫ corpus ⁊ sanguinẽ xp̃i:sicut sunt sancta ⁊
illibata.i.munda: ⁊ nulla sordiũ aut pctõꝝ contagione ma-
culata: qꝛ sanctispũs opatione de purissimis sanguinibus
gloriose virginis formata/⁊ vnione inseparabili: ꝯm Da-
mas. ineffabili summe ⁊ sanctissime deitati vnita; rõne cuiꝰ
in ipsis ois sanctitas redundat. Uñ ⁊ scribiᵗ ps̃.xv. Nõ da-
bis sanctũ tuuꝫ videre corruptionem. Nec in se solũ sancta
sunt ⁊ imaculata: sed etiã quoad nos. Nos eñ sanctificaue-
runt ⁊ mũdauere a sordibꝰ peccatoꝝ: ꝯm illud Apocalip.j.
Lauit nos a pctis nostris in sanguine suo. ¶ De his mu-
neribus ⁊ donis oblatis/frumento scꝫ de quo panis/ ⁊ vi-
no dicitur Zach.ix. Bibentes inebriabunᵗ quasi a vino: ⁊
replebunᵗ vt phiale/⁊ quasi cornua altaris: ⁊ saluabit eos
dñs coꝝ in die illa; vt gregem populi sui: qꝛ lapides eleua-
buntur super terram eius. Quid eñ bonũ eius est: ⁊ quid
pulchrũ eius/nisi frumentũ electoꝝ/⁊ vinũ germinans vir-
gines. Que exponens dñs Alber.ait: Hec de sacramento
altaris intelliguntᵗ: qꝛ bibentes dñi calicem inebriabũtur
amore eternoꝝ vsq; ad obliuionem sui ⁊ terrenoꝝ: quasi vi-
no qđ letificat deũ ⁊ hoies. Ebrietasq; illa ꝯm glosam pla-
cebit deo sicut sacrificiũ altaris: phialis eñ super altare li-
ba funduntur. Uel ꝯm Alber. illo vino repleᵗ phiale spi-
ritualis animi deuotione: quoꝝ intima sanguis dñi infun-
dit: ⁊ sic eum replet deuotionis odoramento: vt his sancti-
ficati ⁊ confortati sacramentis: efficianᵗ cornua altaris ad
ventilandũ omne qđ deo nõ militat. Et sic salute sacramẽ-
ti saluabit eos dñs eoꝝ in die illa/noue scꝫ gratie: qꝛ tunc
clare fulgebit ad tenebrarũ purgationẽ; saluabit aũt sicut
peculiarem gregem populi sui: cui de seipso pabulũ prepa-
rauit. Lapides eñ sancti/hoc est ministri noui testamenti
solidi/viui ⁊ preciosi; tunc eleuabunᵗ in dignitatem in ter-
ra ecclesie/quibus merito perpetue sanctitatis sacramen-
ta cõmittuntur. Et hanc refectionem in illibato sacrificio
determinat dicens: Quid est bonũ. Bonum inquã ois bo-
ni bonũ: quod oia bonificat: sine quo nihil est bonum: Et
quid pulchrũ eius/qđ oia mundat ⁊ pulchrificat/nisi fru-
mentum. quo toto amore fruendũ est. Electoꝝ qui a massa
perditionis per gratiã vocationis diuine separati sunt: et
ante mundi constitutionem electi in ipso. Hoc autem fru-
Eph.i. mentum illibatum sacrificiũ est; quod ad gustum vel vsuꝫ
alieno deo nunq̃ libatum fuit. Apocal.ij. Dabo ei mannã
absconditum/ quod nemo nouit nisi qui accipit. Uel ꝯm
glo. Frumentũ electorum saluator est: qꝛ ipse est panis qui
de celo descendit: ⁊ confirmat cor electorũ/ qui bibitur ab
his qui sancti sunt corpore ⁊ spiritu: qui introducti in cel-
lam vinariam/gaudẽtes sequuntur agnum quocũq; ierit.
Hec glo. Sanguis aũt est vinũ germinans virgines.i. vir-
gineas mentes: ⁊ tam virgineas nõ germinaret omni ger-
mine virtutũ/nisi ⁊ ip̃m esset virgineũ: ⁊ ideo penitus illi-
batum. Uel ꝯm glo. germinans virgines.i. populũ in vnũ
deum credentem: qui prius cultu idolatrie constuprabaᵗ.
¶ L Dum aũt hec profert sacerdos/tribus crucibꝰ panẽ
⁊ vinum signat/vtrũq; cõiunctim. Nam ⁊ in sequentibus
frequẽter hmõi signationes iterat ante q̃ post consecratio-
nem: vt infra patebit. ¶ Ubi in primis aduertendũ q̃ hu-
iusmodi cruces quibus sacrificiũ signatur: non fiunt dũta-
xat ad cõsecrandũ hostiã: ꝯm beatũ Tho.par.iij.q.lxxxiij.
arti.iij. alioquin post cõsecrationẽ fieri non deberent. Sed
principaliter per crucis signa modũ ⁊ ordinem dominice
passionis representat: vt dicit Innoꝯ q̃ verba canonis ad
cõsecrationem ⁊ effectum ipsius impetrandũ pertinent: si-
gna ad historiã recolendam. Unde qꝛ sacrificiũ istud per-
fectissimũ memoriale est dñice passiõis: vt nihil desit quo
vel visus/vel auditus tam salubri memorie cooperetᵗ: vni-
uersa in huius sacramenti cõsecratione ac dispensatione cõ-
currentia/siue visu/siue auditu perceptibilia/ad passionis
dominice representationem sunt ordinata: vestes scꝫ ⁊ va-
sa/altaris palle ⁊ tabula cerimonie ⁊ verba/ vt ex pdictis
patet. Cum ergo xp̃i passio in cruce sit consummata: conue-
nienter per signa crucis ipsa passio representatᵗ: vt hoc si-
gno quo passio consummata est: eius memoria mentibus
tenacius infigatur. Et quoniã passio quibusdã gradibus
completa est/siquidem aliqᵘe passionis partes precesserũt
crucifixionem: aliqua in cruce sunt cõsummata: ideo vt cõ-
gruo ordine singula representenᵗ que crucifixionẽ preces-
sere per crucis signationes ante cõsecrationem factas. que
vero in cruce ⁊ post crucem acta sunt/vel passa: per eas q̃
gu. Ora venerabilis papa/vt talis de inimicis vitio sepe
procedat. Et tamen neq̧ augustinus: neq̧ aurelius fuit
episcopus romanus. Hic refertur grecos cunctos presby
teros papas nominare. Nunc vero nomen papa soli roma
no attribuitur pontifici/qui dicitur papa/quasi pater pa
trum. id est episcoporum et sacerdotū/qui iure patres ap
pellantur. xcvj. distin. ca. Is scripturis. ꝛ c. sequenti. Quis
dubitat. vbi dicit Grego. ad hermannum metēsem episco
pum. Quis dubitat sacerdotes christi/regum et principū
omniumq̧ fidelium patres ꝛ magistros censeri. Item the
lesphorus papa. vj. q. j. sacerdotes. Omnis qui aduersus
patres. id est sacerdotes armantur: infames esse censemus.
Patres enim omnes.i. sacerdotes venerandi sunt nō respu
endi aut infamandi. Refert etiam Eusebius cesariensis q̄
excellentia romani imperij extulit papatum romani pon
tificis super alios pro eo q̄ distin. xcvj. cap. Constantinus
ij. legitur. Constantinus imperator quarta die sui baptis
mi priuilegium romane ecclesie pontifici contulit: vt in to
to orbe terrarum pontifices et sacerdotes ita hunc caput
habeant sicut iudices regem. Quod etiam posterius con
firmatum est per conciliū generale. Unde idem Cesa

riensis. Nicena (inquit) synodus hoc contulit priuilegium
romano pontifici: vt sicut romanorum rex augustus pre cete-
ris appellatur: ita romanus pontifex pre ceteris epis papa ve
lut principalis pater vocaretur. ¶ I Et recte quidē papa
id est pater principalis: quia caput est fidelium et totius ecclesie
militantis. xxii. dist. Sacrosancta. Petrus dictus est cephas
et caput: eo quod principatum teneret apostolatus. Non autē tan-
tum cōstantini ordinationē: neque patrum: sed diuina/romana
ecclesia primatum obtinuit. Unde in eodē canone Sacrosan
cta. dicit anacletus qui fuit quartus post beatum petrum successor
beati clemētis: qui sedit anno dñi. ciiij. et ita longe precessit cō-
stantinum. Sacrosancta romana et apostolica ecclesia nō ab apo
stolis: sed ab ipso dño et saluatore nostro primatum obtinuit: si
cut beato petro aplo dixit. Tu es petrus et super hanc petrā
etc. Et sequitur: Hec vero apostolica sedes caput et cardo (vt
prefatum est) a dño: et nō ab alijs cōstituta est. Et sicut cardi
ne ostium regitur: sic huius apostolice sedis autoritate oēs ecclesie
dño disponente reguntur. Hinc. vij. q. j. Mutatiōes. Anthe
rius papa de beato petro loquēs ait: Petrus sctūs magi-
ster noster et princeps aplorum. Et leo papa. xxiiij. q. j. cū bea-
tissimus. Cū beatissimus petrus aplus a dño accepit principatū
Unde et beatus dionysius in li. de diuinis no. c. iij. ipsum vo
cat verticē. i. capitaneū. Uel sm aliā translationē. Petrus
supremū decus et antiquissimū theologorum culmē. Et in libel
lo quē scripserat de morte apostolorum pe. et pa. dicit. Cū se-
pararentur abinuicē ducti ad supplicia: paulus petrū allo-
quitur in hec vba: Pax tecū fundamentū ecclesiarum/pastor ouiū
et agnorum christi. Item marcellus papa. xxiiij. q. j. Rogamus
ait: Rogamus vos fratres dilectissimi: vt nō aliud doceas-
tis neque sentiatis/quam qd a petro et reliquis aplis atque patribus
accepistis: ipse enim est caput totius ecclesie. Et beatus Aug.
li. ij. de vnico baptismo. Puto quod sine vlla sui contumelia/
cyprianus epus petro apostolo cōparatur/quantū attinet ad
martyrij coronā. Ceterū magis vereri debeo ne in petrum
cōtumeliosus existā. Quis enim nescit illū apostolatus prin-
cipatu cuilibet episcopatui preferendum: sed etsi distat cathe
drarū gratia: vna tamen est martyrū gloria. Et ponitur. ij. q.
vij. Puto. ¶ Ex oibus his patet petrū fuisse caput ecclie:
et primatū inter omnes tenuisse. Cum autē quilibet papa ca
nonice intrans successor sit petri: sequitur quod quilibet talis
omnē dignitatē/autoritatem et principalitatem habeat quā
habuit petrus. Is enim qui in ius succedit alterius: eo iure
quo ille: vti debet. de regulis iuris. Is qui. li. vj. Nam si mi
nus haberet quam primus: nō esset vera successio. vt arguit glo.
in casu simili in ca. Cū oēs. de cōstitutionibus. Et per cōse-
quēs etiā nunc papa caput est ecclesie et hierarcha summus
sicut fuit petrus tēpore aplorum: etsi mō nō refulgeat his vir
tutibus/quibus petrus ceteros precellebat. ¶ L Beatus si-
quidē petrus nō modo officij dignitate: verū etiā virtutū
excellentia prestabat/fide scz humilitate et charitate. Nam
propter fidei eminentiā: que fundamentū est ecclesie/et totius
spūalis edificij: petro datū est/vt ad qstionē fidei de chri-
sto pro oibus respōderet: dicēs ad christū. Tu es christus fi-
Matth. lius dei viui. Ex qua fide arras accepit prefecture ecclesie.
xvj. dicente ei dño. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc
petrā edificabo ecclesiā meam. Et iterū. Et ego pro te roga
Luc. xxij ui vt nō deficiat fides tua: et tu aliquādo cōuersus: confir
ma fratres tuos/per predicationē videlicet et doctrinā vere
fidei et euangelij. Precellens humilitas claruit: cum corre
ptionē pauli qui ipso fuit inferior et in faciē ei restitit: patien-
ter et humiliter tolerauit. ad Gal. ij. Patet et ex sua prelatio
ne super ceteros a christo: qui eos nouit qui se humiliāt exal
tare. Charitatis excellentia patet ex feruore operū siue vigi
lantia et discursu pro lucrifactione animarū. vt tradit actuū
historia. Patet etiā ex christi qstione/eiusque respōsione: cū
enim quereret christus. Simon iohānis diligis me plus his
Respōdit. Tu scis dñe quia amo te. Post quā respōsionem
tertio datā/statim dñs sibi pascēdas cōmisit oues. Unū pa-
tet dignitas petri: nedū ex prelatione qua factus est caput
ecclesie: sed etiā ex virtutū excellētia/et christi dñi imitatiōe
singulari. In quo vtinam haberet tot imitatores: quot ha
bere sui principatus et officij cernitur appetitores. Lōge aliū
mores/aliaque pompe videntur in successoribus/quam in petro:
cuius successiōe gratulantur. De quo ad eugeniū papā bea-
tus Bern. in li. de cōsideratiōe ita scribit. Inter hec tu pa-
stor procedis deauratus tam multa circūdatus varietate: oues
quid capiunt. Si auderē dicere: demonū plus quam ouiū pa-
scua hec sunt. Et post pauca. Petrus hic est qui nescitur processisse
nō gemmis ornatus vel sericis: nō tectus auro: aut vectus
equo albo: nec stipatus milite: nec circumstrepentibus mini
stris: absque tamen his credidit satis posse implere manda-
tum christi salutare. Si amas me pasce oues meas. In his
nō successisti petro: sed cōstantino. Hec ille. ¶ Uerūtamē
etsi papa tanquam homo viator nondū in gratia cōfirmatus
quādoque deuiat: quoniam teste Chrys. non loca hominē sanctifi-
cant: sed homo locū. xl. di. Multi. Neque sanctorum filij sunt qui
tenēt loca sanctorum: vt ait Hiero. eadē dis. Non est. et Greg.
anastasio presbytero. Non loca vel ordines creatori nostro
nos proximos faciūt: sed nos aut merita bona coniungunt:
aut mala disiungunt. eadē dis. Non loca. Non tamen capi-
tis dignitatē amittit: nisi in heresim lapsus extra ecclesiam
fieret. eadē dis. Si papa. In quo casu licet heresim pertinaciter
defendēs nō esset caput ecclesie: nihilominus non esset eccle
sia sine capite: quoniam verū caput ecclesie christus est: ait aplus
ad Eph. j. Ipsum dedit caput super omnē ecclesiā: que est cor-
pus eius. Item ca. v. Christus caput est ecclesie: ipse saluator
corporis eius. Itē ad Col. j. Ipse est caput corporis ecclesie. Ca-
put mysticū sicut corpus mysticū est ecclesia propter similitu
dines repertas in corpore vero: quas exprimit aplus. j. Cor.
xij. Possumus igitur cōsiderare in capite/scz ordine/perfectionē
et virtutē. Ordinē/quia caput est prima pars hois: et inde
est quod omne principiū consueuit dici caput. sm illud Ezech.
xvj. Ad omne caput vie edificasti signū prostitutionis tue.
Perfectionē/quia in capite vigent oēs sensus interiores et
exteriores: cū in ceteris membris solus sit sensus tactus.
Et inde est quod dicitur Esa. ix. Longeuus et honorabilis ipse
est caput. Uirtutē/quia ceterorum virtus et motus est a capi-
te: propter virtutē sensitiuā et motiuā ibi dominantē: propter
qd et populi rector caput eius dicitur. sm illud. j. Reg. xv.
Cū esses paruulus in oculis tuis: caput in tribubus factus es.
He capitis cōditiones christo vere cōpetūt respectu eccle
corporis eius: propter quod nomē capitis cōgrue ad ipsum
translatū est: habet enim ordinē eminētie. Unde de ipso dicitur
in ps. Ego primogenitū ponā illū excelsum pre regibus terre.
Et vere primus et excelsus: quia oēs alij gratiā receperunt per
respectū ad gratiā suā. Hinc ad Rom. viij Quos presciuit
hos et predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ip
se primogenitus in multis fratribus suis. Scdo habet perfe
ctionē quātū ad plenitudinē oium gratiarū. sm illud Ioh.
j. Uidimus gloriā eius/gloriā quasi vnigeniti a patre: ple
nū gratie et veritatis. Tertio virtutē habet influendi gra-
tiam in membra ecclesie corporis sui: nam de plenitudine eius
oēs accepimus. Ioh. j. Quippe sm diuinitatē ipse est autor
gratie/fidei/ceterorumque donorum spūalium: qui influit et causat effe-
ctiue principaliter in nobis in perceptiōe sacramentorum. Sm
humanitatē vero causa est meritoria eorundē. Nam propter
passionē: quā sua spōte sm humanitatē subijt: deus pater
statuit hec dona cōferre hoibus: que principia sunt sensus et
motus operationū spūalium et vitalium in recipientibus ea. Et pro-
pter influxū horum donorum a christo in membra ecclesie/chri-
stus dicitur caput ecclesie: nō per proprietatē: sed per similitudi-
nem capitis naturalis. ¶ M Papa etiā est caput eccle
sie sm predicta propter cōformes similitudines: licet multū
differenter a christo. ¶ Primo propter ordinē et propinquita
tem ad deū ratiōe officij: quia ipse summus est hierarcha in ec-
clesia: ad quē stat et reducitur tanquam in suū principiū ois ordo
ecclesiasticus: vt dicit Inno. tertius in ca. Solite. de maio. et
obe. Papā in petro oibus prefecit/constituēs eum pastorē
ouiū suarū generalē/nō discernēs has oues ab illis: cū di-
cit. Pasce oues meas. id est sm Chrys. loco mei prepositus
et caput esto

⁊ caput esto fratruꝫ: vt ipsi in te locum meū assumentes
vbiq̄ terrarū te in throno sedente ꝑdicent ⁊ confirmēt.
¶ Secūdo caput est ꝓpter ꝑfectionē accepte potestatis
que ſm sui plenitudine in ipso residet vt in capite: sicut
⁊ in petro papa ꝓmo cui dn̄s tanq̄ eterne vite clauigero
terreni simul ⁊ celestis imperij iura cōmisit: vt habetur
dist. xxij. Oēs. De quo Chryso. sup Mat. Filius que pa
tris est ⁊ ipsius filij: ptātem petro vbiq̄ terrarū cōmisit:
⁊ hoi mortali oēm autoritatem dedit: vt ecclesiam vbiq̄
terrarū amplificet. Unde ⁊ eccl̄ia de ipo canit. Tu es pa
stor ouiū princeps apostoloꝝ. Plenitudo aūt ptātis pe
tro collata trāsit in successores. ¶ Dicitur etiā tertio ca-
put ꝓpter virtutem influxiuā. dependet siquidē ab eo to
tus ordo ecclesiasticus: vt dictū est: in dispositione minis-
troꝝ ecclesie: ⁊ ab ipso fluit mediate vel immediate oīs
ptās spūalis: siue in p̄latis maioribus: siue in simplicibꝰ
presbyteris. Unde leo papa distin. xix. Ita dn̄s. dicit: Ita
dn̄s ptātem clauiū ad oīm aploꝝ officiū ptinere voluit:
vt in beatissimo petro oīm aploꝝ summo/ huius mune-
ris sacrm̄ ꝓncipaliter collocaret: vt ab ipso quasi a quo-
dam capite/ dona sua velut in corpus oē diffunderet: vt
exortem intelligeret se diuini misterij esse: q̄ ausus fuis-
set a petri soliditate recedere: hūc em̄ in ꝯsortium indiui-
due vnitatis assumptum/ id qđ ipse erat dn̄s voluit no-
minari: dicēdo. Tu es petrus: ⁊ sup hāc petrā edificabo
eccl̄iam meaꝫ: vt eterni tēpli edificatio mirabili munere
gratie dei in petri soliditate cōsisteret. ¶ N Magna
aūt est huius capitis a ꝓmo capite differentia: q2 xp̄s ca-
put est ecclesie ſm oē tempus/ preteritum/ presens ⁊ futu
rum: q2 oēs quicūq̄ saluari sunt/ qui saluātur: ⁊ q̄ salua-
buntur: in xp̄i noie salutem percipiūt: q2 nō est aliud no
Act. iiij. men sub celo datum hoibus in quo oporteat saluos fie-
ri/ q̄ in noie iesu: vt ait pe. Papa aūt est caput eccl̄ie ſm
tempus determinatū/ scꝫ ſm tempus sui pontificatꝰ. Un
scribit de sacerdotibꝰ ⁊ confessoribꝰ/ in quibꝰ ⁊ summus
sacerdos cōprehendit. Plures facti sunt sacerdotes id-
Heb. vij circo ꝙ morte prohiberent permanere. Jesus autē in eo
ꝙ maneat in eternū sempiternū habet sacerdotiū. vnde
in ps̄. Tu es sacerdos in eternuꝫ. Christꝰ quoq̄ caput est
ecclesie ſm omnē statū/ vie scꝫ patrie/ militantis ecclesie
⁊ triūphantis: q2 datuꝫ est ei nomē quod est super omne
Phil. ij. nomē. In quo flectat omne genu celestiū terrestriū ⁊ in
fernoꝝ. Papa aūt caput est ecclesie ſm determinatū sta-
tum/ presentis scꝫ peregrinationis et vie. Unde dictū est
ei. Quodcūq̄ ligaueris super terrā: vt intelligatur pape
potestas ad viatores in terris cōsistētes limitata. ¶ Pre
terea christus caput est ecclesie principale ⁊ primariū: in
se omnia dona et gratiarū charismata cōtinens: et ꝓpria
virtute ⁊ autoritate membra viuificās: ac motū ⁊ sensus
spirituales influens. Papa vo caput est ecclesie secūda-
rium ministeriale ⁊ vicariū: nōnunq̄ virtutibꝰ grā ⁊ do-
nis vacuū. Neq̄ em̄ ipse influit vitā spiritualeꝫ in mēbra:
neq̄ ipse dat mēbris sensum ⁊ motū: nisi vt minister ⁊ vi
cariꝰ christi. Propter quod dicit apostolꝰ. ij. Cor. v. Pro
christo legatione fungimur tanq̄ deo exhortāte per nos
¶ O Et per hoc patet ꝙ ecclesia nō est mōstruosa ⁊ bi
ceps seu bicapitalis: quia nō habet duo capita ex equo ⁊
principalia: sed vnū principale/ ⁊ aliud vice eius tenens:
quod nullā inducit mōstruositatē. Sunt em̄ tanq̄ vnuꝫ
caput/ inquantū caput principale agit per papā tāq̄ per
vicariū ⁊ vicē suam sua cōmissione tenentē: sicut rex iturꝰ
in regionē longinquā regit per gubernatorē: ⁊ episcopꝰ
in casu per coadiutorē. Patet etiā ꝙ ecclesia per mortem
pape nō est acephala: nec vo suo sponso viduata. Nō em̄
deserit ecclesiam suaꝫ christꝰ: cui suā inseparabilē ꝓmisit
presentiā Mat. vl. dicēs. Ego vobiscū sum omnibꝰ diebꝰ
vsq̄ ad cōsummationē seculi. Huius aūt famulū ⁊ minis-
strum recognoscit se papa: immo ⁊ seruoꝝ eiꝰ: dū in bul-
lis suis se scribit seruum seruorū dei. Et in altaris officio
pro eo orātes dicimus. Una cū famulo tuo papa nostro;

Pro hoc ergo famulo christi/ et vicario eius/ per quē ec-
clesiam suam regit ⁊ dirigit/ tanq̄ pro homine errare po
tente oramus: ⁊ rationabiliter. Nam vt docet beatꝰ Bo-
nifacius martyr: pro eius perpetuo statu vniuersitas fi-
delium tanto instātius orat: quanto suā salutē post deū/
ex illius incolumitate animi animaduertit propēsius de
pendere: vt habet dis. xl. Si papa. Oramus ergo pro pa
pa/ vt a peccatis ⁊ erroribus: que tanq̄ membris capitis
infirmitas: ecclesie maxime nocēt: misericorditer ꝯseruet
vt quoq̄ iuxta diuine legis sanctionē/ et naturalis iuris
equitate suscepta vtat potestate: nō in destructionē: sed ij. Cor. x
edificationeꝫ ecclesie: pareatq̄ dn̄o suo regimine plebem
perfectā. ¶ Et sequit. Papa nostro. N. Per quod intel-
ligi dat/ ꝙ celebrans orans pro papa/ nomē eius debet
exprimere: vnde dicit Pelagiꝰ papa allegāte Alber. Ab
vniuersi orbis cōmunione sunt separati: q̄ qualibet dis-
sensione inter sacra mysteria apostolici pontificis nomē
ſm cōsuetudinē nō frequentāt. Debent ergo celebrātes
nominare modo innocentium: qui diuina ꝓuidentia api
cem apostolatus tenet: dū hec scribimus. Hoc aūt intelli
gendum est ꝙ nemo celebrantiū ex cōtemptu nomē pa-
pe pretermittere debet: ideo addit: qui qualibet dissen-
sione. Si em̄ celebrās nomē pape nō crasse ignorauerit:
vel legēdo canonē nō occurrerit: ⁊ ita pro papa sine no-
minis sui expressione orauerit: nō estimo illū peccatū in-
currere. Nec oportet pro rememoratione nominis sacer-
dotem diu tardare: ne cōfusio/ tediū/ aut scandalū in po
pulo oriat: ⁊ ꝓprie mētis distractio causa vitādi maioris
periculi caueat. ¶. P Pro rege nostro N. Postq̄ sacer
dos in persona ecclesie orauit ꝓ papa: qui est princeps ⁊
supremꝰ in potestate ecclesiastica ⁊ spirituali: cōsequenter
orat pro rege qui supremus princeps est in potestate ter
rena ⁊ seculari. Unde ſm Inno. sicut sunt due vite/ cele-
stis scꝫ ⁊ terrena: vna qua spiritꝰ viuit cū deo: altera qua
ex spiritu viuit caro: ⁊ vtraq̄ nutrit vt possit subsistere: ce
lestis spiritualibꝰ: terrena corporalibꝰ. Ita sunt due po-
testates: ecclesiastica videlicet ⁊ mundana: vna que mo-
derat spiritualia: alia que corporalia. Ista per clericos:
illa regit ꝑ laicos: et ista vacet celestibꝰ: illa corporalibꝰ.
Ista quantū ad animā: illa quantū ad corpꝰ. He due po-
testates duo gladij sunt: de quibꝰ dn̄o apostoli dixerunt
Lu. xxij. Dn̄e ecce duo gladij hic. He sunt ⁊ duo lumina-
ria magna: que posuit dn̄s in firmamento celi: hoc est ec
clesie. Due scꝫ dignitates/ pontificalis autoritas ⁊ rega-
lis potestas: vt dicit Inno. in c. Solite. de maiori. et obe-
dientia. Illis duabꝰ potestatibꝰ gubernatio et regimen
mundi est cōmissum. De ptāte spirituali patuit ex verbis
christi ad petrū. Pasce oues meas. nō discernēs illas ab
istis. De seculari patet ex vbis eiusdē cū rn̄dit iudeis que
rentibꝰ/ vtrū liceret cēsum dare cesari: Reddite q̄ sunt ce
saris cesari. Ex vbis quoq̄ petri apl̄i. Subditi estote oī
humane creature ꝓpter deū: siue regi q̄si ꝓcellenti: siue
ducibꝰ tanq̄ ab eo missis ad vindictā malefactoꝝ/ laudē
vo bonoꝝ. i. Pe. ij. De ambabꝰ simul scribit Gelasiꝰ pa-
pa anastasio imperatori. xcvi dist. Duo q̄ppe. dicēs Duo
quippe sunt imperator auguste q̄bus ꝓncipaliter hic mun
dus regit: autoritas sacra pontificū/ ⁊ regalis ptās. In
q̄bus tanto grauiꝰ est pōdus sacerdotū: quāto etiam ꝓ
ipsis regibꝰ hoim in diuino sunt reddituri examine rōnē
Et btūs Aug. vt habet. xxiij q. v. Nō frustra. ait. Non fru
stra instituta sunt ptās regalis: ius cognitoris: vngule
carnificis: arma milit: disciplina dn̄antis: seueritas etiā
boni p̄ris: habent oia ista modos suos/ causas/ rōnes et
vtilitates: hec cū timent: mali coercent: ⁊ boni quieti in
ter malos viuūt. Cui ꝯcordat paulus Rom. xiij. dicens.
ptātes seculares esse a deo ad terrorē maloꝝ ⁊ laudem
bonoꝝ. vnde ait. Uis nō timere ptātem: bonū fac: si aūt
malefeceris/ time. Nō em̄ sine cā gladiū portat. Et btūs
Isido. lib. iij. sniarū suarū. c. lij. Principes seculi nōnūq̄
intra eccl̄iam ptātis adepte culmina tenēt: vt ꝑ eandem
f

potestatē/disciplinā ecclesiasticā muniant. Ceterū in ec/
clesia ptātes necessarie nō essent:nisi vt qđ nō ꝑualēt sa
cerdotes efficere ꝑ doctrine sermonē: ptās hoc īpleat ꝑ
discipline terrorē. Sepe ꝑ regnū terrenū celeste regnū
ꝓficit:vt q̇ intra ecclīam positi/cōtra fidē ⁊ disciplinam
agūt: rigore ṗncipū cōterant. Ipsamq; disciplinā quā ec
clesie vtilitas exercere nō ꝑualet:ceruicib⁹ supbor̄ ptās
ṗncipalis īponat. Et sequit̄. Cognoscant ṗncipes seculi
deo debere se rōnē reddere ꝓpter ecclīam/quā a xp̄o tu
endā suscipiūt. Nā siue augeat̄ pax et disciplina ecclesie
ꝑ fideles ṗncipes:siue soluat̄:ille ab eis rōnē exigit:qui
eor̄ ptāti suā ecclesiā credidit. Hec Isid. ⁊ habet̄ eadē.q.
Principes. Ex q̇bus satis patet ꝙ regis interest/⁊ secu/
laris ptātis ecclīam in pace ⁊ trāquillitate tutare ⁊ defen
sare. Et q: ecclīa defensionē recipit a regia ptāte:iure na
turalis ptātis obligatur:vt suffragiū quale pōt maxime
spūale/rependat:qđ facit ꝑ sacerdotē obsecrādo vt cle/
mentissim⁹ pater accepta habeat hec scā sacrificia ꝓ re/
ge nostro. ¶ Q Sit aūt ōrō ꝓ dignitate regia post ora
tionē factā ꝓ papa: q: ptās supma sacerdotalis excedit
regiā/antiq̇tate/dignitate ⁊ vtilitate. Antiq̇tate: q: iubē
te deo sacerdotiū institutū est: vt patet Exo.xxviij. Post
sacerdotiū instituta est ptās regia ad ppl'i petitionē: vt
habet̄.j. Regū.viij.⁊.ix.ac.xij.ca. Cui⁹ regula qua viuere
dz ⁊ regere describit̄ Deut.xvij. Excedit etiā dignitate:
vt supra cū ageret̄ de dignitate sacerdotali: aliqualiter
dictū est lec.iiij. Et ex eo etiā patet: q: maior est q̇ bn̄dicit
⁊ q̇ benedicit̄ minor: ſm aplm ad Heb.vij. Sine vlla cō/
tradictione/qđ minus est a meliori benedicit̄. Rex autē
in impatorē ꝓmouēdus cōsecrat̄/bn̄dicit̄/vngit̄ ⁊ coro/
natur a sacerdote supmo papa: vt pz in ca. Venerabilē.
de electiōe. Hinc vt dicit Innocē.in.c. Solite.de maio.⁊
obe.allegato. Quāta est differētia inter solē ⁊ lunā: tan
ta inter pōtifices ⁊ reges cognoscat̄. Premisit aūt. Fecit
de⁹ duo magna luminaria in firmamēto celi. Luminare
maius vt p̄esset diei: ⁊ luminare minus vt preesset nocti.
Vtrūq; magnū:sed alterū maius. Ad firmamētū igit̄ ce
li/hoc est vniuersalis ecclesie/fecit deus duo magna lu/
minaria.i.duas instituit dignitates: q̇ sunt pōtificalis au
toritas/⁊ regia ptās:sed illa q̄ p̄est diebus.i.spūalibus/
maior est:q̄ vo carnalibus/minor. Hinc ⁊ impator papā
vocat dn̄m: cui vt maiori p̄stat iuramentū.lxiij.dist. Tibi
dn̄o iohāni pape. Et caput eidem tanq̄ maiori submittit
dist.eadem. Valentinian⁹. Unde ⁊ sacerdotes/patres ⁊
magistri regū ⁊ principū appellant̄.xcvj.dist. Quis du/
bitat. Propter qđ ⁊ cōstantin⁹ impator indignū iudicat
sacerdotes iudicare: vt scribit btūs Greg. mauricio impe/
ratori.xj.que.j. Sacerdotib⁹. Hinc ⁊ imperatores xp̄iani
executiones suas p̄sulibus subdere debēt nō p̄ferre.dis.
xcvj. Si impator. Et papa trāsfert ptātem supremā secu/
larē de gente in gentē: vt in ca.allegato. Venerabilē. Et
imperatorē deponere pōt.xv.q.vj. Alius. Itē iuncta glo
sa. Et ipm pōt excōicare.xcvj.dist.duo sunt. Ex q̇bus oi/
bus patet excellētia dignitatis sacerdotij sup ptātem se/
cularem. ¶ R Excedit tertio ⁊ seipsam vtilitate: quia
ptās sacerdotalis ꝑ se respicit bona spūalia/⁊ ipsam ani
mā. Secularis vo bona tpalia/⁊ corpus: ⁊ ista dirigit in
finē naturalē/pacē ciuilē ⁊ politicā/quietā scz ⁊ pacificā
cohabitationē: in signū cui⁹ reges ⁊ ṗncipes ad genua
sacerdotū ꝓuoluti: exosculata eor̄ dextra ōrōnib⁹ eor̄ se
cōmittunt ⁊ credūt cōmuniri: vn̄ ⁊ ipsi sacerdotes ꝓ eis/
dem in diuino sunt reddituri examie rōnē.dist.xcvj. Duo
sunt. Hinc q: sacerdotiū p̄est spūalibus/maius lumē di/
ctū est. Sicq; aīa plus est q̄ esca: ⁊ corp⁹ pl⁹ q̄ vestimētū:
ita ptās spūalis plus est q̄ secularis: ⁊ ideo recto ordine
post ōrōnē ꝓ papa orat sacerdos ꝓ rege: hoc est ꝓ cōsti
tuto in suprema dignitate laicali. Neq; refert in ꝓposito
vtrū impator sit an nō: q: sp dignissim⁹ est statu in ordine
laicor̄ iter ṗncipes ⁊ seculariū ptātes. ¶ Verū hāc clau
sulā nōnulli referūt ad regē hūc/in cui⁹ regno sacerdos

celebrat: vel etiā ṗncipem secularē supremū terre in qua
celebrat. Sicut illud qđ sequit̄: ꝓ antistite nostro: refert̄
ad epm istius diocesis in q missā dicit sacerdos. Ad orā
dum aūt ꝓ ṗncipe hortat̄ apl's dicēs.j.ad Timo.ij. Ob/
secro p̄mū oim fieri obsecratiōes/ōrōnes/ postulatio/
nes/gratiarū actiones ꝓ oībus hoībus: ꝓ regibus ⁊ oi
bus q̇ in sublimitate cōstituti sunt. vt quietā vitā ⁊ tranq̇l
lam agamus cū omni pietate ⁊ castitate. A ṗncipe siqui/
dem fluit in nos rectitudo iusticie et pacis/ quoad regi
men ⁊ gubernationē bonor̄ exteriorū/⁊ defensionē a
ꝑuersis ⁊ ꝑtinacibus/quos ferire hz gladio sibi cōmisso.
Vn̄ ⁊ ꝓpheta Baruch legit̄ ad orandū ꝓ rege q̄sdā ex/
hortatus fuisse/dicēs. Orate ꝓ vita nabuchodonosor re
gis babylonis: ⁊ ꝓ vita balthasar filij ei⁹: vt sint dies eo
rū/sicut dies celi sup terrā. ¶ S Sequit̄ in textu. Pro
antistite nostro. N. Antistes dr̄ quasi ante alios stans. Et
dr̄ antistes ſm lanuēsem q̇libet sacerdos: q̄m cuiuslibet
talis est stare añ ppl'm ꝑ ōrōnē ad deū/⁊ oblationē sacri
ficij/ꝓ pctō ⁊ salute ppl'i impetrāda. Vn̄ ⁊ de sacerdoti/
bus vete.testa. scribit̄/ꝙ plorabāt iter vestibulū ⁊ altar/
re/dicētes. Parce dn̄e parce ppl'o tuo. Iohel.ij. Accipit̄
aūt nūc antistes cōiter: cui⁹ maxime est salutē ppl'i ꝓcu/
rare ꝑ ōrōnes/p̄dicationes ⁊ vite imitabilis rectitudinē
Vn̄ ⁊ xp̄s gregē suū spāliter ep̄is cōmendauit: vt in acti
bus paulus ait. Attēdite vobis ⁊ vniuerso gregi: in quo
vos spūsctūs posuit ep̄os regere ecclīam dei. Hinc apl's
scribit.j.ad Tim.iij. Opz epm irrep̄hensibilē ēē vni⁹ vxo
ris virū/sobriū/ornatū/prudentē/pudicū/hospitalē do
ctorem ⁊c. Amb. q̄ in suo pastorali. Magna sublimitas
magnā hr̄e dz cautelā. Grādis honor grādi dz solicitudi
ne circūuallari. Cui plus credit̄:plus ab eo exigit̄. Ita ⁊
aaron summus sacerdos instāter ꝓ ppl'o interpellabat.
Vn̄ legit̄ Nūe.xvj. Cū ignis egressus a dn̄o multa hoim
milia cōsumpsisset: moyses mādauit aaron/vt cito ꝑgens
ad ppl'm rogaret ꝓ eis: vn̄ aaron stās inter viuos ⁊ mor
tuos/ꝓ ppl'o depcatus est: ⁊ cessauit plaga. ¶ T De/
bent aūt orare sacerdotes ꝓ antistite suo.i suo pōtifice:
ſm Innocē. illi q̇ nō sunt in romana diocesi: quaten⁹ vni
tatē spūs in vinculo pacis obseruēt: q̄m ſm Alb. ꝑ ipm a
papa p̄mo capite ⁊ supmo dona grārū in nos descēdunt
sicut vnguētū p̄mo descēdit a capite in barbā q̄ capiti ad
heret: a barba stillat in supiora: a supioribus in media: ⁊
fluit vsq; ad orā ⁊ fimbriā vestimenti. Illi autē q̇ sunt de
romana diocesi: nō orāt ꝓ alio antistite/q̄ ꝓ summo pon
tifice: q: ille cū h̄ ꝙ est ep̄s vl'is: est etiā ipsor̄ ep̄s ꝑticula
ris. Non eñ aliū hz epm romana diocesis/q̄ summū et
vl'em: ꝓpter qđ nōnulli dicūt ꝙ romana ecclīa sup alias
ecclīas tenet ṗncipatū: q: scz ep̄s roman⁹ est ep̄s vl'is et
caput: ſm superi⁹ dicta totius ecclīe militāris. Quapro/
pter ⁊ ipsa caput est ⁊ magistra aliarū ecclesiarū/eo lo/
quēdi mō q̄ metropolitana ecclīa dr̄ caput oim ecclīarū
suffraganearū: q: scz eius ep̄s est caput ⁊ supior: quia ar
chiep̄s earū. In cui⁹ signū aiūt ꝙ ecclīa antiochena/in q̄
petr⁹ (vt historie referūt) septē ānos sedit: sed p⁹sq̄ ro/
mā adijt: p̄matum tenuit sup alias ecclīas. Postq̄ vo pe
trus sedē suā romā trāstulit: romana ecclīa facta est p̄ma
⁊ caput aliarū. De quo hr̄.xxiiij.q.j. Rogam⁹. De hac ma
teria diffuse tractat venerabilis inceptor Guil. ockam in
suo dialo.pte.j.li.v.ꝑ multa capitula/tāgēs diuersas opi
niones cū motiuis suis. Debet autē sacerdos offerēs ꝓ
ecclīa scā catholica vna cū papa nr̄o ⁊ antistite exp̄mere
ep̄i nomē: sicut supra dictū est de papa: vt artetior/certi/
or ⁊ ꝑticularior sit applicatio hui⁹ sacrificij ad ꝑsonas il/
las: q̄ in sublimitate sunt cōstitute: q̄ curā nostri gerunt ⁊
solicitudinē: ac ꝓ nobis redditure sunt rōnē. Sequitur.

¶ Lectio.xxiiij. A

Te oibus orthodo/
xis. ¶ Postq̄ vtrāq; potestatē/ecclīasticā
scz ⁊ secularem ōrōne sua dn̄o cōmendauit:

oꝛat sacerdos ꝑ cunctis fidelibus oꝛthodoxis: qui sub
vtraqꝫ pṫāte fidem catholicā tenent/venerātur ꝛ colūt.
Dicuntur aūt oꝛthodoxi.i.recte gloꝛiosi: vnde oꝛthodo-
xus ab oꝛthos grece/qḋ est rectum latine: ꝛ doxa gloꝛia
quasi vir recte gloꝛie. Uel ſm Papiā: Doxos.i.doctrina
vel regula: vnde oꝛthodoxus quasi rectā regulā seu do-
ctrinā credendo ꝛ viuēdo tenens. Oꝛat ḡ p̄ꝛo oībus oꝛ-
thodoxis.i.oībus fidelibus xp̄ianis/ꝛ recte xp̄i fidē ac
doctrinā tenētibus. Hi enī tm̄ recte poterūt gloꝛiari/q̄-
bus ꝯscientie testimoniū cōsonat de fide non ficta. Nam
paulo attestāte.ij.Coꝛ.j. Gloꝛia nostra hec est/testimo-
niū cōscientie nostre/ꝗ in simplicitate coꝛdis ꝛ sinceri-
tate dei/nō in sapia carnali: sed in grā dei cōuersati sumus
Excludūtur ergo a fructu hui⁹ sacrificij ifideles/heretī-
ci ꝛ scismatici: ꝑ his nō oꝛat sacerdos dicēs. Et oībus oꝛ-
thodoxis. Tales nāqꝫ q: recta fide ꝛ vnione carēt: neqꝫ
chꝛisto capiti: neqꝫ ceteris ecclesie cōnectuntur mēbꝛis.
Siquidē fides vinculū est vniens mēbꝛa capiti: sicut pa-
tuit in descriptione ecclie supꝛa posita. Ecclesia est coꝛp⁹
mysticū fide xp̄i animatū. Sunt enī nō viuentes mystice
ꝛ spūaliter quicūqꝫ fide carent. Qm̄ iustus ex fide viuit
Abachuc.ij. ꝛ Roma.j. ꝛ ꝑ ꝯsequēs nutrimēti spūalis in-
fluxus/scʒ vite sensus ꝛ motus ad vitaliter operandum
a capite xp̄o nullatenus sunt capaces. Sunt enī a coꝛpo-
re chꝛisti rupto vnionis vinculo p̄cisi: ꝛ ideo sicut ram⁹
p̄cisus a radice: ita a coꝛpoꝛe xp̄i/qḋ est ecclia: diimēbꝛati
nutriri ꝛ refici nō possunt operatiōe hui⁹ viuifici sacri: si
quidē vitam nutriendi nutritio p̄supponit. Recte igitur
oībus oꝛthodoxis oꝛationē sacerdos applicat: q: eius sa-
crificij memoꝛiā agit: qḋ xp̄s summ⁹ sacerdos p̄ꝛo oībus
ecclie sue mēbꝛis/sub diuo oꝛbis medio ꝯsummauit: ſm
illud ꝓphete.ps.lxxiij. Operat⁹ est salutē in medio ter-
re. ꝛ ad Eph.j. Instaurare oīa ꝑ sanguinē eius/scʒ xp̄i/q̄
in celis ꝛ q̄ in terra. Debitum itaqꝫ est vt sacerdos chꝛisti
typū gerens offerat sacrificiū ꝑ oībus oꝛthodoxis: p̄ꝛo
q̄bus idip̄m obtulit xp̄s in ara crucis: nullūqꝫ excludat
oꝛthodoxoꝝ tenax minister liberalis dn̄i/q̄ sacrificiū fru-
ctuʒ voluit esse copiosum: ſm illud ps̄. Copiosa apud eū
redēptio. Neqꝫ cōgruit vt ibi dispensatoꝛ sit parcus: vbi
liberalissim⁹ est dn̄s: ideo p̄ꝛo oꝛthodoxis omnibus sine
exclusione oꝛat: vt in suo ministerio fidelis inueniatur.
℄ B Atqꝫ catholice ꝛ apostolice fidei cultoꝛib⁹. Ta-
les enī sunt recte gloꝛiosi: q̄ deū recte fidei ꝯfessione glo-
rificant: ꝛ ſm catholice ꝛ apostolice fidei regulam vere
colūt: ad quos apl̄s ad Gal. scribēs ait ca.vlti. Et q̄cūqꝫ
hanc regulā/scʒ fidei iesu xp̄i/secuti fuerint: pax super il-
los ꝛ misericoꝛdia. ℄ Sed dicē. Supflue videt̄ additū:
catholice ꝛ apl̄ice fidei cultoꝛibus: q: sufficiēter includi-
tur in verbo: oībus oꝛthodoxis. Rn̄detur ꝙ nō supfluit
q: fidei cultus ꝑ hoc additū expꝛessius declarat̄: in eo ꝙ
ꝯditiōes fidei quo vere de⁹ colitur manifestius exprimū-
tur. Est enī fides ista catholica: est ꝛ apl̄ica. Catholica/
q: eius p̄ncipia nō particulariter: sed vniuersaliter toti
mūdo sunt tradita: nō sicut lex vetus/q̄ dūtaxat vni po-
pulo israelitico: semini scʒ abꝛae/data ceteros non obli-
gabat: naʒ abꝛae dicte sunt ꝓmissiones salutis et semini
eius. ad Gal.iij. Ideo p̄cipue a semine abꝛae de quo na-
sciturus erat xp̄s: deus fuerat colēdus. Qui postq̄ ꝑ car-
nis assumptionē venit: legē tulit vniuersalē vniuerso mū-
do necessariā. Cui⁹ ꝓmulgationē iniūxit apl̄is dicēs. Eū-
tes in mundū vniuersum: p̄dicate euāgeliū oī creature.
Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit: salu⁹ erit. Mar.vlt.
Ubi astruit necessitatē baptismi gn̄aliter quoad oēs tri-
bus/nationes ꝛ gentes. Per hui⁹ nāqꝫ susceptionē ascri-
bit̄ suscipiēs familie xp̄i: cui soli patet introitus regni ce-
lestis. dicēte saluatoꝛe Iohā.iij. Nemo ascēdit in celū nisi
q̄ descēdit de celo/filius hoīs q̄ est in celo. Chꝛistus.s.to-
tus cū coꝛpe suo ꝛ mēbꝛis. Hinc dn̄s ad nicodemū. Nisi
q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ꝛ spūsctō non pōt introire in re-
gnū dei. Ibidē. Est ḡ fides catholica.i.vlīs/q̄ nullum re-

spuit se suscipe volentē. Solaqꝫ est q̄ suos ꝓfessoꝛes ad
regnū/ꝛ eternā btitudinē prouehit ꝛ ꝑducit. ℄ C Est
etiā fides apl̄ica: hoc est ꝑ apl̄os toti mūdo ꝯcoꝛditer ꝓ-
mulgata. Uel apl̄ica.i.in apl̄is tanq̄ firmis radicib⁹ fun-
data. Apl̄i nāqꝫ accepta ꝓmulgāde fidei cōmissione/an-
teq̄ in oēm terrā se segregarēt ad p̄dicandū fidē in fines
oꝛbis terre: cōuenerūt in hierlm: ꝛ fidei articulos quos
p̄dicaturi erāt: simul ꝯtulerūt: fideiqꝫ symbolū ediderūt
vt vnifoꝛmis esset eoꝝ doctrina: nec iter eos foꝛēt scisma-
ta: ꝑ quos tot⁹ fideliū cetus in vnitatē fidei fuerat colli-
gendus. vn̄ apl̄s.j.Coꝛ.j. Obsecro vos frēs ꝑ nomē dn̄i
nostri iesu xp̄i: vt idip̄m dicatis oēs: ꝛ nō sint i vobis scis-
mata. Quib⁹ vt idē paulus apl̄s ꝯcoꝛditer euāgelizaret/
ad apl̄os ascēdit/ꝯferens cū eis doctrinaliter: vt dicit ad
Gal.ij. Ascēdi hierosolymā cū barnaba/assumpto ꝛ tito
ꝛ ꝯtuli cū illis euāgeliū qḋ p̄dico in gentib⁹. seoꝛsuʒ aūt
his q̄ videbant̄ aliq̄d esse: ne foꝛte in vacuū currerē aut
cucurrissem. Est etiā fides in apl̄is/tanq̄ radicib⁹ firmis
firmata: nā apl̄i fidē fundauerūt sup ꝓmū fundamentū
scʒ xp̄m. ad Eph.ij. Supedificati sup fundamentū apl̄o-
rū ꝛ ꝓphetarum/ipso summo lapide angulari iesu xp̄o:
vn̄ et ipsi apl̄i fundamēta fidei ꝛ ecclie dicunt̄. ps.lxxxvj
Fundamēta ei⁹ in mōtibus scīs. De quo etiā Pelagius
papa.xxiiij.q.j. Pudenda. Una est ecclia cui in canticis
canticoꝛuʒ dicit̄. Una est colūba mea: quā nullā aliā esse
cōstat nisi q̄ in apl̄ica est radice fundata: a quibus ipsam
fidem vniuerso oꝛbe p̄ꝛopagatā esse nemo pōt dubitare.
Et subdit. Quod vt vobis: licet notissimum sit omnino:
beati Aug. testimonio cōpꝛobem⁹: audite quid in quodā
opere suo p̄claríssimus doctoꝛ dicat ecclesie: ait enī. Si
nullo mō recte pōt dici ecclia in qua scisma est: restat vt
qm̄ nulla ecclia esse nō pōt: ea sola sit/que in apostolice
sedis per successiones episcopoꝛū radice cōstituta/nulla
malicia hominū valet extingui. Ex quib⁹ patet ecclie fi-
dem in apostolica radice fundatā esse: qḋ Nicola⁹ papa
in.c. Fūdamēta. de electōe. lib.vj. clari⁹ dicit. ait enī. Fun-
damēta ecclie militātis in montib⁹ sanctis ꝓpheta reme-
moꝛās: per mōtes apl̄os ꝛ p̄dicatoꝛes pariter insinuat:
q̄bus tota hui⁹ sacrificij fabꝛica innitit̄: q̄ vt firme bases
ecclie sup xp̄o solidant̄. Supfluū videt̄ allegare ad hoc
plurima: cū Apoca.xxi. clare scribit̄. Murus ciuitat̄ ha-
bens fundamēta duodecim: ꝛ in ipsis duodecim noīa
duodecim apl̄oꝝ ꝛ agni. Ciuitas illa aut est ecclia mili-
tans (ꝛ habet̄ ꝓpositū) aut triūphans: ꝛ si illi⁹ ciuitatis
celestis/apl̄i sunt duodecim fundamēta: vbi nec p̄ꝛedica-
rūt: nec ꝑ xp̄o sanguinē fuderūt: quāto magis erūt fun-
damēta ecclie militātis/quā doctrinarū imbꝛib⁹ rigarūt j.coꝛ.iij.
ꝛ p̄cioso martyrio cōsecrarūt. ℄ D Sed cū dicit apl̄s.
Fundamētū aliud nemo ponere pōt p̄ter id qḋ positum
est qḋ est xp̄s iesus: quō apl̄i dici pn̄t fūdamēta. Sʒ ad h̄
facile d̄r ꝑ distinctionē fundamēti. Est enī fundamentuʒ
p̄mū ꝛ p̄ncipale/sine quo nulla fundari pōt ecclia: ꝛ il-
lud est xp̄s. ipso dicēte Iohā.xv. Sine me nihil potestis
facere. sine me scʒ p̄mo ꝛ p̄ncipali fundamēto. Aliud est
fundamētū min⁹ p̄ncipale/siue secūdariū: sine quo pos-
set q̄dem fundari ecclia: lʒ de facto sine eo fundata non
sit: ꝛ tale fundamētū sunt apl̄i: ꝛ iter eos p̄ncipalr⁹ petr⁹
vn̄ ꝛ petrus frequēter fundamētū d̄r. Un̄ Augu. in epl̄a
seu libꝛo ꝯtra epl̄am donati loquēs de petro dicit. Cū in
illo tanq̄ in petro fundata sit ecclia. Et in sermone de ca-
thedra petri. Petrū itaqꝫ fūdamētū ecclie noīauit: haud
dubiū qn xp̄s/dicēs. Tu es petrus/ꝛ sup hāc pe. edi ec.
meā. Sequit̄. Ideo digne hoc fundamētum ecclia colit:
sup qḋ ecclīastici edificij altitudo ꝯsurgit. Et post pauca
Dignū est vt fundamētū h̄ in ecclia honoꝛet̄: ꝑ qḋ celuʒ
ascēdit̄. vbi Aug. petrū fundamentū noīat. ℄ De p̄ꝛimo
fūdamēto loq̄t apl̄s. Fūdamētū aliud nemo ponere ꝛc.
ꝛ.j.Coꝛ.x. Petra inq̄t erat xp̄us. Hec petra sup quā fun-
danda erat ecclia: cū dn̄s dixerat. Tu es petr⁹ ꝛ sup hāc
pe. edi. ec. meā. q̄ exponēs btūs Aug. in de verbis dn̄i di-

cit. Dñs noster iesus xp̄s dixit petro. Tu es pe. ⁊ sup hāc
pe. edi. ec. meā. sup hāc petrā quā ɔfessus es: sup hanc pe
trā quā cognouisti/dicēs. Tu es xp̄s filius dei viui: edifi
cabo ecclia3 meā. Sup me edificabo te: nō me sup te. Nā
volentes hoīes edificare sup homines dicebāt. Ego sum
pauli: ego sum apollo: ego vo cephe: ⁊ alij nolētes edifi
care sup petrū: sed supra petrā dicebāt. Ego sum iesu xp̄i
Hec Aug. Hūc errorē circa ecclesie fundamentū videns
apls reprobat. i. Cor. i. subiūgens ad p̄missa verba. Ego
sum pauli: ego vo cephe: ego aūt xp̄i. Diuisus ē est xp̄us
Nunqd paulus crucifixus est p vobis. Aut in noīe pau
li baptizati estis. q̄si diceret. Non. Igit neq3 petr⁹: neq3
paulus: neq3 aliqs alius citra xp̄m est aliqd ī eccl̄ie fun
damentū. Eapropter subseqnēter in eadem epl̄a ca. iij. di
cit. Quid igit apollo: qd paulus. Ministri eius sunt cui
credidisti: ⁊ vnicuiq3 sicut dñs dedit supple debet mini
strare. Ego inquit plantaui sc3 p p̄dicationē: apollo riga
uit p baptizationē: sed deus incrementu3 dedit p fidei ⁊
charitatis infusionem. Itaq3 neq3 q̇ plantat est aliqd: vt
paulus: neq3 q̇ rigat est aliqd/vt apollo: supra qđ s. fun
dari posset ecclesia: sed q̇ incrementū dat de⁹: ipse sc3 est
ecclesie p̄ncipale fundamentū. Et subdit. Ut sapiens ar
chitectus fundamentū posui/scil3 xp̄m: de quo dixi q nē
mo aliud pōt ponere. Et iterū petra erat xp̄s. Unusqsq3
aūt videat quō supedificet. Et intantū pensauit apl̄us h
eccl̄ie fundamentū: q nihil ausus erat loq: nisi qđ sup il
lud fundamentū fuisset fundatū. vñ apl̄s ad Roma. xv.
Non eñ audeo aliqd loq eo⁊ q̇ p me non efficit xp̄s. Et
post pauca. Sic aūt p̄d. caui euāgeliū hoc: nō vbi noia
tus est xp̄s/a pseudo sc3 pphetis vel apl̄is: ne sup alienū
fundamentū edificarē. Non p̄dicauit apl̄us in locis/vbi
p̄us annūciatus est xp̄s per pseudo apl̄os: ne sup errore
ab eis seminato: q̇ difficulter eradicat: quasi sup alieno
fundamēto edificaret: ⁊ iō p̄uenit eos/⁊ his p̄dicauit q̇
bus p̄us nihil annūciatū erat de xp̄o: vt in talib⁹ solidū
poneret fidei fundamentū. ¶ E Ex qbus patet q non
petrus: sed petra in euāgelio xp̄i designat: cū dixit xp̄s.
Sup hāc pe. edi. ec. meā. Et hic apte dicit quedā glo. ibi
dē expones. Sup hāc petrā. i. sup hūc xp̄m in quē credis
quē vnicū voluit esse de⁹ sue eccl̄ie fundamentū: apl̄o⁊
vero neminē. vñ addit. Tu es petrus a me petra: vt mihi
fundamēti retineā dignitatē. Ad idem Aug. sup Johan.
Eccl̄ia in hoc seculo diuersis tentationib⁹ velut imbrib⁹
fluminib⁹ ⁊ tēpestatibus quatitur: sed non cadit: q: fun
data est supra firmā petrā: vñ petrus nomē accepit. Non
eñ a petro petra: sed a petra petr⁹: sic nec xp̄s a xp̄iano:
sed xp̄ianus a xp̄o vocat: iō quippe ait dñs. Sup hāc pe.
edi. ec. meā: q: dixerat petr⁹. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui: sup
hāc petrā quā ɔfessus es edi ec. meā. Petra aūt erat xp̄s
Idē in li. retrac. ait. Dixi in quodā loco de apl̄o petro/q
in illo tanq̄ in petra edificata sit eccl̄ia. Sed scio me sic
postea sepius exposuisse qđ a dño dictū est. Tu es petr⁹:
⁊ sup hāc pe. edi. ec. meā: vt sup hūc intelligeret quē con
fessus est petrus di. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Et post pau
ca. Nō eñ dictū est illi: tu es petra: sed tu es petrus. Pe
tra aūt erat xp̄s: quē ɔfessus est simon. Hec petra xp̄s est
i. Pe. ij. lapis ille viuus ⁊ angularis: de quo petr⁹ dixit. Ad quē
accedētes lapidē viuū ab hoīb⁹ qdem reprobatū: a deo
aūt electū ⁊ honorificatū: ⁊ ipsi tanq̄ lapides viui super
edificamini domos sp̄uales: in sacerdotiū sanctū offerē
tes sp̄uales hostias acceptabiles deo per iesum xp̄m. Et
subdit. Propter qđ ɔtinet scriptura. Ecce ponā in sion.
Glo. i. ecclesiam p sion figuratā: lapidē angularē/summū
p̄batum/electū/p̄ciosum: ⁊ q̇ crediderit in eum nō ɔfun
det. Idē habet ad Ro. ix. Per q̇ verba ambo illi roma
ni apl̄i petrus ⁊ paulus p̄bant xp̄m ex scriptura lapidē3
esse ⁊ petrā fundamētalē: de quo ⁊ apl̄us alio loco dicit.
Eph. ij. Iam nō estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sancto⁊
⁊ domestici dei: supedificati sup fundamentū apl̄o⁊ ⁊ p
phetarum ipso summo lapide angulari iesu xp̄o: in quo
oīs edificatio crescit in templū sanctū in dño. Sup quo
dicit Remigius. Fundamentū apl̄o⁊ ⁊ pphetarū oīmq3
xp̄s est: qui in fide illius stabiliti ⁊ fundati. ⁊ infra. Oīs
eñ qui fidē xp̄i habet: sup ip̄m fundatus est ipso summo
lapide angulari xp̄o. Et ɔcludit quod facit p intellectu
oīm que dicta sunt: qm̄ xp̄s est fundamentū ⁊ lapis an
gularis summ⁹: quia ab ipso incipit fides: ⁊ in ipso/⁊ ab
ipso pficitur atq3 cōpletur: iō oēs electi in ipso sunt fun
dati/cōiuncti ⁊ adunati: ⁊ pp̄ter hoc ipse est lapis: de q̇
dicit pp̄heta. Quē reprobauerūt edificātes q̇ factus est
in caput anguli: q̇ facit vtraq3 vnū: ⁊ ɔclusit iudeos ⁊ gē
tiles in vnā ecclesiā tanq̄ duos parietes: sicut lapis ille
in tēplo salomonis ab edificantib⁹ reiectus: q̇ postea se
dit in summitate edificij: in angulo duos parietes cōiun
gens: per quē xp̄s est figuratus. ¶ F Ex qbus conclu
ditur/q xp̄s est fundamentū p̄ncipale ⁊ radicale et pri
mū: sup qđ fundata est ecclesia: q: ab eo fides incipit: in
eo stabilitur. Et p̄ter ip̄m nulla firmitas: stabilitas nul
la: nulla soliditas inueniri pōt: q̇ sp̄uale posset edificium
supportare: q: nō est datum aliud nomen hoībus in quo
op3 saluos fieri: q̄ nomen xp̄i. ¶ Apostoli vo sunt fun Act. iiij.
damenta fidei ⁊ ecclesie secūdaria ⁊ min⁹ p̄ncipalia: fun
dati in fundamento primo: quoniā ipsi fidē p operosam
p̄dicationē dilatauerunt: cōfitentes xp̄m coram regibus
⁊ p̄ncipibus ⁊ oī pp̄lo: minas iudicū: terroresq3 tyrāno
rū vsq3 ad sanguinis pp̄rij effusionē magna ɔstantia cō
tēnentes. Unde dixit petrus minantibus iudeis ⁊ p̄hi
bentibus apl̄is ne oīno loquerent: aut docerent in noīe
iesu. Si iustū est in ɔspectu dei vos potius audire q̄ deū:
iudicate. Non eñ possum⁹ que vidimus ⁊ audiuim⁹ nō
loqui Actuū. iiij. Et paulus multomagis cōualescebat ⁊
cōfundebat iudeos/affirmans qm̄ hic est xp̄s. Act. ix. Et
oēs apostoli vnanimiter leuauerūt voces suas ad deum
orantes. Dñe respice in minas eos: ⁊ da seruis tuis cum
oī fiducia loqui verbum tuū in eo q manū tuā extendas
ad sanitates ⁊ signa ⁊ p̄digia fieri p nomē sancti filij tui
iesu. Et sequit. Et repleti sunt oēs sp̄ūsctō: ⁊ loquebant
verbū dei cu3 fiducia. Et virtute magna reddebant apl̄i
testimoniū resurrectionis dñi nostri iesu xp̄i: ⁊ grā ma
gna erat in oībus illis. Act. iiij Et quidē ibant gaudētes
a ɔspectu ɔcilij: quoniā digni habiti sunt p noīe xp̄i con
tumeliā pati. Act. v. ¶ G Quia ergo ad ipso⁊ p̄dica
tionē augebat credentiū in dño viro⁊ ⁊ mulierū multi
tudo: ita vt in plateis eijcerent infirmos: ⁊ ponerent in
lectulis ac grabatis: vt veniente petro/salte3 vmbra illius
obūbraret quēpiam illo⁊: ⁊ sanarētur ab infirmitatibus
suis. Act. v. Ipsi dicūtur fundamēta ecclesie secundaria:
q: fidem xp̄i in cordibus multo⁊ plantauerūt que est ve
rum sp̄ualis edificij fundamentum. ad Heb. xi. Fides est
substantia rerū sperandarū. Substātia. i. fundamentū/⁊
causa oīm bono⁊ sperando⁊: faciens ea subsistere in no
bis. vt dicit glosa. ⁊ in ca. Gloriosus. de reli. ⁊ vene. san
cto⁊. lib. vi. dicit de apl̄is. Gloriosissimos christiane fi
dei principes: athletas dei electos: iustos seculi iudices:
vera mūdi lumina: xp̄i redemptoris apl̄os numero duo
denario cōtentos: q̇ viuētes in carne p̄dicatam ecclesiam
suo sanguine plātauerūt: ipsam erigēdo sublimiter: ⁊ di
sciplinis sctissimis dirigēdo. Sūt ē apl̄i fūdamēta eccl̄ie
fūdātes ecclesiā nō sup se: s3 supra xp̄3 p̄mū verū ⁊ vnicū
p̄ncipale fundamentū: nō eñ ad se: sed ad xp̄m vocabāt
populū. Sunt fundamenta fundata sup xp̄m/⁊ fundan
tia sup xp̄m. Christus vo fundamentū fundās nō funda
tū: ⁊ ideo fundamentū fundamēto⁊. Et hoc est qđ dicit
btūs Aug. sup p̄s. lxxxvi. Quēadmodū aperte dr/christ⁹
est sctūs sancto⁊: ita figurate dr fundamentū fundamen
to⁊. Si ergo sacra cogitas: xp̄us est sctūs sctō⁊: si gregem
subdi cogitas: xp̄s est pastor pasto⁊: si fabricam cogitas
xp̄s est fundamentū fundamento⁊: q: ergo apl̄is nō cō
uenit ratio fundamenti p̄ncipaliter ⁊ p̄marie: ideo quā
doq3 ab eis negatur/q sint ecclesie fundamēta s̄m mo

dum scripture: qui sepe ea negat ab eis: q̃ nõ p̃ncipaliter
Lu.xviij cõueniũt illis: lꝫ cõueniant secũdario: sic em̃ Nemo bo-
nus/nisi solus de⁹. Et de baptista dñi d᷑: Johã.j. Nõ erat
ille lux. Et tñ de ap̃lis/q̃bus minor nõ erat iohãnes: d᷑.
Uos estis lux mũdi. Mat.v. Et rursum de iohãne. Ille
erat lucerna ardens ꝛ lucens. Johã.v. ¶ D Itaq; scri-
pture que sonãt ꝙ solus xp̃s fundamentũ sit: ꝛ ꝙ sibi so-
li fundamẽti dignitatem retinuit: intelligi debent princi-
paliter: cũ quo stat ꝙ ap̃li sint fundamenta secũdaria: si-
cut in fundamento corporalis edificij petra ponit̃ supra
petram: vna tñ est oĩm fundamentũ oĩa supportans: ita
ap̃li sunt fundamẽta sup xp̃m oĩa supportantẽ fundata:
ꝛ inter ap̃los petrus ꝓpter fidei sue soliditatem ꝛ cõstan
tiam quãdoq; petra d᷑: ꝛ pre ceteris ap̃lis ecclesie funda
mentũ: vnde Beatus Ambro in home lib.j. nomen pe-
trus sibi attribuens ait. Fidelior fact⁹ est petrus postq̃
fidem ꝑdidisse defleuit: atq; ideo maiorẽ gratiã reppererit
q̃ amisit: tanq̃ em̃ bonus pastor tuendũ gregem accepit
vt qui sibi ante infirmus fuerat: fieret firmamentũ oĩb⁹
ꝛ q̃ se interrogationis tentatione mutauerat: ceteros fi-
dei stabilitate fundaret. Deniq; ꝓpter soliditatem deuo
tionis ecclesiarũ petra d᷑: sicut ait dñs. Tu es petrus: et
sup hanc petram edificabo ecclesiã meã. Et subdit Am-
bro. Petra dicit̃ eo ꝙ primus in nationibus fundamẽta
posuerit: ꝛ tanq̃ saxum imobile/scꝫ a finali constantia/
totius corporis christianitatis cõpagem molẽq; ꝯtineat
vt habet̃ dist l. Fidelior. Hinc ꝛ sepe in cõsueto sermone
nauicula petri ecclesia d᷑: et fides ecclesie fides petri: h̃
est fides quã petrus p̃dicauit ꝛ docuit. Et ꝓpter eandẽ
rationẽ dicit̃ fides apostolica: q: per apostolos ꝑ iussio-
nem xp̃i ꝓmulgata: qui huius fidei autor est magister et
inspirator. Pro oĩbus hui⁹ fidei ꝓfessorib⁹ orans ꝛ sacri
ficãs sacerdos dicit. Et oĩb⁹ orthodoxis catholice ꝛ apo
stolice fidei cultorib⁹. ¶ Lectio.xxv. A

Memento domine fa

mulorum famularũq; tuarũ. N. ꝛ N. ¶ Hec
est quarta pars secũde partis p̃ncipalis: in
qua postq̃ sacerdos orauit pro oĩbus re-
cte credentibus fraternaliter: in hac particula orat pro q̃
busdam spãlibus singulariter. Et diuidit̃ in tres partes
ſm Alber. in quarũ p̃ma tangit̃ ꝓ quibus ꝛ qualib⁹ ora
tur. In secũda q̃d pro eis a deo desideratur/ibi. Pro spe
salutis. In tertia q̃d ad exaudiẽdũ allegatur/ibi. Tibiq;.
¶ Circa primũ dicit: Memẽto dñe. Circa q̃d verbũ sta-
tim oritur questio. Cum nihil ignoret dei sapia: nec alicu
ius valet obliuisci: q̃d est ꝙ postulat sacerdos vt quorũ-
dam memoretur. ¶ Ad q̃d respõdetur/ꝙ sacerdos hec
dicens nequaq̃ intendit vt deum ad oblitorum rememora
tionẽ excitet/sicut nec petit ꝛ orat vt q̃ necessaria nobis
sunt: deũ instruat/aut quẽadmodum nobis misereatur:
doceat ꝛ inclinet. Non enim obliuisci põt deus sicut nec
ignorare: nos quidẽ multorum q̃ nouim⁹ obliuiscimur: ad
q̃ iterũ cognoscenda ꝑ species vel habitus post actualẽ
cognitionẽ derelictas vel derelictos: nũc locutione/nũc
visione: nũc alicuius similis occurrentis cõsideratione:
nũc doctrinarũ collatione aliisq; modis q̃plurimis exci
tatas vel excitatos in recordationẽ reducimur oblitorum.
Non sic omnisciens ꝛ a fine ad finẽ attingens dei sapia.
Cuius oculis nuda sunt oĩa ꝛ aperta. Heb.iiij. In q̃ non
est cognitiuorum actuũ vicissitudo: qm̃ apud eũ nec est trãs
mutatio nec vicissitudinis obũbratio. Jaco.j. Ego inquit
sum deus ꝛ nõ mutor. Malach.iij. Nã vnico intelligẽdi
actu immutabili ꝛ eterno q̃ est immẽsa eius essentia: cun
cta nouit: p̃sentia p̃terita ꝛ futura ꝛ possibilia: que oĩa ꝛ
singula sue notioni eternaliter sunt p̃sentia: vnde Boe.
v. de cõso. me. ij. Huic scꝫ deo ex alto cuncta tuenti nulla
terre moles resistũt. Nõ nox atris nubibus obstat/que
sint/q̃ fuerint veniãt: que nõ mentis cernit in ictu. quem
q: respicit oĩa solus: verũ possis dicere solẽ. Et ꝓpa vlti.

Est deo semꝑ eternus ac p̃sentarius status. Scia quoq;
eius omnẽ temporis supgressa motionem/in sue manet
simplicitate p̃sentie: infinitaq; p̃teriti ac futuri spacia cõ
plectens/oĩa quasi iam gerãtur in sua simplici cõsiderat
cognitione. Hec boe. Consonat illud salo. Prouerb.xv.
In oĩ loco oculi dñi contẽplantur bonos ꝛ malos. Et se
quitur. Infernus ꝛ ꝑditio coram dño: quãto magis cor
da filiorum hoim. Hiere xxiij. E vicino ego suꝫ dicit dñs: nõ
delonge deus oĩa cognosco ¶ B Huc q̃ in nobis est
obliuio ꝑ passionẽ ꝛ cognitiõis mutationẽ: deo attribui
mus per effectũ ſm Alb. De⁹ dicit̃ scire quos approbat. 2.Tim.ij
Ap̃lus. Cognouit dñs q̃ sunt ei⁹. Et dicit̃ nescire quos
reprobat Mat.vij. Nũq̃ noui vos. Rursus dicit̃ obliui-
sci malorum cũ mal⁹ ad bonũ conuertit̃. vñ. Si impi⁹ egerit
penitẽtiã omniũ iniquitatũ ei⁹ nõ recordabor. Et dicit̃
obliuisci bonorum/cũ bon⁹ ad mala peruertit̃. vñ ibidẽ. Si Ezech.
iustus a sua iusticia se auerterit: omnes iusticias eius nõ xviij.
recordabor. De⁹ ergo q̃nq; recordat̃ ad miserãdum: ſm
illud Job vij. Memẽto mei de⁹: qr ventus est vita mea.
Q̃nq; recordat̃ ad puniendũ. vñ ps̃. Memor esto dñe
filiorum edom/ĩ die hierl̃z. Cũ ergo petit̃ vt aliquorum memi
nerit: petit̃ vt illorum misereat̃: ſm illud. Reminiscere mise
rationũ tuarũ dñe: et misericordiarũ tuarũ que a seculo
sunt. Et ꝙ eos gratia sua visitet qua mereant̃: aut ꝙ bo-
na eterna vel tẽporalia cõferat ꝓpter precedẽtia merita.
Sic orauit ezechias rex iuda: vt habet̃ Esa.xxxviij. Obse
cro domine: memẽto quõ ambulauerim corã te in verita
te ꝛ corde perfecto: ꝛ quod bonũ est in oculis tuis fece-
rim. Sic et orat propheta in ps̃. Memento nostri dñe in
bñplacito populi tui. Uisita nos in salutari tuo. De hoc
etiam beat⁹ Aug. lib.xj. confeß. suarũ in principio ita ait.
Nunquid dñe cũ tua sit eternitas: ignoras que dico tibi:
aut qui temp⁹ vides: que fiunt ĩ tẽpore. Cur ergo tibi tot
rerũ narratione digero. Nõ vtiq; vt ꝑ me noueris ea: sed
affectũ meũ excito in te: ꝛ eorum qui hoc legunt: vt dicam⁹
omnes Magn⁹ dñs ꝛ laudabilis nimis. Et sequit̃. Naꝫ
ꝛ oram⁹: et tñ veritas ait Nouit pater vester quid vobis
opus sit priusq̃ petatis a deo. Affectũ ergo nostrũ pate-
facimus in te cõfitẽdo miserias nostras et misericordias
tuas sup nos: liberes nos: vt desinam⁹ esse miseri in no-
bis: ꝛ beatificemur ĩ te. hec Aug. ¶ C Hoc itaq; modo
orat sacerdos/dicẽs. Memẽto scꝫ per gratie appositio-
nem/ꝛ peccatorum remissionẽ. Domine q̃ diues es in mise-
ricordia/et omnis gratie locuples possessor: cui ad saluã
dum cũ volueris subest posse. Sapien.xij. Tu es dñe qui
vite ꝛ mortis habes potestatẽ: et deducis vsq; ad portas
mortis ꝛ reducis. Eiusdẽ.xvj. Igit̃ memẽto Famulorum
famularũq; tuarũ. Famulorum preponit̃ propter sexus di
gnitatem: ꝓpter quã vir caput est mulieris: cui subiecta
esse debꝫ: ſm apostolũ.j. Cor.xj. ꝛ.j. ad Tim.ij. Dicit aũt
non viri et mulieris: sed famulorum famularũq; tuarũ/scꝫ
te recte colentiũ per catholicã fidẽ. Per quã se famulos
deo subiectos recognoscut: cũq; celi ꝛ terre dñm profitẽ
tur. Pro talib⁹ orans sacerdos/quod petit: facilius po-
terit impetrare. Unde cũ salomon sapietiã a sede magni
tudinis sibi mitti peteret: vt secũ esset: secũq; laboraret:
per quã ꝛ sciret quid acceptũ esset corã deo omni tẽpore:
statim post petitionẽ famulatus sui memorat̃/dicẽs. Da Sap.ix.
mihi dñe sediũ tuarũ assistricẽ sapientiã: et noli me repro
bare a pueris tuis: qm̃ seruus tu⁹ sum ego: ꝛ fili⁹ ancille
tue. i. ecclesie/que me genuit ꝑ verã fidẽ ad tua obsequia
Et propheta orans ꝓ anime sue salute/ꝛ sua ab inimicis
liberatione/sui famulatus meminit dicẽs. Educes de tri
bulatione animã meam: et in misericordia tua disperdes
omnes inimicos meos: ꝛ ꝑdes omnes qui tribulant an
mam meã: qm̃ ego seru⁹ tuus sum. Et iterũ. Ad te leuaui
oculos meos qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum
in ma domi. su. Et sicut oculi an. in mani. dñe sue: ita ocu-
li nostri ad dominũ nostrũ donec misereat̃ nostri. Nec
frustra fundit̃ oratio pro famulis dei ꝛ ministris: q: illis

nostrã pfectionem ad quã cõditi sum⁹ a dño. vt dicit Aug.
ad probã/ in de orando deũ. Cetera aũt oia q̃ petim⁹ nõ pe
timus nisi ẽm q̃ ad hanc ordinanẽ. Ita ꝛ saluator pri⁹ pe
tere docuit/ vt nobis adueniat regnũ suũ: q̃ vt panis quo
tidianus tribuaẽ. Vñ ꝛ Mat. vj. docet: Primũ querere re
gnuz dei ꝛ iusticiã ei⁹: ꝛ dehinc alia oia adijcient. Pro qui
bus obtinendis sacerdos addit. Et incolumitatis sue. id ẽ
cõmoditate corporis/ q̃ ad salutem ꝛ beatitudinẽ obtinen
dum ordinaẽ. Pro quo ꝛ orauit pph̃a cũ dixit: Cõserua me
dñe qm̃ speraui in te. Et iterum: Ne pijcias me in tpe senec
tutis/ in qua plures corporis aduersitates assolent adue
nire. Vñ sequiẽ. Cum defecerit virtus mea ne derelinquas
me. Ps̃. lxx. ¶ Exponiẽ aũt hec clausula ẽm dñm Albert.
scz pro spe salutis ꝛ incolumitatis: ita vt ambo hec salus ꝛ
incolumitas ad corpus referanẽ. Vñ cuz petit sacerdos p
spe salutis: petit pro debilib⁹ ꝛ infirmis. Cum pro spe inco
lumitatis: pro valentib⁹ ꝛ sanis. Sanitatem aũt petim⁹ in
firmis: vt fortiores sint in dei seruitio. Ad qd̃ ꝛ ipse per se
dñs multos in corpore infirmitate grauatos curasse legiẽ
ꝛ sanasse. vnde ꝛ ipse ingratos de sanitate recupata arguit:
Lu. xvij cũ ex decem leprosis mundatis/ vnus tantũ regressus ma
gna voce magnificans deũ pstratus in terrã gratias egit a
dño audiuit. Nõne decem mũdati sunt/ ꝛ nouem vbi sunt.
Non est inuentus qui rediret ꝛ daret gloriam deo/ nisi hic
alienigena. Istam sanitatẽ a dño cõcedi/ testaẽ pph̃a dicẽs
Benedic aia mea dño. Sequiẽ: Qui sanat oẽs infirmita
tes tuas: qui redimit de interitu vitã tuã. Incolumitas pe
titur pro sanis ꝛ valentib⁹: q: incolumitas est pfecte sanita
tis integritas: quã nisi deus sua misericordia cõseruet: ipa
stare non potest: tanq̃ sup fundamentũ debile fundata. Nã
in corpore ptinua est pugna calidi ꝛ frigidi/ humidi ꝛ sicci
leuis ꝛ grauis/ duri ꝛ mollis/ aliarũq; cõtrarietatũ que in
corpe sunt humano. vnde scribiẽ Sap. xvj. Nõ herba/ neq;
malagma sanauit eos: sed tuus dñe sermo qui sanat oĩa.
¶ Est etiã quedã spes salutis spes euadendi machinatio
nem inimicoꝝ: sicut in ps̃. dicit. Erue a fra. deus a. me. ꝛ de
ma. ca. vni. meã. Salua me ex ore leonis: ꝛ a cor. vnicor. hu
mi. meã. ꝛ Dan. xiij. Et saluatus est sanguis innoxius in il
la die. sanguis scz susanne de insidijs iniquoꝝ iudicum. Et
de his oibus dicit in ps̃. Dñs cõseruet eũ ꝛ vi. eũ: ꝛ beatuz
fa. eũ in ter. ꝛ nõ tradat eum in manib⁹ inimicoꝝ eius. Dñs
opem ferat illi super lec. doloris eius vniuer. stratũ ei⁹ ver.
in infir. eius. ¶ Pro hac salute liberationis a fraudibus
inimicoꝝ/ similiter offert ꝛ orat sacerdos dicens. Pro spe
salutis ꝛ incolumitatis sue. ¶ L Sequitur: Tibiq; red
dunt vota sua eterno deo viuo ꝛ vero. Hec est tertia parti
cula partis quarte: in qua vt deus exaudiat bona coꝝ pro
quibus petiẽ alleganẽ. vnde dicit: Memento dñe illoruz
pro quib⁹ tibi offerimus sacrificiũ laudis: qui tibi reddũt
vota sua. i. deuotionem vel affectionem suã vel bona ope
ra sua. ¶ Sed hic sunt duo dubia. Primũ circa priorem te
xtum/ cum dicit. ij. Coꝝ. xij. Virtus in infirmitate pficitur
Et cum infirmor tunc potens sum. Quid est q̃ pro corpo
ris incolumitate offertur sacrificiũ ab ecclesia. Respondet
Alexan. vt infirmitati nostre cõdescendens/ nobis occasio
nem impatientie precludat: ꝛ cõseruata vel reddita sanitas
te gratiarũ actiones dño referamus. ¶ Secundũ dubiuz
circa presentem textum: Cum nostra donent⁹/ ꝛ aliena red
damus: quomõ vota si sua sunt: reddunt fideles ꝛ nõ po
tius donant. Et si reddũt/ quõ sua sunt ꝛ nõ potius aliena
Respondet Inno. ꝛ Alex. Votum ꝛ generaliter opus bo
num ꝛ hois est ꝛ dei/ Dei propter autoritatem gratie. Ho
minis ppter libertatem arbitrij. Propter qd̃ dicit aplus. j.
Coꝝ. xv. Non autez ego: sed gratia dei mecum. ꝛ. j. Coꝝ. iij.
Coadiutores sumus dei. Et hoc cõfirmat beatus Augusti
nus super illud ps̃. Adiuua nos deus salutaris noster. di
cens: Hoc verbo ait/ salutaris noster/ satis exponit: quam
paupertatem voluit intelligi in hoc q̃ dixit: Quoniã pau
peres sumus nimis. Ipsa quippe est infirmitas/ cui saluta
ris est necessarius. Cũ vero adiuuare nos vult: nec ingra
tus est gratie: nec tollit liberum arbitriũ. Qui em̃ adiuua
tur ipse etiã per seipsum aliquid agit. Concordat magister
lib. ij. dist. xxvij. dicens: Ex gratia incipiunt bona merita: ꝛ
cum ex gratia sola esse dicunẽ: nõ excluditur liberum arbi
trium: q: nullum meritũ est in homine qd̃ nõ fit per liberũ
arbitrium. ¶ L Pro cuius intellectu aduertendũ q̃ in
actu meritorio duo est considerare. Primũ est ipsa substan
tia siue realitas actus. Secũdũ acceptibilitas actus. Sub
stantia actus est a libero arbitrio seu voluntate simul et a
gratia: q: gratia ꝛ voluntas sunt due cause partiales/ ꝛ vna
causa totalis actus illius. Voluntas tamen est causa prin
cipalior: q: voluntas habet rõnez potentie. Gratia ratio
nem habitus. Potentia aũt vtitur habitu ꝛ non ecõuerso.
Et preterea ille actus liber dicit quantum ad suum pduci.
Hec aũt libertas est a voluntate: nõ a gratia vel charitate:
q: hec est qualitas quedã naturaliter actiua/ sicut calor in
igne: vel alia qualitas quecũq;. Ex quibus duobus surgit
principalitas quoad voluntatem respectu substantie actus
eliciti. Acceptabilitas aũt ipsius actus meritorij similiter
est a voluntate ꝛ etiam a charitate. Nõ em̃ actus quicũq; a
deo acceptaẽ in ordine ad beatitudinem cõferendã/ nisi sit
libere a voluntate elicitus. Neq; tñ hoc sufficit: sed oportet
q̃ hoc fit ẽm inclinationem charitatis. Que q: rõ ponitur
merendi/ ipa est cã principalior quoad acceptabilitatem:
ꝛ hoc ex ordinatiõe dei plus acceptantis actũ q: est a cha
ritate inclinante: q̃ q: est a potentia eliciente: q̃uis vtrũq;
requiratur. Et pro illo facit dictũ beati Augu. in de lib. ar.
Gratia se habet ad liberuz arbitriũ sicut sessor ad equum.
Idem in epistola ad sixtũ. Voluntate inquit cõcomitante
nõ preueniente/ pedissequa nõ dña/ hõ meretur. Et ibidez.
Quid est hois meritũ ante gratiã: cũ omne bonũ meritũz
nostrũ nõ in nobis facit nisi gratia. In quib⁹ verbis videẽ
principalitatez in merito attribuere gratie: q̃uis nõ seclu
dat volũtatez. Sunt ergo vota ꝛ bona merita nostra ꝛ dei.
Nostra vt dictũ est ex lib. ar. Dei ex gratia ad ipsa inclinãte.
Cõgrue igitur dicẽ: qui tibi reddũt vota quasi tua ex gra
tia. Cõgrue etiã subiungiẽ vota sua ex voluntate: q: quasi
libere elicita. Libere em̃ exit voluntas in opera talia sicut
in quecũq; alia. Hic ait pph̃a. Anima mea in manib⁹ meis
semp/ quoad operari: scz nõ quoad esse: q: sic a solo deo est
Et illud Eccĩ. xv. Deus ab initio cõstituit hoiem: ꝛ reliq̃t
eum in manu cõsilij sui: adiecit ei mandata ꝛ precepta. Se
quitur: Apposuit tibi aquã ꝛ ignẽ: ad quod volueris/ por
rige manũ tuã. Ante hoiem vita ꝛ mors: bonũ ꝛ malũ: qd̃
placuerit ei: dabiẽ illi. Ex quib⁹ satis intelligi datur q̃ ope
ra hois in ipsius sunt ptãte. ¶ M Sequiẽ. Eterno deo
viuo ꝛ vero. Alexã. Dij dicunẽ ꝛ hoies ꝛ demones ꝛ simu
lacra vel imagines: sed hoies adoptione/ demones vsur
patione/ imagines nũcupatione. Per adoptionem vt ibi.
Ego dixi dij estis ꝛ filij excelsi oẽs. Ps̃. lxxxi. ꝛ Exodi. vij.
Moysi dictũ est. Ecce cõstitui te deũ pharaõis. Per vsur
pationẽ/ vt ibi: Oẽs dij gentiũ demonia. Hi deitatem sibi
vsurpant: hoc est gloriã deo debitã. Vñ Mat. iiij. Sathan Ps̃. xcv.
dixit christo: Hec oia tibi dabo: si cadens adoraueris me. s.
latria adoratione vt deũ. ꝛ Esa. xiiij. In celũ cõscendã: sup
astra dei exaltabo soliũ meũ: sedebo in monte testamẽti. in
laterib⁹ aquilonis. Ascendã sup altitudinem nubium: simi
lis ero altissimo. Per nuncupationem appellarunt deos

oga manuũ

opera manuum suarum: lapides scȝ ⁊ ligna ⁊c. de quibus Sap. xiij. Infelices aūt sunt: ⁊ inter mortuos spes illorum est. qui appellarunt deos opera manuū suarū. Et in psal. cxiij. Simulacra gentiū argentū ⁊ aurum opera manuum hominū. Os habent ⁊ nō loquent̄: oculos habent ⁊ nō videbunt. Primi sunt veri ⁊ viui: sed nō eterni. Nam de eis dicit̄ in ps. lxxxi. Uos aūt sicut homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principib⁹ cadetis. Secundi sunt viui: sed nec eterni nec veri. Nō eterni: q: mutabiles: licet quoad finis carẽtiam sunt perpetui. Etern⁹ em̄ esse nō pōt: nisi imutabilis tam substantialiter ꝙ̄ accidentaliter. Nā sm̄ Boe. v. de cō
Eternitas quid so. psa vlti. Eternitas est interminabilis vite tota ⁊ simul possessio. Quod soli deo cōuenit: q: est quicqd esse potest nec transmutatione aut vicissitudine variat̄. Jaco. j. Apud quem nō est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Nec veri sunt qui in veritate nō steterūt. Nā ab initio ho
Jo. viij. micida erat ⁊ in veritate non stetit: ⁊ veritas non est in eo. Tertij nec veri sunt/nec viui/nec eterni: q: nec veritatis capaces: q: surdi ⁊ muti. Nec sensu ac intellectu prediti: nec incorruptibilitate dotati. Ad hoꝝ oīm exclusionem dicit̄. Tibi deo eterno viuo ⁊ vero. Solus em̄ de⁹ ꝑ essentiā est deus eternus viu⁹ ⁊ verus. Esa. xliiij. Absq; me nō est de⁹: imo est eternitas ipsa vita ⁊ veritas. Cui neq; vita neq; veritas neq; eternitas accidere potest: q: simplex ⁊ incōpositus: ⁊ nulli oīno cōponibilis. Ens oīno primū ⁊ independens: ens necessariū: ens ꝑfectissimū. Hinc ab alio esse nō capit. De cuius eternitate dicit̄. j. ad Tim. vlti. Qui solus habet imortalitatem. Glo. vera imortalitas vera est eternitas. De vita. iij. Reg. xvij. Uiuit deus in cui⁹ cōspectu sto. De veritate Roma. iij. Est aūt deus verax: oīs homo mendax. ¶ N Uel dicit̄ deo eterno vero ⁊ viuo/ad innuendum ꝙ tres ꝑsone diuine operant̄ in hoc sacramēto. Licet em̄ hec tria appropriata ꝑsonarū/eternitas/veritas/vita: sint cōia oībus tribus ꝑsonis: q: eternus pater/eternus filius eternus spūssanctus. Sic verus ⁊ viuus pater/verus ⁊ viuus filius/verus ⁊ viuus spūssanctus: tamen per appropriationem quandā eternitas patri attribuit̄: q: principiū est sine principio originante: de quo in symbolo athanasij dicitur: Pater a nullo est: nec factus: nec creatus: nec genitus. Sunt autem a patre oīa: filius per generationē: spiritussanctus per spirationem: cetera cuncta per creationem. Ueritas appropriat̄ filio: q: ꝓcedit per modū intellectus vt vbū ad quē ꝑtinet veritas. Un̄ ⁊ de seipso Jo. xiiij. Ego sum veritas. Et ꝓpha de filio loquēs ait. Ueritas de terra orta est. Uita appropriat̄ spiritusancto: q: ꝓcedit ꝑ modū volūtatis ad quem specialem ordinem habet vita: vt dico spūalis. Unde in symbolo niceno dicit̄: Et in spiritūsanctum dn̄m viuificātem. Operat̄ aūt pater trāsubstātiationem panis ⁊ vini in corpus ⁊ sanguinē christi: q: hoc fieri non potest: nisi ꝑ infinitā potentiā que patri appropriatur. Ordinat filius ꝑ sapientiaȝ vt sint sub speciebus humano visui cōuenientib⁹/panis scȝ ⁊ vini. Spūssctūs cōfert gratiā digne sumentib⁹ ꝑ suā clementiā vt recte dicat̄ eucharistia: quod est interpretatū bona gratia. Et licet hec obsecratio: vt dicit Inno. ⁊ Alexā. specialiter dirigat̄ ad patrem ꝓpter autoritatem principij: vt dictū est: sm̄ ꝙ ipse filius docet nos orare Math. vj. Pater noster qui es in celis ⁊c. Propter qḋ etiā in principio canonis dicit̄. Te igit̄ clementissime pater per iesum christū dn̄m no. sup. rogam⁹ ac petimus. tn̄ indiuidue trinitati sacrificiū laudis offertur/tam scilȝ patri ꝙ̄ filio ꝙ̄ spūisancto: quoꝝ sicut indiuisibilis est maiestas: sic ⁊ indiuisibilis adoratio. Iuxta qḋ veritas dic. Ueri adoratores adorabūt patrē in spū ⁊ veritate. i. in filio
Job. iiij. ⁊ spūsancto: q: pater essentialiter est in filio: ⁊ filius naturaliter in patre: ⁊. ss. substantialiter in vtroq;. Sm̄ hoc ergo offertur laudis sacrificiū deo eterno. i. deo patri. deo vero id est deo filio: deo viuo. i. deo. ss. qui licet sint tres in ꝑsonis: vnus tn̄ sunt deus in essentia/que est indiuidua trinitas: cuius indiuisa est adoratio: que specialiter in hoc sacrificio exhibetur. ¶ Lectio. xxx. A



Communicātes et memoriā venerantes. ¶ Hec est pars secunda principalis totius canonis: in qua post petitionē bn̄dictiōis appositoꝝ munerum pro tota ecclīa offerendoꝝ in precedente parte premissa/ponit̄ sanctoꝝ inuocatio: quoꝝ precibus ⁊ meritis eorūdē donoꝝ nobis a deo facta est collatio. Et diuidit̄ in duas partes. In prima sanctoꝝ cōmemoratio premittit̄. In secunda ꝑ eoꝝ preces ⁊ merita supplicatio subinfert̄ ibi: Quorū meritis. Prima pars subdiuidit̄ in particulas quattuor. In prima tangit̄ sanctoꝝ cōis memoria venerabiliter. In secūda fit memoria gloriose virginis marie primo ⁊ principaliter/ibi: In primis. In tertia exprimunt̄ quorūdā apl̄oꝝ ⁊ martyrū noīa specialiter/ibi: Sed ⁊ beatoꝝ. In quarta addit̄ oīm sanctoꝝ memoria generaliter/ibi: Et oīm sanctoꝝ tuoꝝ. ¶ Circa primuȝ dicit̄: Cōmunicātes. Pro cui⁹ intellectu aduertendū sm̄ Inno. ꝙ extra vnitatem ecclīe nō est locus offerendi sacrificiū vnitatis. Ideo sanctorū memoriā agim⁹ in sacrificio: quaten⁹ in ipsoꝝ oratione cōmunionē habentes sacrificiū offeram⁹. Scriptū est em̄: Alienigena nō vescet̄ ex eis q̄m scā sunt. Leui. xxij. (al's ibidem. Oīs alienigena nō cōmedet de sanctificatis) Ideo solū illū ad esum huius agni recipim⁹ qui nostre cōiunct⁹ est domui: videlicet oēm domesticū fidei a principe vsq; ad plebeiū: a pharisco vsq; ad publicanū. Ex sanctis aūt ⁊ fidelib⁹ viatorib⁹ vna dom⁹ ⁊ ecclesia cōstat: vt supra habitū est. Ideo vt nō rumpat̄ vnitas offerimus laudis sacrificium cum sanctis cōicantes. Cōicantes scȝ in vsu ⁊ oblatione hui⁹ sacrificij cuȝ sanctis qui hoc sacrificio medio salutem cōsecuti sunt: q̄m ipm̄ est viaticū ad vitam eternā ꝑducens. Qui māducat meā carnē: ⁊ bibit meū sanguinem habet vitā eternā. Joh. vj. Cōicantes dixi in vsu: q: de sanctis dicit̄ ꝙ erant perseuerātes in doctrina aploꝝ ⁊ in cōicatione fractionis panis. Act. ij. Cōicamus igitur cum sanctis in hoc sacrificio ꝑ cōtinuationē: scȝ q: ab ipsis dum viuerent: cōionem ⁊ vsum illius sacrificij accepim⁹: et ipsoꝝ patrocinio in ipsa ꝑseueramus. Uel cōicantes in via cum sanctis sm̄ Inno. in vna fide quā ⁊ ipi viatores habuerunt. Cōicantes ⁊ in spe: q: quod ipsi sperabāt ⁊ nos speramus. In patria vo cōicabimus sanctis per rem quā ipsi habent: quādo eam ⁊ nos habebim⁹. Nos siquidē fidem habemus ⁊ spem: ipsi visionē ⁊ rem. Nos ꝑcurrim⁹ stadium: ipsi possident brauiū. Nos pugnam⁹ in via: ipsi triūphant in patria. Uel sm̄ dn̄m Albert. Cōicam⁹ cum scīs in sacramento altaris: q: qḋ illi ꝑcipiūt in rei veritate: nos frequētamus in sacramentali specie. Cōio em̄ est ꝑceptio vnius ⁊ eiusdē in quo vniunt̄ qui cōicant: ꝙuis diuersi diuersimode illud vnū participent. Sic em̄ in symbolo dicim⁹: Credo sanctoꝝ cōionem. Et apl's heb. xiij. Bn̄ficientie ⁊ cōionis nolite obliuisci: talibus em̄ hostijs promeretur deus. ¶ B Sequitur: Et memoriā venerantes. Semꝑ venerāda est sanctoꝝ memoria. Et ꝙuis multis de causis commemorationē sanctoꝝ ꝑagit ecclesia: vna tn̄ sufficit ad nostruȝ ꝓpositū: que est vt nos fragiles ⁊ mortales/sanctos imortales venerantes: ipsisq; nos cōmendātes/mereamur ipsoꝝ meritis ⁊ precib⁹ adiuuari: quaten⁹ ad deū plene glorificādum eoꝝ societati cōiungamur: vt sm̄ Inno. Memoriam aploꝝ ⁊ martyrū: ⁊ precipue virginis gloriose: vt ipsoꝝ suffragio de fide ꝑducamur ad visionē: de spe ad rem: de stadio ad brauiū: de via trāseam⁹ ad patriā. ¶ Et dicit Alexā. In hac cōmemoratione sctōꝝ obseruat ecclīa qḋ antiquit⁹ fieri solebat: vt in oratiōib⁹ patrū memoria recoleret̄: quatenus eoꝝ meritis suffragantib⁹ facili⁹ quod petebāt impetrarent. Sic moyses pro populo peccante intercedens inquit: Recordare abraam isaac ⁊ israel seruoꝝ tuoꝝ. Exod. xxxij. Et post pauca sequitur. Placatusq; est dn̄s. Sic azarias in fornace succensa: Ne auferas inquit/misericordiam tuam a nobis dn̄e deus noster/propter abraaȝ dilectū tuū ⁊ isaac seruum tuū: ⁊ iacob sanctū tuū. Daniel. iij. Domin⁹
b

quocꝫ dixit ad salomonem: Scindam regnũ tuum ꝛ dabo
illud seruo tuo: verumtñ in dieb⁹ tuis nõ faciã ꝑpter dauid
patrẽ tuũ. De manu filij tui scindã illud: nec totũ regnum
auferã: sed tribũ vnã dabo filio tuo/propter dauid seruum
meũ ꝛ hierusalẽ quã elegi. iij. Reg. xj. Multis quidẽ patrũ
merita filijs suffragant. Vñ cũ ezechias diuinũ postularet
auxiliũ: audiuit. Protegã vrbẽ istã ꝛ ꝑpter me: et propter
dauid seruũ meũ. iiij. Reg. xx. Nõ tñ inuocant sancti tanꝗ̃
datores bonoꝝ pro quib⁹ oram⁹: sed vt intercessores apud
dñm: vt eoꝝ precib⁹ adiuuemur ad cõsecutionẽ eius quod
postulamus. ℂ C Sed circa hunc textũ nostri canonis/
quo sanctoꝝ implorant auxilia: tres occurrũt dubitatiões
ℂ Prima vtrũ sancti in patria orẽt pro nobis existẽtib⁹ in
via. ℂ Scđa cum deus per suã eternã ꝓuidentiã ꝛ oia nos
uit futura: ꝛ imutabiliter disposuit facieda: ad quid ꝓsunt
sanctorũ oratiões: q̃bus deum nec informare: nec a statuto
possunt ordine immutare. ℂ Tertia cũ sancti a nobis distan
tia longissima seiuncti sunt: quõ orationes ꝛ clamores nos
stros percipiunt. ℂ Circa materiã prime q̃stionis fuit he/
resis quorũdã nimia temeritate oim sanctorũ cultũ penis
tus tollere volẽtiũ/ q̃ nullũ sanctis honorẽ impendi debe/
re mussitabãt: neqꝫ ꝓces vllas ad eos dirigi: sed nec eorũ re
liquias venerari. Huius autor ꝛ heresiarcha primo fuit io
uinianus ꝛ eunomius: et post hos vigilãtius. Quẽ errorẽ
cum suis autorib⁹ btũs Hiero. in epl'a siue libello quẽ con/
tra vigilantiũ/ quẽ dormitantiũ noiat: scripsit egregie reds
tat ꝛ cõfutat. Tenuit itaqꝫ vigilãtius hereticus/ ꝙ sancti in
patria pro nobis nõ orãt: imo nullius mortui pro alio exau
diendã fore orationẽ. Et ideo frustra nos ad sanctos clama
re predicauit: ac eorũ patrocinia implorare: sed vniuersorũ
preces orationesqꝫ ad solũ deũ dirigẽdas esse asserebat. Ac
pro suo errore duab⁹ vijs argumentabat/ scꝫ ex diuina per/
fectione/ ꝛ ex sanctorũ statu ꝛ cõditione. ℂ D Ex primo
sic: Nã orando principaliter petim⁹ vitam eternã ꝛ alia dũ/
taxat inquantũ ad illam cõsequendã ordinãtur: vt gratiã ꝛ
vite sanctitatẽ: vt docet btũs Augu. ad probam de orando
deum. Solus autẽ deus est q̃ beatificat: solus qui gratiã in
fundit/ qua nos in via sanctificat: ſm illud ps. Gratiã ꝛ glo
riam dabit dñs. Ideo ad horũ ꝯsecutionẽ frustra sancti im
plorãtur: qui neqꝫ gloriã: neqꝫ gratiã q̃ a solo deo creãtur ꝛ
infundũtur: nobis tribuere possunt: quippe ad terminum
creationis nullaꝫ creatura habere penit⁹ potest actiuitatẽ.
ℂ Deniqꝫ quid opus est sctõs inuocare pro quocũqꝫ per/
petuo vel tẽporali cõsequẽdo: cũ deus oia solus dare suffi/
ciat: q: oipotens. Oia dare velit: q: liberalissim⁹ ꝛ clemens
plus nos amans/ q̃ sanctorũ singuli/ imo ꝙ̃ pariter vniuer
si: quã suam dilectionẽ: vt Ioh. iij. dicitur: in hoc ostendit
deus pater: q: filiũ suum vnigenitũ dedit: nec pepcit illum
pro nobis tradere in mortẽ ignominiosissimã: mortez scilꝫ
crucis: ꝛ q: filiũ tradidit quõ non oia cum illo nobis dona
uit: vt dicit apl's ad Roma. viij. Iniuria ergo quedã deui/
detur ad sanctos recurrere in his q̃ dñs ipse paratissim⁹ est
donare. Maxime cũ frequẽter dñs sub iuramẽti attestatio
ne ꝓmisit oia se daturũ q̃ ab ipso fideliter peterent. Amen
amen dico vobis (ait apl's Ioh. xvj.) si quid petieritis pa
trem in noie meo dabit vobis. Immo ad petendũ nos ex/
citat: Petite ꝛ accipietis: q̃rite ꝛ inuenietis: pulsate ꝛ ape/
rietur vobis. Lu. xj. ꝛ Math. xxj. Oia quecũqꝫ petieritis
in oratione credẽtes accipietis. Neqꝫ credendũ est sanctos
misericordiores fore/ ꝛ ad veniã ꝓpitiores/ ꝙ̃ dñs ipse mi
sericordiarũ pater ꝛ deus totius cõsolationis ac fons ipse
gratiarũ. ij. Cor. j. ℂ E Ex scđo scꝫ statu ꝛ cõditiõe sanctorũ
sic arguũt: Sancti nobis auxiliari nec meritis possunt: nec
precibus. Et non ponitur alius subuentionis modus a san
ctis ꝛ doctoribus. Non meritis: q: neqꝫ preteritis: neqꝫ re/
centibus: nam pro p̃teritis iam sufficienter premiãtur: ſm
illud Apoca. xiiij. Opera enim illorũ sequuntur illos. Nec
putandũ ꝙ premiũ meritis precedẽtibus sanctorũ correspõ
dens diuidatur: ꝛ sanctis que meruerũt pars cedat: ꝛ pars
eis pro quibus orant reseruetur. Nam vnusquisqꝫ quod/
cunqꝫ fecerit bonum recipiet a dño. ad Ephe. vj. ꝛ Ps. lxj.
Tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera sua. Deniqꝫ si nõ plenum
ſm merita sua premium sancti reciperẽt: vbi promissio dñi:
Mensurã bonam/ confertã/ coagitatã ꝛ supereffluentẽ da
bunt in sinum vestrũ. Lu. vj. Immo quilibet sanctorũ lon
ge amplius premiatur ꝙ̃ meruit a dño. Cuius mia semper
sicut punit citra condignũ (vt dicit Augu. sermo. v. ad fra/
tres de heremo) ita ꝛ premiat vltra condignũ. Non ergo vi
detur/ aiunt illi: ꝙ sanctorũ merita: quorũ retributionẽ ple
nissimã receperunt: alijs proficiant: vt eis horum intuitu
noua bona conferãtur. Sicut enim diuina iusticia non pu
nit bis in idipsum. Naum. j. Non consurget tribulatio du/
plex: ita nec diuina misericordia bis premiat idem meritũ.
Recentia quoqꝫ merita quibus aliquid de nouo merẽtur
non habẽt: quia statum meriti excesserũt: quippe in termi/
no sunt/ non in via: non currunt in stadio: sed brauium ac/
ceperunt: cursum merendi cõsummarunt: fruũtur reposita
iusticie iam corona. ℂ Et per hoc videtur probari posse ꝙ
non orant pro nobis: q: oratio est opus maxime meritoriũ.
Ipsi autẽ nunc mereri non possunt: igitur nec orare. ℂ F Et
ex alio idem arguit: Aut vident deũ velle cõferre illud pro
quo orant: ꝛ sic frustra fundũt preces: cum videãt deum in
fallibiliter collaturũ qđ affectant. Si vero viderint deum
aut nolle/ aut non velle conferre: nequaꝗ̃ orabunt: qm̃ per
oia concordãt diuine voluntati: nec vnꝗ̃ petunt aut deside
rant fieri qđ deum non facturũ recognoscunt. His ꝛ simili/
bus rationibus decepti sunt dicti heretici. Decipiuntur et
nunc nõnulli nostro tẽpore xp̃iani. Ideo primo ostẽdenda
est veritas. Scđo argumẽta hec sophistica sunt soluenda.
ℂ G Credendũ est igitur firmiter ꝛ nullatenus dubitan
dum sanctos in patria ꝓ nobis intercedere: nobisqꝫ suffra/
gari merito ꝛ prece siue voto. Merito dum precedẽtia eo
rum merita nobis suffragãtur. Et prece vel affectu/ dum no
stra vota a dño cupiũt impleri. Et in hoc orant pro nobis
desiderio/ nõ voce: dum affectuose desiderãt hec vel illa no
bis a dño concedi intuitu suorũ meritoꝝ vel affectuũ. Hec
est snia magistri in. iiij. dist. xl v. Que veritas autoritate ostẽ
ditur ꝛ ratione. Autoritate vtriusqꝫ testamẽti vete. ꝛ no. si/
mul ꝛ sanctorũ patrum. Multa em̃ contulisse dñm viuen/
tibus propter merita patrũ dormiẽtiũ et in sinu abrae quie
scentiũ/ est vete. testa. historia. Unde ait ad isaac dñs Gen.
xxvj. Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: daboqꝫ
posteris tuis vniuersas regiones has: ꝛ benedicẽtur in se/
mine tuo omnes gentes terre: eo ꝙ obedierit abraam voci
mee: ꝛ custodierit precepta ꝛ mandata mea: ꝛ cerimonias
legesqꝫ seruauerit. Et sequitur: Noli timere: q: ego tecum
sum: benedicam tibi et multiplicabo semen tuum propter
seruum meũ abraam. Itaqꝫ frequenter dñs facturus bene/
ficia posteris cõmemorat se deum abraã/ isaac et iacob: vt
ptꝫ Exo. iij. ꝛ in plerisqꝫ locis alijs. Faciunt ad illud supra
allegata. Norunt hec certissime patres vete. testa. ꝙ pro/
pter cum orabant dñm nostrũ: patrum merita recensebant
vt sic eorum suffragantibus meritis facilius audirentur.
Ipsos deniqꝫ pro nobis intercedere ꝛ orare expressius ea/
dem pagina testatur. Nam dñs volens hieremie ostende/
re ꝙ peccatis populi exigentibus exaudiendus non esset
pro populo ait Hiere. xv. Si steterint moyses ꝛ samuel co
ram me/ non est aia mea ad populũ istum. Quasi diceret:
Si hi qui te maiores sunt: orarent pro populo illo non au/
direm: quãto minus te. Sed nihil esset dictu si non aliquã/
do sancti pro populo orarẽt: nec orare possent. Simile esset
ac si diceret: Si lapides intercederẽt non audirem: nec te
exaudiam. Presupponit igitur dñs moysen ꝛ samuelẽ ali
quando pro populo orare. Item. ij. Mach. vlti. dicitur de
propheta hieremia dudum defuncto. Hic est fratrum ama/
tor: ꝛ populi israel. Hic est qui multum orat pro populo et
pro vniuersa sancta ciuitate hierusalem: hieremias prophe
ta dei. Quodqꝫ exaudita fuerit eius oratio: ex eo quod se/
quitur: manifestum est. Sequitur enim: Et extendit hiere/
mias dexteram: ꝛ dedit iude gladium/ dicens: Accipe san/

trum gladium aureum munus a deo in quo deijcies aduer
sarios populi mei israel. ¶ F Ex nouo etiam testamento
ad idem proferri possunt testimonia: Nam saluator noster
sanctus sanctorum / et beatissimus beatorū sm assumptam
hūanitatis naturā pro nobis orat in celo ad patrē sicut apo
stolus ait Ro. viij. Quia et christus iesus etiā interpellat
pro nobis. Item ad Hebre. vij. Iesus sempiternū habet sa
cerdotium: vnde et saluare in perpetuū potest/accedēs per
semetipsum ad deum viuens ad interpellandū pro nobis.
Ioh. quoq in prima cano. c. ij. ait: Hec scribo vobis vt non
peccetis. Sed et si quis peccauerit: aduocatū habem⁹ apud
patrem iesum christū iustum: et ipse est ppiciatio pro pecca
tis nostris. Cum ergo christus caput nostrū pro nobis in
tercedit apud patrē: cur hoc non de mēbris eius (beatis
scz) credamus. Maxime cum hereticorū argumēta magis
locum habere videātur in christo/ꝙ in sanctis: tanto vtiq
magis quo beatior et patris voluntatē clarius recognoscit.
¶ Intercedit autē pro nobis christus/nō sm naturā diui
nam sm quā equalis patri cum eo condonat petita: sed sm
humanā/sm quā minor est patre: et meruit in oibus exau
diri. Nec dubium sanctos eum in hoc imitari in celis: sicut
eum imitati sunt fideliter hic in terris. ¶ Probatur auto.
sanctorū: nam Hiero. contra vigilantiū scribens acerrime
eum reprehēdit: eo ꝙ sctōs negauit pro nobis orare. Aug.
etiam de verbis apostoli ait: Iniuria est pro martyre in ec
clesia orare: cuius debemus oratiōibus cōmendari. Et ite
rum loquēs de purgandis in cōsummatione seculi morien
tibus. Est imo inquit eum quasi per ignem transeuntē sal
uari meritis et intercessionibus celestis ecclesie: q pro fide
libus semp intercedit/donec impleat christus/scz in mem
bris suis. Sanctus quoq Iohānes Damas. in suo. iiij. sentē
tiarum ait: Si quis multū laborat ducē inuenire q ipsum
alicui mortali regi adducat: et pro eo ad ipsum verbū faciat
quāto magis sancti dei duces generis humani qui pro no
bis ad deum interpellatiōes faciant: querendi sunt et hono
randi. ¶ Superfluū puto adducere Ambrosiū/ Gregoriū
Bedā/ Bern. Magistrū/ceterosq innumeros in re tam
manifesta: cum ecclesie vniuersalis ritus et doctrina vetu
stissimi nos doceant sanctos venerabiliter inuocare: cuius
excellentissima est autoritas: a qua dissentire catholico fas
non erit. ¶ G Potest idem ratione breuiter ostendi. Nā
quāto quis ex charitate proximū magis diligit: eo amplius
ei salutē a deo cōferre desiderat. Longe autē sancti in celo
magis diligunt nos/ꝙ existentes in terris. Nam charitas
j. Corin. xiij. non excidit in celo: sed perficit et cōsummatur. Salutē autē
alteri desiderare a deo/est pro eo intercedere: vt dictum est.
Item cōstituti in terris iubemur multiplici scripture exhor
tatione pro nobis mutuo orare: sicut ait Iacobi. v. Orate
pro inuicē vt saluemini. Quod et solicite fecerūt apostoli: nā
ardētissime pro alijs orauerūt: et aliorū oratiōes pro se fie
ri postulabāt: vt patet transcurrēti epistolas pauli: et recte
quoniā teste Iacobo vbi supra. Multum valet deprecatio
iusti assidua. Multū per oem modū: qm orauit vnus ho
Exo. xxxiij. mo moyses/et sexingentis milibus pugnatorū veniam im
petrauit. Orauit helias et celū clausit ne plueret annis tri
bus et mensibus sex. Rursus orauit et pluuiam largissimā
arentibus/terre et hominibus impetrauit. iij. Reg. xvij. et
xviij. et Iacobi. v. Sed et dñs amicis iob/qui recta locuti
non fuerant: precepit vt ad iob se cōferrent: petentes qua
tenus pro eis offerret sacrificiū et oraret: vt non imputare
tur eis stulticia eorum. Sic stephanus orans pro persecuto
ribus/paulo cōuersionē impetrauit. Et paulus orās. cclxxvj.
Act. xxvij. suis cōnauigantibus vite presidio fuit. Et sic est videre de
innumeris q in carne viuentes/alijs orando beneficia plu
rima impetrarūt. ¶ D Et mira hereticorū hebetudo: cū
viuos pro sese fructuose orare cōcedūt: vtpote coacti aper
tissimis vtriusq legis testimonijs/idipsum negent de bea
tis qui certissime apud deum potentiores sunt effecti/q uo
presentiores ac beatiores: dicēte dño de eis: Qui minor est
in regno celoꝝ maior est illo/scz iohāne baptista. Mat. xj.

Si ergo adhuc in carne infirmi et mutabiles in via cōstitu
ti: et ideo pro seipsis soliciti orationibus suis ceteris pfue
runt: quāto magis fortes facti salutis sue securi: in patria ci
ues et domestici dei constituti: in charitate quoq fraterna
cōsummati/pro fratribus in via relictis instanter et vtiliter
votis et meritis perorabūt. ¶ Hāc rationē beatus Hiero.
contra vigilantiū tangit/cum ait: Apostoli et martyres ad
huc in corpore cōstituti possunt orare pro ceteris: quando
pro se adhuc debēt esse soliciti: quāto magis post coronas
et triūphos. Orauerūt in via existentes: et postꝙ cum chri
sto esse ceperunt minus valebūt. Tunc ora clausuri sunt: et
pro his q in toto mundo euangelio crediderūt mutire non
potuerunt. Quasi diceret: Nullo modo hoc credendū est.
Et beatus Bern. in sermone de vigil. apostolorū petri et
pauli: Qui potens erat inquit in terra: potēcior est in celis
ante faciē dñi dei sui. Si enim dum adhuc viueret misertus
est peccatoribus/et orauit pro eis: nūc tanto amplius/quā
to verius cognoscit miserias nostras: orat pro nobis patrē
qz illa beata patria charitatē eius nō minuit: sed augmen
tauit. Et similia multa ponit in scriptis suis. ¶ I Demū
ex facto eadem veritas nō tam colligit/ꝙ palā oculis exhi
betur. Quis dinumerare sufficit quanta beneficia prestita
sunt in terris ad deuotā sanctoꝝ inuocationē et reliquiarū
venerationem. Quod si nō sufficiant pbatissime historie: fi
des adhibeat beato Aug. xxij. de ciuit. dei. ca. viij. vbi. xxv.
miracula recitat quib⁹ ipse vt plurimū interfuerat: inter que
et mortuorū suscitationē cōnumerat: q martyrū intercessiōe
a dño sunt exhibita. Neq deus qui erroris autor esse non
potest: talia prestaret male petētib⁹/ his scz qui sanctos in
uocarent: si inuocandi nō essent. Operosissima deniq ec
clesiaꝝ et monasterioꝝ edificia in memoriā sanctoꝝ/ ppter
impensa mortalib⁹ bñficia eoꝝ auxilia petentib⁹ cōstructa/
predicte testimoniū phibent veritati. Vn manifestū est ꝙ
temeraria ac blasphema est heresis eā negantiū. Qui cum
honorem gloriose virgini/ oibusq patriarchis/ pphetis/
aplis/martyrib⁹/cōfessorib⁹/virginib⁹/cōtinentib⁹/omni
busq debitū electis tollere conant: etiā dñz qui in sanctis
suis in quib⁹ tot operat mirabilia: laudatur: impie nō desi
nunt blasphemare. ¶ K Per hoc ad rationes p heresi
inductas. Ad primā dum arguūt ex diuina pfectione/pro
pter quā solus deus beatificat in patria et gratificat in via
Dicendū ꝙ licet de⁹ solus gloriā donet et gratiā creet: nec
sancti effectiue cōcurrant cōcreando: possunt tñ concurre
re impetrando et orādo: vt de⁹ beatificet vel gratificet sine
quorū oratione/tali pro quo oratur: nec beatitudinē cōfer
ret: nec gratiā: sicut amicus principis impetrat qñq alteri
bonū a principe/respectu cuius tñ impetrans nullā habet
actiuitatem: qd nihilominus princeps nō daret: nisi amicus
talis orando impetraret. Nō ergo frustra imploram⁹ sctōs
quos nō vt creatores gratie siue beatificatores inuocam⁹:
sed vt mediatores quoꝝ meritis et intuitu nobis deus cō
fert q ex nostris accipere sum⁹ minus digni. ¶ Et ꝙ conse
quenter arguūt: Deum solū ad oia cōcedenda sufficere etc.
Nihil concludunt: Deus enim qui oia efficere et prestare pōt
sine cōcursu cuiuscūq cause secūde in genere cause efficien
tis: non sua necessitate vel indigentia: sed gratiosa et suaui
volūtate admittit cōcursū creature cōoperantis in multis
actionib⁹ suis. Quandoq ad terminū ipm pductionis: vt
in generatione naturali/puta ignis ex igne etc. Quādoq
ad dispositionem ei⁹ qd recipit effectū pductū per creatio
nem: vt in pductiōe hois ex patre et matre: licet ad eius crea
tionem naturalis virtus parentum nō attingat actiue: sed
tantū ad materie dispositionem/corporis scz formationē/
cui aia infundenda est: q a solo deo creatur: quo tñ corpore
nō formato nullaten⁹ aia a deo crearet. Vnq ad mediante
dum inter se deū datorem et hoiem accipientem. Sic moy
ses (Deut. v.) sequester et medi⁹ fuit inter deū et populum:
vt sic suauiter inferiora reducat ad superiora per media: vt
dicit Diony. in de ange. hierar. cap. iiij. Sicut ergo inferio
res talis ordinis angelos illuminat per superiores: et nōs

nunq̃ per angelos hoies: ita placuit viatores ad se redu/cere mediantib⁹ intercessione ꝛ auxilio btoꝝ. Nec ita agen/do inin⁹ diligit/ q̃ sancti vt heretici assumũt: sed ex summa ꝛ ordinatissima charitate hec ita disponit sua sapientia infi/nita: qua non solũ fortiter ac potenter: sed etiã suauiter oia prout nouit vnicuiq̃ couenire ministrando a fine vsq̃ in fi/nem attingit. Sap. viij. Magna quippe dignitas creatu/re/ ꝛ magne charitatis indicium in creatore est/ q̃ suis ami/cis hanc cõtulit ptãtẽ/ vt auxilio eis esse possint ad salutẽ: qui huius de sua indignitate min⁹ sunt capaces. Sicut est videre in humana republica: in qua rex qd̃ dare vult: vult nonnunq̃ ꝑ intercessionem alicui⁹ dare alicui/ qui nõ esset statim dignus exaudiri. Peccatorib⁹ deniq̃ singularis est cõsolatio/ qui ad sanctoꝝ interpellationes q̃nq̃ magis ani/mantur q̃ iudicis: quoꝝ etiã sanctitatis defectũ supplere potest probitas aliena. Sic loquit̃ btũs Bern. in sermone de beata virgine/ cuius principiũ est. Signũ magnũ. circa principiũ. Prudẽtissim⁹ ꝛ clemẽtissim⁹ artifex qd̃ quassatuꝫ fuerat nõ cõfregit: sed vtili⁹ oino refecit vt videlicet nouuꝫ adam formaret ex veteri: ꝛ euã transfunderet in mariã. Et quidem sufficere poterat christus: siquideꝫ ꝛ nunc oia nr̃a sufficientia ex ipso est: sed nobis bonũ nõ erat hoieꝫ esse so/lum. Et sequit̃: Fidelis plane ꝛ prepotens mediator dei ꝛ hominũ homo christus iesus: sed diuinã in eo verentur ho/mines maiestateꝫ. Absorpta videt̃ in deitatem humanitas: nõ q̃ sit mutata substantia: sed affectio deificata. Nõ sola cã/tatur illi mia: cantatur pariter ꝛ iudicium. Quia etsi didi/cerit ex his q̃ passus est cõpassioneꝫ vt misericors fieret: ha/bet tñ ꝛ iudiciariã ptãtem. Deniq̃ deus noster ignis cõsu/mens est. Quidni verea t̃ pctõr accedere: ne quẽadmoduꝫ fluit cera a facie ignis: sic pereat ipse a facie dei. Opus est ergo mediatore ad mediatorem istum: nec alter nobis vti/lior q̃ maria. Hec ille. ¶ L De eo qd̃ arguunt ex statu et cõditione sanctoꝝ/ dicit̃ q̃ nobis subueniũt meritis ꝛ voto siue prece. Meritis dico preteritis ꝛ recentib⁹. Preteritis meruerũt eñ in via vt bona cõferantur nõ modo sibi sed ꝛ alijs. Cum eñ meritũ nihil aliud est/ q̃ aliquid acceptatũ ab aliquo in ordine ad bonum retribuendũ alicui. Sũma aũt dei liberalitas opera bona sanctoꝝ in via existentiũ fa/cta ad honorem dei: acceptauit vt nõ solũ ad summa bona sanctis retribuenda/ etiã longe hmõi merita excedentia: sꝫ etiã ad multa bona in via vel patria alijs tribuenda: qui ꝑ nouum volũtatis actũ illud bonũ sibi applicant ꝛ faciunt quasi suũ: ita q̃ summa dei liberalitas nõ solum minori bo/no tribuit maius bonũ: sed etiã plura bona/ dum meritum non solũ merenti: sed ꝛ alijs ad ipm recurrentib⁹ proficiat. Sententia est Sco. dist. xviij. lib. iij. Sic est videre in simi/litudinem princeps aliquis militem ꝑpter actũ strenuũ ꝛ mul/tum sibi gratũ non solũ abũdanter remunerat: sed etiã ꝑ/pter eius fauoreꝫ/ aut preces alijs beneficia impendit. Sic nabuchodonosor nedũ danielem somniũ qd̃ aufugerat si/bi narrãteꝫ/ fideliter q̃ interpretantẽ in sublime extulit: mu/nera multa ꝛ magna dedit: ꝛ sup oẽs ꝑuincias babylonis principem ac magistratũ ꝛ prefectũ cõstituit sup cũctos sa/pientes: quo vtiq̃ eũ liberaliter ꝛ magnifice remunerauit. Sed etiã ad verbũ ei⁹ socios suos misac/ sydrach/ ꝛ abde/nago prefecit sup opera ꝑuincie babylonis: vt habet̃ Da/niel. ij. Itaq̃ sancti plenissime ꝛ liberaliter a dño recipiunt longe plus q̃ meruerũt: puta pro actu vel passione hora/ria bonũ sempiternũ: ꝛ pro merito finito/ premiũ obiecti/ue infinitum/ summũ scilꝫ bonũ: nihilomin⁹ tamen dñs in tantã sui eos recepit amicitiã: vt etiã beneficia donare ve/lit alijs ad ipos sanctos recurrentib⁹. Nec ꝑpter quoscũq̃ aut quotcũq̃/ quib⁹ sanctoꝝ succurrũt merita: minus san/ctis retribuit: vt isti falso imaginant̃. Nec est simile qd̃ ad/ducunt de diuina iusticia ꝛ misericordia q̃ punit citra con/dignũ: nec punit bis in idipm/ ad bonũ intellectũ quẽ tra/dit magister dist. xv. lib. iiij. Sed misericordia premiat vl/tra condignũ: ideo nõ solũ maiora: sed etiã plura bona re/tribuit: vt dictũ est. Hinc scribit̃ Exo. xx. Ego sum dñs de⁹ tuus fortis zelotes visitans iniquitates patruꝫ in filios in tres ꝛ quattuor generationes eoꝝ qui oderũt me: ꝛ faciẽs misericordias in milia his qui diligũt me ꝛ custodiũt pre/cepta mea. Sic plenissime abraam remunerat̃ pro obediẽ/tia qua filiuꝫ obtulit: ꝛ tñ multa ꝑpter hanc ꝑmisit dñs/ ꝛ exhibuit semini ei⁹. Gen. xxij. Ita de dauid ꝛ plerisq̃ alijs.

Meritũ quid.

¶ M Subueniunt etiã nobis sancti in patria recentib⁹ meritis. Nam oratione sua: licet non sibi: tñ nobis merent̃ beneficia. Oratio eñ sua dispositio est de congruo vt pro/pter eam deus cõcedat id qd̃ impetrat illi cui petit: ꝛ ita est meritũ nõ sancti pro se: sed illi cui reddit̃ id qd̃ huic oratio/ni quasi pro premio ꝑximo correspondet: vt dicit Scotus in. iiij. dist. xlv. q. iiij. Nec est incõueniens q̃ aliquis existẽs in termino quoad se/ per orationẽ suã alteri merea t̃: vt ibi/dem dicit. Per hoc soluit̃ qd̃ subijciunt/ q̃ qr oratio est op⁹ meritoriũ nõ conuenit sanctis in patria. Oratio eñ nostra nunc duplicem habet effectũ. Unũ qr est meritoria orãti: immo opus valde meritoriũ. Aliũ/ qr ex quo specialiter di/rigitur pro alio: meritoria est illi pro quo offertur. Primo modo beati nõ habẽt orationẽ eis meritoriã: nec oratio eo/rum habet primũ effectũ: sed secũdo mõ est meritoria. Si/quidem rõnabile est q̃ beatus velit merita sua illi valere ad salutẽ: qui ipm specialiter inuocat: ꝛ sibi desiderat ꝑ il/la merita subueniri. Sãctos aũt hoc desiderare ꝛ velle/ ac suũ desideriũ deo ea intentione offerre/ vt ab ipso habeat̃ acceptũ ad hmõi effectũ/ est orare mentaliter sctõꝝ. Et hec oratio (vt dicit scotus vbi supra) nõ repugnat beatitudini qr bene põt aliquis beatitudineꝫ summã adeptus/ velle vt ꝑ sua merita per q̃ illã ꝑfectionem attigit: alius ꝑ suã oratio/nem attingat: ita vt sua merita nõ sibi tantũ sint ꝑpria: sed ꝛ alijs de bñficentia dei ꝑsint. Sic posset aliquis summũ gradũ adeptus in amicitia regis/ ꝑ aliqua obsequia velle orare pro alijs: nõ vt ꝑ orationeꝫ hmõi ad maiorem gradũ amicitie attingat: sed vt illa merita ꝑ que ad illũ gradũ at/tigit: alijs ad ea recurrentib⁹ succurrat: supposita liberali/tate regis acceptantis illa. nõ tantũ pro illo: sed etiã ꝑ alijs. Et per hoc patet quõ oratiõe nobis auxiliant̃. ¶ N Qd̃ vero vltimo arguũt/ querẽdo an videat deũ exaudire velle vel nõ: neutrũ dare oportet: nedũ de finali salute ei⁹ ꝑ quo orant: sed nec de sue orationis exauditione. Nec oportet q̃ si deus reuelet beato petro iohannẽ petere saluari: q̃ reue/let sibi iohannẽ saluandũ: aut orõneꝫ suã pro iohãne exau/diendã vel nõ. Unde si nõ reuelat̃ potest petrus orare ꝛ ex/pectare effectũ. Si aũt reuelaret̃ petro determinate q̃ de⁹ nollet effectũ istũ prestare: petr⁹ nõ oraret. Si vo reuelat̃ q̃ exaudiet̃ orabit petr⁹: ꝛ nõ frustra: qr sicut de⁹ vult iohãneꝫ saluare: ita vult ꝑ determiata media/ vtpote ꝑ orationẽ ta/lis sancti ipm cõsequi saluteꝫ. Nõ ergo sctõꝝ intercessione predestinatio mutat̃: sed illud impetrat̃ qd̃ ad eoꝝ precem cõferri ordinatũ est ab eterno: vt vult btũs Greg. li. j. dial. ca. xx. ¶ Ex quib⁹ patet preces nostras/ spemq̃ cõsequẽde btitudinis ꝑ mediatores sanctos in celo inanes nõ esse: sꝫ ordine a deo instituto nos ad eoꝝ auxilia cõfugere debere ac debita veneratiõe eos semꝑ implorare: vt saluemur eoꝝ meritis atq̃ votis. Unde ꝛ fidenter ad sctõꝝ preces recur/rere deo placere credendũ est: cui sctõꝝ honoratio ꝛ vene/ratio est accepta. Quicq̃d eñ obsequij ꝛ honoris eis ipen/dit̃: deo ipẽdit̃/ q̃ sic ipos fecit gl̃iosos: eapropter nõ parũ honorãt deũ ꝛ sctõs: qui ipoꝝ iplorãt auxiliũ apud dei mi/sericordiã. Magnifice siquidẽ de ipoꝝ gloria sentiũt: qui eos tante gr̃e apud deũ esse credũt/ q̃ suffragari nobis via/toribus possunt. In quo ꝛ de⁹ summe laudat̃ de misericor/dia: ꝛ ipsius summa magnificẽtia/ qua cõstituit suos famu/los ꝛ amicos in tanta: vt succurrere possunt ceteris: ptãte.

¶ Lectio. xxxj. A

Soluta questiõe pri/ma/ restat respõdere ad sequẽtes duas: qua/rum altera fuit: Cũ deus per suã eternã ꝑui/dentiaꝫ ꝛ oia nouit: ꝛ imutabiliter facienda

disposuit: ad quid prosunt sanctoꝝ orationes: quibus deū nec informare: nec a statuto possunt ordine immutare. Hec questio partim ex priori pendet: ⁊ rationē dubij innuit: qꝛ deus immutabilis est: ⁊ nihil ignorat. Ad quā respōdetur ꝑ duas ꝓpositiōes. Prima. Alio fine orandus est deus: alio fine orandus est homo. Prima pars patet: qꝛ deꝰ nō est orā dus quasi nostra orōne flectēdus: aut quouis mō a sue voluntatis instituto immutandus est: qm̄ simpliciter est immutabilis: neqꝫ flecti potest de nolle in velle: vel de vno velle in aliud. neqꝫ aliquid de nouo velle qḋ nō ab eterno voluit. Orandus aūt est deꝰ: vt nosipsos excitemꝰ orantes: ⁊ puocemus ad deuotionem ⁊ nostre miserie cōpassionē. At ecōtra nō ob aliud hoiēz rogamꝰ: nisi vt ipm̄ ad misericordiā moueamus: fine ergo cōtrario laborat intentio deū orādo ⁊ hoiem depcando: ibi quidē finis est immutatio orātis: hic eius cui deprecatio dirigit̄. Vnde Guil. parif. in de rhetorica diuina ca. ij. ponens differentiā inter oratorē spūalem ⁊ secularem/ dicit: Orator secularis intendit orōne sua mouere iudicem/ ⁊ inclinare in partem suā: vt scilꝫ ꝓ parte sua iudicet ⁊ sententiet. Orator vo spūalis ꝑ orōnem suā quāz coram altissimo fundit: nō intendit ipm̄ mouere quem scit indubitanter in vltimitate stabilitatis imobilissimū: sꝫ potius semetipm̄ vel a malo in quo est in bonū: vel a bono in melius: qḋ est dicere. Quia intendit semetipm̄ facere idoneum ꝑ orōnem: vt ei cōcedat̄ qḋ impetrare intendit: vt si petimus liberationē a malo: quatenꝰ intuitu istius petitionis malū a nobis deus auferat. Si petimꝰ donationem alicuius boni: vt intuitu orōnis efficiamur hoc accipere digni ⁊ idonei. Nō vt ꝑ illā orationeꝫ flectamꝰ deū: vt hoc nobis cōferat quasi nunq̄ cōferre voluerit: ⁊ tunc primo velle cōferre incipiat: sed ab eterno hoc conferre disposuit: ad petitionem tñ nostram factā vel faciendā tpe certo. ¶ B Secus est de hoie q̄ petitionibꝰ vincit̄: vt hoc vel illud faciat qḋ nunq̄ facere disposuit: ⁊ ita de nouo incipiat velle facere. Et qꝛ varie se habent iudices: secularis scꝫ ⁊ diuinꝰ: varieqꝫ se habent oratores: hinc nō incōgrue ſm eūdem/ contrario modo causa nostra versanda est corā deo ⁊ corā homine. vnde dicit. Cōfessio reatus in secularibꝰ iudicijs reis obesse cōsueuit ad penā. Ante tribunal vo dei miseratoris oim/ nō solum nō obest ad penā: imo etiā ꝓdest ad veniaꝫ. Eo ipso coram deo causam nostrā facimꝰ melioreꝫ/ quo purius ⁊ sincerius nosipos cōdēnamꝰ/ nullā excusationē pretendentes: ita sane liberationē a morte spūali cuiꝰ rei fueramus: deo facto ꝓpitio consequimur. Ista est lex: hoc est statutum in curia dei: quā ꝓmulgauit ꝑ os sapientie/ dicens.

Prouer. xxviij. Qui abscōdit scelera sua nō diriget̄. Qui cōfessus fuerit: et reliquerit ea: misericordiā cōsequet̄. Per hanc legeꝫ obtinuit in cōsistorio dei rex dauid misericordiā: immo quod plus est: per solū ꝓpositū cōfessionis sicut ipsemet testatur

Ps. xxxi. dicens. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meā dño: et tu remisisti impietatē pcti mei. Et sequit̄. Amplius illa lex ore apostolico ꝓmulgata est. Si nosmetipos dijudicaremꝰ

j. Cor. xj. nō vtiqꝫ a dño iudicaremur. ¶ Cōtraria horum obseruari cernimꝰ in curia forensi iudicis humani: vbi cōfessio ⁊ accusatio suspitius de crimine/ dānationeꝫ ⁊ iudiciū infert: etiā cum exterminatione vite corporalis. ¶ C Oramꝰ igitur ad deum vt premissum est: nō vt mutet ꝓpositū ad nostraꝫ orationem: sed vt orōne nosipsos disponamꝰ; ⁊ efficiamur idonei ipetrare qḋ petimꝰ. Volens itaqꝫ deū tibi fore piuꝫ ⁊ misericordē: esto tibi ipsi pius ⁊ misericors. Est eñ durus duris. pius: pijs. bonus: bonis. seuerus malis. Taleꝫ itaqꝫ illum inuenies: qualis ⁊ tu fueris in tuis desiderijs: nō quidem per mutabilitatē eius: sꝫ per tuā. Volens insuꝑ in curia sue iusticie absolutionem cōsequi: teipsuꝫ accusabis: iudicabis: cōdemnabis: ⁊ sic remissionem ipetrabis; nō per mutabilitatem sui: sed ꝑ mutationem tui. Cū eñ pctōꝛ incipit detestari peccatū: mutat̄; qꝛ habet in se detestationem/ quam prius nō habuit: si petit ipsoꝛꝫ deletionem iterum mutatur: qꝛ habet in se petitionem quā prius non habuit. Deus aūt delendo vel remittendo peccatū nō mutatur; qꝛ nihil in se recipit quod in ipso prius nō fuit. Si naqꝫ deus vult peccata orantis nō imputare ad penā: nec punire ad eius detestationē ⁊ petitionē: nō incipit hoc de nouo velle sed ab eterno hoc voluit nō imputari: cū pro illo precaret̄ et detestaret̄. Sicut si ego statuerē in meipso inimico meo velle remittere offensam ad suā supplicationem: quā futuram pro certo tpe ex reuelatione vel qualitercūqꝫ preuiderem: remittendo ad suā supplicationem/ nō mutarer ꝓ tūc qꝛ nullum actū nouū in me haberem quem prius non habui: sed ipse in se mutaret̄ de nō petente in petentem. Suo modo ab eterno deus vidit petitionem hois futurā: siue ꝓ remissione peccatoꝝ: siue pro impetratione alicuiꝰ alterius boni. ⁊ ad talem petitioneꝫ fiendā in tpe determinato/ determinauit se ab eterno remissurū peccatū: vel collaturum illud bonuꝫ qḋ petetur: ⁊ hoc sine omni sua mutabilitate: q̄uis hoc nō fit sine mutabilitate eius qui petit. ¶ Secunda ꝓpositio: Per preces ad sanctos vt ipi pro nobis interpellent fusas/ nō intendimꝰ deū per eos quasi nescientē q̄d nobis expediat informare. Patꝫ: qm̄ nō nesciꝰ est miseriarū nostrarū: cuius oculis oia aperta sunt atqꝫ nuda. ad Heb. iiij. Vnde metrista quidā. Est nihil occultū qḋ nesciat alta maiestas: Qui videt e celo q̄cq̄d in orbe latet. ¶ D Cur aūt sanctos oramꝰ tanq̄ mediatores satis lectione precedēti dictum est: quibꝰ tres sequentes addi possunt rationes. Prima ꝓpter nostrā inopiam in merendo: qꝛ eñ adhuc in corpore mortali sumus constituti qḋ aggrauat aiam: ⁊ ad terram deprimit: nō possumꝰ attenta mente opera bona/ et merita feruentia exercere: vt igit̄ cum misericordia dñs iusticiam seruaret: voluit vt quibꝰ merita ꝓpria nō sufficiunt ad boni alicuius impetrationeꝫ: patrocinarentur ⁊ succurrerent aliena. Secūda causa est sanctorum gloria: Nam vt ista cognoscatur ꝑ ipsos decreuit facere mirabilia in corporibus: ⁊ per eos operari salutem in aiabus: vt ex hoc in ipsoꝝ laudes assurgere: ⁊ ad vitā eorūdem imitatione alliceremur: qua ad eandē gloriā ꝑuenire: ⁊ cum ipsis gaudio perfrui mereremur. Tertia causa ꝓpter dei reuerentiaꝫ: vt scilꝫ pctōꝛ qui deum offendit: quasi nō audiens in persona propria ꝓpter peccati scoriā/ coram maiestate altissima pariter ⁊ tremenda apparere/ recurreret ad sctōs purissimos ⁊ deo gratos: qui pctōris preces altissimo presentarēt: easqꝫ suis adiunctis meritis ⁊ precibꝰ magis redderent exaudibiles/ placidas/ atqꝫ gratas. ¶ E Tertia questio: Solutio tertie questionis que querit moduꝫ quo sancti in celis audiant nostras preces fusas in terris: ex eo pendet: quibꝰ modis beati qui a corpore separati sunt: siue etiā in corporibus gloriosis deo assistunt: cognoscant preces nostras.

¶ Pro cuius intellectu notandū/ qꝫ Aug. suꝑ Gen. ad litteram: distinguit duplicem cognitionem angeloꝝ beatoꝝ: scꝫ matutinā ⁊ vespertinā. Vnde exponēs illud Gen. j. Diuisit lucem a tenebris: appellauitqꝫ luceꝫ diem ⁊ tenebras noctem. Factūqꝫ est vespere ⁊ mane dies vnus. Cognitionem angeli cōparat diei/ siue luci eiusdem: ⁊ ignorantiam nocti vel tenebris. Vult ergo qꝫ cognitio angeli dicat̄ dies. Et qꝛ diei due sunt partes. Principiū qḋ dicit̄ mane: ⁊ finis qḋ dicit̄ vespera. His cōparat dupliceꝫ angeli cognitioneꝫ. Cognoscit eñ angelus res vel in creatore siue in vbo ⁊ aut in creatura: siue cognoscat in seipo angelo per species concreatas: siue in ꝓprijs generibꝰ ꝑ species a rebus receptas. Prima cognitio est supnaturalis ⁊ btifica ⁊ in lumine glorie. Secūda est naturalis in lumine nature. Prima cognitio est qua in vbo ⁊ lumine glorie cognoscit beatifice/ clare ⁊ nude diuinā essentiā ⁊ creaturas in ipso tanq̄ in simplicissimo speculo/ ⁊ exēplari imenso sibi relucētes: ⁊ hec est perfectissima. sicut cognitio conclusionis cognitis principijs: siue hec cognitio infundatur angelis beatis imediate a verbo: siue eliciatur ab intellectu angelico lumine glorie eleuato. ¶ F Secūda cognitio est qua angelus in lumine nature/ id est naturali intellectus sui virtute ⁊ viuacitate cognoscit res creatas; siue in seipo angelo: siue in ipsis rebus cognitio ad intellectum statim supra expressum. Et

Cognitio angeli est duplex.

liter est illi cura de oībus. Sap. vi. ¶ H Petit autem
sacerdos q̄nq̄ in hac prima oronis parte/sm q̄nq̄ noia
q̄ hic ponūtur: scꝫ bn̄dictā/ascriptā/ratā/rōnabilē/acce
ptabilē. ¶ Exponūtur aūt hec q̄nq̄ vocabula q̄ntupli/
citer: scilicet In ordine ad distinctionem effectuū sacra/
menti. In comparatione ad hostias veteris testamenti.
In oppositiōe imanis iude sacrilegij. In ordine ad do/
na q̄ nobis optamus ꝯcedi. In ordine ad rem sacrificij.
¶ Primo mō exponit btūs Aug. vt habet de ꝯse. dist. ij.
Utrū sub figura. q̇ dicit sic. Hanc ḡ oblationez digneris
facere benedictā p quā benedicimur. Ascriptam/p quaz
hoīes in celo ascribūtur. Ratam/per quā in visceribus
xp̄i censeamur. Rationabilē/p quā a bestiali sensu exua
mur. Acceptabilēq̄/vt qui nobisipsis displicem⁹: p hāc
acceptabiles eius filio vnico simus. Nihil aūt rōnabili⁹
q̄ vt nos q̇ iam similitudinē mortis eius in baptismo ac
cepimus: similitudinem quoq̄ carnis ⁊ sanguinis suma
mus. ¶ Secūdo modo exponit Alber. Petit em̄ sacer/
dos vt ab hostia hac excludant q̇nq̄/que fuerūt in ob/
lationibus antiquis imperfectis. Antique enim oblatio
nes fuerunt vacue a gratia: ⁊ ideo nulla ab ipsis pflupit
benedictio. Nec fuerunt ascripte ad eternā memoriam:
sed potius ne idolis hoīes illius temporis seruirēt: ordi
nate. Non etiā fuerūt rate ⁊ firme: sed figurales ⁊ mutā
de atq̄ finiende. Fuerunt etiā insufficientes: nec deo ac/
cepte quātum ad gratie ⁊ vite eterne collationē: vt hec
multipliciter probātur ex vtriusq̄ testamēti testimonio.
Ideoq̄ hoꝝ contraria petit sacerdos in p̄senti oratione
quātum ad oblationē nostrā: vt scꝫ deus eam facere di/
gnetur benedictam: vt p ipsam spiritualiū bonoꝝ multi
plicatione benedicamur. Ascriptam: vt per ipsam socie/
tati angeloꝝ ascribamur. Ratam: vt ipsa vsq̄ ad cōsum/
mationē seculoꝝ in profectum salutis perfruamur. Ra/
tionabilem: vt per ipsam vti sufficientem in finem ratio/
nalis creature deducamur. Acceptabilem: vt per ipsam
deo placidi efficiamur. ¶ I Tertio sm Innocentium
exponūtur hec quinq̄ vocabula in ordine ad quinq̄ do
na opposita imani sacrilegio iude traditoris. Naz iudas
scarioth a diabolo supplantatus imane sacrilegium per
petrauit: dum quarta feria ante pascha filium dei trigin
ta argenteis pharis eis vendidit/in recompensatione dā
ni quod incurrerat ex effusione vnguenti super benedi/
ctum caput christi. Et post pauca subdit Innocen. Illa
venditio fuit maledicta/proscripta/irrita/iniqua ⁊ dete
stabilis. Petim⁹ ergo o deus/vt tu facere digneris hanc
nostrā oblationē benedictā/ascriptam/ratā/rationabi/
lem/acceptabilem. Judas autem maledictionem dilexit
et venit ei: benedictionem noluit/ ⁊ elongata est ab eo.
Sed tu deus digneris hanc oblationem nostram facere
benedictam: per quam nos in celestibus benedicas. Ju
das deletus est de libro viuentium: ⁊ non est cum iustis
scriptus: sed tu deus digneris hanc oblationem facere
ascriptam: per quam nos in celestibus ascribas. Judas
se laqueo suspendit: et episcopatum eius alter accepit:
sed tu deus hanc oblationem digneris facere ratam: per
quā ratum sit nostre salutis promissum. Judas exijt con
dēnatus: ⁊ oratio eius facta est in peccatum: sed tu deus
hanc oblationem facere digneris rationabilem: per quā
rationabile fiat nostre seruitutis obsequiuz. Judas red
didit mala pro bonis: ⁊ odium pro dilectione retribuit:
sed tu domine digneris hanc oblationem facere accepta
bilem: per quā nos tibi reddas acceptos. ¶ Quarto ex
ponūtur hec vocabula in ordine ad quinq̄ dona nobis
p hoc sacr̄m ꝯferēda. Primo mali remotionez: cū dicim⁹/
bn̄dictā. Petim⁹ em̄ benedictionē p remotionē a nobis
maloꝝ culpe ⁊ penalis miserie. Scd̄o imp̄ssionē bonoꝝ
sp̄ualium: per que efficimur socij beatorum: per hoc q̄d
dicitur/ascriptam. Tertio collatorū bonorum stabilitio/
nem: per hoc quod sequitur/ratam. Quarto discretionē
credendorum ⁊ agendorum/cum dicimus/rationabilē.
Quinto acceptationē operum nostroꝝ ad vitam beatā:
cum dicit/acceptabilem. ¶ Quinto exponūtur hec ea/
dem verba in ordine ad rem sacramēti: quod est corpus
⁊ sanguis christi sm Alexan. de ales ⁊ Innocē. sic. Quā
oblationem tu deus facias transmutari in eam hostiam:
que est omnino benedicta/ascripta/rata/rationabilis/
acceptabilis. Bn̄dicta dicitur salutaris hostia. idest ab
omni peccato maledictionis causa imunis: tam origina
li q̄ actuali: tam criminali q̄ veniali. Luce. j. Benedict⁹
fructus ventris tui. Ascripta dicitur: idest figuris et scri/
pturis veteribus designata: tam in paschali agno. Exo.
xij. tam in manna celico. Exodi. xvi. tam in isaac imolan/
do. Gen̄. xxij. q̄ in abel immolato. Gen̄. iiij. Hic enim est
agnus qui occisus est ab origine mundi. Apoca. xiij. Ra
ta dicitur non quasi transitoria: sicut vetus oblatio: que
cessit vbi noua successit: sed que permanet in eternū sm
ordinem melchisedech. Rationabilis dicit: idest habēs
effectū congruū: quasi nō penalis sicut legalis erat: que
in sanguine hircoꝝ ⁊ tauroꝝ nō poterat a pctō munda/
re: sed que sanguine pprio ꝯscientias emūdat ab operi/
bus mortuis. ad Heb. ix. Acceptabilis d̾r nō quasi illa de
qua dicit pphēta. Sacrificium ⁊ oblationez noluisti. Et
iterum dicit dominus. Non accipiam de domo tua vitu/
los: neq̄ de gregibus tuis hircos. Sed illa de qua Eccl.
xxxv. Sacrificium iusti acceptum est: ⁊ memoriam eius
nō obliuiscetur dominus. ⁊ Eiusdem. xlv. Ipsum elegit
ab omni viuēte offerre sacrificiū deo incēsum/⁊ bonum
odorem in memoriā placare pro populo suo. Loquit de
aaron sacerdote ad litteram. ¶ Hec autem expositio tan
git conditiones ipsius vere hostie. Et primo vt conside/
rate in se: secūdo in cōparatione ad prefigurationem le/
gis. Tertio sm comparationem ad mutationem legis:
que habebat aliam succedentem/quantum ad oblatio/

nẽ hostiarum: qḋ nõ habet hostia ista. Quarto ſm cõparationẽ ad effectũ. Quinto ſm cõparationẽ ad illum cui offertur. ¶ Z. Uel sic. Quã oblationẽ benedictã per cõsecrationẽ: ascriptã per approbationẽ: ratã per confirmationẽ. i. quã oblationẽ / cõsecratã / approbatã ⁊ confirmatã a te digneris facere rationabilẽ hostiã ⁊ acceptabilẽ. Rationabilẽ inquã. i. talẽ que diuine rationi cõueniat ⁊ acceptabilẽ. i. que bñplacito diuino cõplaceat. Cui aperte subiungit̃: Ut nobis corpus ⁊ sanguis fiat ⁊c. Refert

Differũt rõnabile ⁊ rationale.

dicere rõnabile ⁊ rõnale ſm Alex. Quia rõnabile dr̃ qḋ ſm cõsonantiã rationis ꝓcedit. Rationale qḋ vtitur ratione. Petimus ergo vt deus hãc hostiã bñdicẽdo cõsecret: vt cõfirmet quãtũ ad diuinã memoriã ibi ascriptã. i. talem que de memoria sua nulla possit obliuione deleri. Et petimus eã ratã fieri. i. talẽ que de ꝓposito suo nulla possit mutatione cõuelli. Ut acceptet quantũ ad duo: scʒ quantũ ad iudiciũ rõnis / ibi: Rationabilẽ. Et quantum ad beneplacitũ volũtatis / ibi: Acceptabilẽ. Consecratio refert̃ quantũ ad ip̃m sacramẽtũ: cõfirmatio ad premiũ: acceptatio ad meritũ / ꝙ oblationis memoria dei nõ deleatur: vel a ꝓposito dei nõ euellat̃: intelligit̃ quantum ad premiũ oblatiõis. Premiũ inquã fideliuʒ: acceptatio aũt dei respicit meritũ fideliũ. ¶ Z. Sequit̃. Ut nobis corpus ⁊ sanguis fiat dilectissimi filij tui dñi nostri iesu christi. ¶ Pars vltima tertie partis pncipalis: in qua petita hostie gratificatione / petitur eius cõsecratio per cõuersionẽ eius in verũ corpus ⁊ sanguinẽ christi: vnde dicitur. Ut nobis corpus ⁊ sanguis fiat. Nobis. i. ad nostrã vtilitatẽ ⁊ salutẽ. Ex substãtijs tibi oblatis / substãtijs scʒ panis ⁊ vini: fiat corpus ⁊ sanguis ꝑ trãssubstãtiationẽ scʒ harũ in istos sanguinẽ ⁊ corpus tua infinita v̄tute et potẽtia: qꝛ illa sola efficiente id fieri põt. Corpus dico et sanguis filij tui dñi nostri iesu christi dilectissimi tibi et nobis. Nobis / qꝛ nos a morte cui addicti eramus ꝓpter trãsgressionẽ primoꝝ parẽtũ liberãdis / seipsum in mortem obtulit deo patri tanq̃ preciũ nostre redẽptiõis. Sequẽs in cibũ ⁊ potũ nobis tribuit: vt nos ad vitã aleret sempiternam: ſm illud Joh. vi. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Propter qḋ merito a nobis summe diligi debet tanq̃ noster creator et reparator.

¶ Petimus autẽ vt nobis fiat corpus et sanguis christi cõformiter ad verbũ matris gloriose: que annũcianti angelo futurã christi corporalẽ conceptionẽ / respõdit. Fiat mihi ſm verbũ tuũ. Ad cuius ꝓlationẽ / formatum est in eius castis visceribꝰ illud corpus in quod cõuerti petimꝰ hostie nostre substantiã. Additur idẽ verbũ fiat: quia eadem requiritur potẽtia nunc in cõuersione: que requirebatur tũc in verbi incarnatione: immo que requirebat̃ in prima cõditione creature: vñ Gen. i. dr̃. Fiat lux: et facta est lux. ¶ M. Dicitur etiã fiat deprecatiue: vt designetur ꝙ sacerdos sua naturali actiua virtute nõ operatur ad p̄sentiã corporis ⁊ sanguinis christi in altaris sacramẽto: sed est tñ minister ⁊ instrumentũ huius ineffabilis cõuersionis. Uñ nõ in ꝓpria persona loquit̃ facio: sed fiat / virtute scʒ omnipotẽtis: in cuius potestate est facere hunc transitũ substãtie in substantiã: sicut eius potentie subsunt quantũ ad totũ esse ⁊ nõ esse. Dicit igitur vt nobis fiat. Quid. Certe corpus ⁊ sanguis. Corpꝰ sub speciebꝰ panis. Panis substãtia in ipsuʒ transeũte: ⁊ sanguis sub speciebꝰ vini / substãtia vini in sanguinẽ trãseũte. Cuius. Dilectissimi filij tui. Cui essentiã tuam o pater qua deus es ꝑ generationẽ eternã tribuisti: nõ per particule alicuius decisionẽʒ: quõ carnalis pater per seminis decisionẽ corporis materiã filio subministrat: sed totam tuã essentiã indiuisibilẽʒ indiuisibiliter cõicasti: vt ꝑ oĩa tecũ sit vnus deꝰ tibi per oĩa cõsubstãtialis: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs vere tibi dilectissimus: qꝛ ipsa diuina essentia obiectũ est infinite diligibile cuilibet potenti infinite diligere / qualis est pater celestis deus infinitus. Est eñi essentia diuina infinite ⁊ summe diligibilis / nedũ in se: sed etiam in quocũq; est per identitatẽ qualiter est in filio / cui est ratio essendi deũ. Dilectissimi igitur dr̃ filij tui. Tui / nõ per adoptionẽ / sed per naturã: ſm illud Hila. Et potestate ⁊ virtute nature patris filius gignit̃. Dñi nostri: qꝛ dedisti illi oẽm potestatẽ / ⁊ q̃ in celo est ⁊ q̃ in terra: ⁊ oĩa subiecisti sub pedibꝰ eius: vt in ipsius noĩe flectat̃ omne genu in supremi dominij ꝓtestationẽ / ⁊ nostre subiectionis recognitionẽʒ. Jesu christi saluatoris ⁊ mediatoris nostri: quẽ misisti vt saluũ faceret populũ tuũ a peccatis eorũ: vt esset ꝓpitiatio pro peccatis: teq; offensuʒ placaret: ac nos tibi displicẽtes reconciliaret ⁊ restitueret in pristine amicitie gratiã atq; graduʒ. Huiꝰ dilectissimi filij tui dñi nostri iesu christi petimus dari nobis corpus ⁊ sanguinẽ ꝓpter multiplicẽ fructũ atq; profectũ nobis ex eis ineffabiliter cõsequẽtẽ. Et tantũ de textus illius expositiõe.

¶ N. Sed nũc breuiter aliq̃d de ritu / qui in hoꝝ v̄boꝝ prolatiõe obseruat̃: videamus. Uñ hic fit corporis erectio post inclinationẽ p̄cedẽtẽ in orõne: Te igitur. Fit etiã manuũ eleuatio: ⁊ ad celuʒ tensio. Fit tertio signoꝝ crucis quina formatio. Erigit se sacerdos in corpore: vt ⁊ ad celum mentẽ erigat cũ fiducia obsecrãdo: quatenus manna celeste qḋ supra nos est: in altaris sacramentũ descẽdat / id patre clementissimo efficiẽte. Sic ꝓpheta oculos leuauerat in celũ vñ auxiliũ p̄stolabat̃. Uñ ait ps̃. cxxij. Ad te leuaui oculos meos: q̃ habitas in celis. Erigit q̃ corpus in hac diuinissima orõne: petẽs vt nobis caro ⁊ sanguis christi donet̃: ad significãdũ ꝙ sicut se erigit corporaliter: ita surrexit spũaliter a pulueribus peccatoꝝ: que ad ima deprimũt mentẽ. Eleuat manꝰ vt in sua petitione citiꝰ exaudiat̃: exẽplo moysi cui dñs cũ sursum manꝰ tẽderet: victoriã ꝯcessit liberaliter quã petiuit: vt habet̃ Exodi. xvij. Etiã in ꝓlatione hoꝝ verboꝝ / dilectissimi filij tui dñi nostri iesu christi / manus altiꝰ leuat ⁊ deponit ad excitandũ (cõformiter ad v̄ba dilectiõis) affectũ. Quasi dilectissimũ filiũ amorose affectiõis brachijs ad se stringere desideret deuotissime ⁊ amplecti. ¶ O. Tertio format sacerdos in hac orõne quinq; cruces: tres ꝯiunctim sup oblatã ⁊ calicẽ in his v̄bis: Bñdictã / ascriptã / ratã. Quartã diuisim sup oblatã solã in v̄bo corpus. Quintã sup calicẽ solũ in v̄bo / ⁊ sanguis. Cuiꝰ a varijs varie assignãtur rõnes: nã Alber. dicit ꝙ qꝛ bñdictio hostie ascriptio ⁊ ratihabitio siue cõfirmatio est a patre primo p̄fectore sanctitatis: ⁊ hãc in eã significat ꝓcedere sacerdos per tres cruces quas facit. Quia autẽ rõnabilis ⁊ acceptabilis est hec oblatio ex seipsa: in istis v̄bis rõnabilẽ ⁊ acceptabilẽ nõ facit cruces. Siliter in v̄ba corpus ⁊ sanguis quibꝰ incorporatiõis virtꝰ / ⁊ virtꝰ viuificatiõis designatur / que a deo ꝓcedũt in sacramẽtũ: ideo hec ꝓferẽs duas cruces facit. Sed aliter Inno. ⁊ Alex. dicunt. Sed pluribꝰ dimissis correspõdenter ad dicta supra lec. xxi. ꝓpe finẽ põt dici / ꝙ p̃ter hoc ꝙ crucis signationẽ sicut in ceteris sacramẽtis / materia ꝑparat̃ ⁊ sanctificat̃ / vt idonea fiat sacramẽtali cõuersioni: ſm illud stephani pape de conse. dist. v. Nunq̇d. Nunq̇d nõ omnia charismata sacerdotalis ministerij crucis figura perficiunt̃. Nunquid baptismatis vnda nisi cruce sanctificata peccã relaxat. Et vt cetera p̃tereamus sine crucis signaculo q̇s sacerdotij gradus ascẽdit. ¶ P. Preter hec habẽt ⁊ mysticas significatiões. Naʒ sicut ꝑ tres cruces in p̃ncipio canonis in his verbis factas: Hec dona: hec munera: hec sancta sacrificia illibata / significatur triplex christi traditio: ita per cruces hic factas designatur christi venditio: in qua considerantur persone quibus venditus est dominus: que sunt sacerdotes / scribe et pharisei: ⁊ illi designantur per tres cruces super oblatam et calicem factas. Cõsiderantur etiã persone venditoris iude ⁊ venditi christi: que quia multũ fuerũt discrete / ⁊ vita et sanctitate distincte: significat̃ per duas cruces: quarũ vnã facit super oblatam: aliã sup calicẽ dicẽs: Corpus ⁊ sanguis. ¶ Uel etiã per tres primas crucisignationes importatur vẽditionis

preciū/ter decem.i.triginta argēteis: vt vult beatus Tho. parte.iij.q.lxxxiij.arti.v. ¶ Alie plures rōnes: quarū aliq̄ videntur satis pueriles et impertinētes: quas et albertus satis acerbe reprobat: allegantur. Quia tñ hic ritus in ecclesia cōiter ab omnibus obseruatur: nemo hūc pretermittere aut cōtemnere psumat/qualicūq; ex motiuo hoc venerit in vsuz aut sit statutū: ne quis vt sapiēs in oculis suis ac singularis arguatur: recedatq; a moribus sancte matris ecclesie errare nō potētis/tanq̄ ferus singularis viā solitudinis ingrediēs/vbi deuijs multiplicibus abduci pōt: ne finē optatum ac desiderabilem consequatur.

¶ Lectio.xxxiiij. A



Qui pridie q̄ pateretur accepit panē etc. ¶ Ista est pars quarta canonis pncipalis: in qua pmissis orationibus ad patrē clemētissimū pro appositorū munerū bñdictione: sanctorū cōmemoratione/pro bñdictionis impetratiōe: addita deprecatiōe/pro oblationis acceptatiōe: Procedit nūc ad sacrificij perfectionē/scilz materie idonee et sanctificate cōsecrationē: qua panis vinique substātie in verū corpus christi et sanguinē substantialiter cōuertūtur. ¶ Et diuidit in duas ptes principales. In prima ponit ɔsecratio panis/q̄ in corpus christi cōuertit. In scda subdit cōsecratio vini/qd in eius sanguinē trāssubstantiatur/ibi. Simili modo. ¶ Circa primū/primo modus institutiōis huius sacramēti a christo pmittitur. Scdo vborū subdit forma: qua cōsecratio ipsa perficitur/ibi. Hoc est enim. Prima pars subdiuidit in quattuor particulas. In prima tangit huius gratiosissime institutionis tēpus et hora. Scdo ineffabilis trāssubstātiationis terminus a quo et materia/ibi. Accepit panē. Tertio ponitur huius sanctissime institutionis modus et circūstantia/ibi. Et eleuatis oculis. Quarto tangit institutionis finis et ratio motiua/ibi. Dedit discipulis. ¶ Quoad primū dicit. Qui pridie q̄ pateret. Qui scz dilectissimus filius tuus dñs noster iesus christus: pridie.i.precedenti die q̄ pateret. In quibus verbis: vt dictū est: tangit institutionis huius sacramēti tēpus. ¶ B Fuit autez
j.Cor.xj. de hoc tēpore altercatio inter grecos et latinos. In hoc quidē cōcordant/q̄ in vltima cena institutū est hoc diuinissimū sacramentū: sed quota die mensis cena celebrata sit discordia fuit. Vñ dixerūt greci cenā fuisse factā tredecima luna primi mensis: et cōsequēter dicūt christū cōfecisse in fermētato: ppter quod et ipsi in fermētato celebrant hoc sacrificiū: et nos latinos q: in azymis celebramus: negant vere cōficere. Cōtra quos beatus Anß. scripsit elegantē epistolā siue libellum de fermēto et azyma intitulatū. Et quia illa depēdent et vnū ex alio firmamētū accepit/scz tps cene et confectio eucharistie ex azymo aut fermēto: ideo simul hic ptractanda sunt: licz scdm de azyma et fermēto magis sequentē particulā (accepit panē/vbi de materia huius sacri tractabit) respicere videatur. Primo ergo vidēde sunt rōnes grecorū ac eorū error. Secūdo declarāda erit veritas. Tertio rōnes in ɔtrariū dissoluēde. ¶ C Quantū ad primū/arguūt greci pbare nitentes q̄ dñs cenā nouissimā cū discipulis cenauerit tredecima die mēsis primi nysan: quē nos dicimus martiū fm lunationē. Christus cenā celebrauit die imediate pcedēte diē passionis sue: et hec fuerat tredecima: igitur cenā fecit die mēsis.xiij. Cōsequētia tenet expositorie p reductionē: et maior patet ex decursu oim euāgelistarū. Nam in ipsa nocte cena facta instructisq; discipulis/surgēs a cena et introiēs hortū in latere mōtis oliuarū/captus est: mane crucifixus. vñ ait Ioh.xviij.c. Hec cū dixisset iesus egressus est cū discipulis suis trans torrentē cedron: vbi erat hortus: in quē introiuit ipse et discipuli eius. Et consequēter describit captionē eius. Luce q̄.xxij.c. dñs in cena dixit petro. Dico tibi petre: nō cātabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me. Hodie diē dicit naturalē includentē noctē illā et sequens mane. Et sequit ibidē. Adhuc qd scriptū est oportet impleri. Et cū iniq̄s deputatus est. Adhuc dicit noctē eādē/qua hec vba christus ptulerat. Marcus q̄ et Mat. dicūt dñm in cena dixisse discipulis Oēs vos scādalū patiemini in me in ista nocte. Paulus vo.j.Cor.xj.agrissime ait. Dñs iesus in qua nocte tradebat accepit panē. Ex quibus manifeste patet cenā: in qua christus instituit h sacrm: ea nocte fuisse celebratā qua dñs traditus est et mane crucifixus. Minorē scz q̄ dies illa fuit xiij. mēsis primi: sic pbare nitunt. Cena pcessit diē immolationis veri agni paschalis: h est passione christi in cruce qua se patri obtulit: vt dicit apls.j.Cor.v. Pascha nostrū immolatus est christus. Haud dubiū q̄n a seipso: vt dicit idē ad Heb.ix. Sanguis christi q̄ p spm sanctū semetipm obtulit imaculatū deo: emūdauit ɔsciētiā nostrā etc. Et h fuit.xiiij.luna: et p ɔñs cena facta est.xiij.luna. ¶ Qd autē christus passus sit.xiiij.luna sic pbant. Veritas debet correspondere vmbre: et figura rei: agnus aūt paschalis fuit vmbra/et figura veri paschalis agni: et imolatio imolationi: igit ea die christus verus agnus dei imolari debuit in cruce q̄ agnus typicus in lege. Agnus aūt typicus immolari pceptus est luna.xiiij. vt habet Exod.xij. vbi de agno paschali dr. Seruabitis eū vsq;.xiiij.diē mensis huius. Immolabitq; eū vniuersa multitudo filiorū israel ad vesperā. ¶ Preterea Ioh.xiij.dr. Ante diē festuz pasche sciēs iesus q: venit hora eius. Et post. Cena facta cū discipulis cū diabolus iā misisset in cor etc. Ex quibus vbis videt q̄ cena fuit facta ante diē pasche: sz dies pasche fuit.xiiij. luna: vt habet Leui.xxiij. Decimaq̄rta die mensis ad vesperā celebrabitis pascha: igit cena q̄ pcessit diē pasche facta fuit.xiij.luna. ¶ Itē Ioh.xviij. habet/q̄ iudei nō introierūt domū pilati vt nō cōtaminarent: sed māducarent pascha. Ex q̄ arguit: christus illa die passus est q̄ iudei māducarūt pascha. Hoc aūt factū est (scz pasche mandu catio) decimaq̄rta luna: g̃ cena pcedēs passiōis diē: facta est luna tertiadecima. Et hoc cōcordat ei qd pncipes iudeorū dixerūt: vt scribit Math.xxvj. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret in pplo: ideo nō crucifixerunt christū in prima die azymorū luna q̄ntadecima/que fuit celeberrima: nō aūt crucifixerunt post: g̃ ante/scz luna.xiiij. ¶ Itē de sctis mulieribus legit Lu.xxiij q̄ viso monumēto in q̄ positū fuit corpus dñicū: reuertētes parauerūt aromata et vnguēta. Hec aūt pparatio fuit die in q̄ licuit opari fm legē: aliter enim mulieres sancte ɔ legis pceptū non laborassent/pparādo vnguēta et emēdo aromata: et ita nō erat dies q̄ntadecima lune: q: die q̄ntadecima fuit solēnitas et pma dies azymorū: sicut dr Exo.xij. Septē diebus azyma comedetis. Et sequit. Dies pma erit scā atq; solennis: et dies septima eadē festiuitate venerabilis. Nihil opis facietis in eis/exceptis his q̄ ad vescēdū ptinēt. Dies ergo passionis christi quo et sepultus est: fuit decima quarta luna quā precessit cena. Fuit igit cena tertiadecima luna cū discipulis celebrata. ¶ Itē glo. sup illud Luce.xxij. Appropinquabat dies festus iudeorū: dicit. Inter pascha et azyma hoc distat/q̄ pascha vocabat sola dies in qua agnus comedebat ad vesperā.i.quartadecima luna primi mēsis. Dies azymorū erāt a quintadecima luna vsq; ad.xxj. diē eiusdē mēsis.xv. itaq; dies erat prima solēnitas et festū azymorū: in quo dñs nō est crucifixus: sz die precedēte: fm illud principū iudeorū. Nō in die festo ne forte tumultus fiat in pplo. Ex h cōsequenter inferūt/q̄ christus in pane fermētato cōfecit: q: cenauit tertiadecima luna: in qua nōdum fuerat azyma in domibus iudeorū. Consecrauit enim in pane quo tunc vtebātur iudei: nō autē vtebant azyma ante vesperā diei.xiiij. quo comedebāt pascha: vt habet Exo.xij ¶ Preterea ad idem arguunt. Magis ɔuenit cōficere in fermētato q̄ in azyma: nā fermētatū expssius significat christū q̄ azyma. Fermentū enim significat charitatis feruorem: vt vult glo. Math.xiij. super illud. Simile est regnū celorū fermēto etc. Sed per

mensis nysan i. martius mensis

azymā significat puritas christi a pctō. Maius aūt bonū est feruo: charitatis / q̄ puritas a pctō: ergo fermētū rep̄sentat christū quātū ad mai⁹ bonū q̄ azyma. ❡ Itē arguūt. Si dn̄s nolebat nos seruare ritū iudeoꝝ: videt q̄ nec ipse seruauerit: nō ergo cōfecit in azyma. ❡ Item adueniēte veritate / cessare debuit figura: ergo adueniēte christo q̄ veritas est. Joh. xiiij. cessare debet vmbra. Existente igitur vero pane / scʒ christo. Joh. vj. Ego sum panis viuus ₇c. cessare debuit panis figuratiu⁹ / scʒ panis azymus: nec de cetero sumi in vsum: alioq̄n vtētes eo iudaizarēt. ❡ Itē ꝯ latinos arguūt. Uos qꝺ p̄cepit lex quantū ad azyma obseruatis ad litterā. Littera autē occidit. j. Coꝛ. iij. Sic ergo faciētes moꝛtē operamini: nō meremini ad vitā. ❡ Itē obijciūt / in euāgelio vbi fit mētio huius sacramēti / in greco habet archon: sed archon p̄o fermētato accipitur: ideo cōficiēdum est in fermentato.

❡ D His rōnibus greci pernoti dicūt in solo fermētato posse cōfici eucharistiam. Et in tantam insaniā p̄rupuerūt: q̄ q: euāgeliste Math. Mar. ₇ Lu. ponūt cōtrariū vt patebit: ausi sunt dicere q̄ falsuʒ scripserūt: ₇ q̄ Johānes eos correxit. Un̄ vt dicit Inno. ipsi asserunt parasceuē luna decimaq̄rta extitisse: in qua verus agn⁹ est immolat⁹: vt legis impleret figura: q̄ decimaq̄rta luna p̄mi mēsis paschalē agnū iusserat imolari. Dn̄s igitur eadē die passurū se esse p̄noscēs in p̄cedenti vespera necessitate cōpulsus anticipauit comedere pascha: quo tūc licite poterat comedi fermētū: ₇ ita ipsi in fermētato cōficiūt. Hoc de illo / scʒ recitatione erroris grecoꝝ cū suis p̄bationibus. ❡ E Quantū ad scꝺm est veritas ostēdēda. Un̄ sine omni dubitatiōe credēdū est q̄ christus agnuʒ paschalē māducauerit decimaq̄rta luna s̄m legis dispositionē: quā nō venit soluere: sʒ adimplere. Et q̄m in eadē cena post agnū typicū eucharistiā cōfecit: in q̄ seip̄m agnū verum discipulis suis dedit sub specie panis. Nec erat tūc panis fermentatus in iudeoꝝ domib⁹. Dedit ergo seip̄m suis discipulis sub specie panis azymi māducādum: nā Exo. xij. dr̄. Edent carnes assas igne nocte illa ₇ azymos panes. Et sequit. Habebitis aūt hūc diē in monumentū: ₇ celebrabitis eū solennē dn̄o in generationibus vestris cultu sempiterno. Septē dieb⁹ azyma comedetis: in p̄mo die nō erit fermētū in domibus vestris. Quicūq̄ comederit fermentū peribit aīa illi⁹ de israel a p̄ma die vsq̄ ad septimū diē. Prima autē dies incepit a vespera lune decimaq̄rta. Un̄ sequit ibidē. P̄mo mense. xiiij. die mensis ad vesperā comedetis azyma / vsq̄ ad diem duodecimū eiusdē mensis ad vesperā. Septē dieb⁹ fermentū nō inuenietur in domib⁹ vestris. ❡ Ex quib⁹ manifeste patet q̄ ad vesperā diei. xiiij. p̄mi mēsis quo cōedebat agnus paschalis vsq̄ ad duodecimū diē eiusdē mensis / nō fuit fermentū in edib⁹. Christus igit eadem die post agnū legalem eucharistiā cōficiens / nō in pane fermētato: sed in azymo cōfecit. Qꝺ autē christ⁹ decimaquarta luna agnū paschalē comedit ₇ nō p̄ueniēdo decimatertia die: patet: quia Mat. xxvj. dr̄: Prima autē die azymoꝝ accesserūt discipuli ad iesuʒ dicētes. Ubi vis paremus tibi comedere pascha. Et sequit. Et parauerunt pascha. Uespere aūt facto discūbebat cū duodecim discipulis. Un̄ glo. Prima die azymoꝝ. i. decimaq̄rta die p̄mi mensis / q̄n abiecto fermētato agnū immolabant ad vesperā. ❡ Itē Marci. xiiij. P̄mo die azymoꝝ / q̄n pascha imolabāt: dicūt ei discipuli. Quo vis eamus ₇ cōparemus tibi vt māduces pascha. Et sequit. Et parauerūt pascha. Uespere autē facto venit cū duodecim. ❡ Item Luce. xxij. Uenit aūt dies azymoꝝ in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrū ₇ Johannē ₇c. sequit. Et parauerūt pascha. Et cū facta esset hoꝛa discubuit: ₇ duodecim ap̄li cū eo. Fecit ergo dn̄s pascha eo die quo necesse erat occidi pascha: hec fuit decimaq̄rta luna mēsis p̄mi: vt patet ex p̄dictis. ❡ F Ex quo sequit q̄ nō in fermētato: sed azymo cōfecit. Itē ritus cōsecrādi in azymis ecclesie romane habet ex institutiōe ap̄loꝝ cū quibus dn̄s cenauit: quib⁹ p̄sentibus eucharistiā cōfecit: eis dedit: eosq̄ in dispēsatores eucharistie cōsecrauit: qꝺ est maximū argumētū ad p̄positū cōfirmandū. Un̄ Inno. Id solū sufficit latinis ꝯ grecos / q̄ cōstantinopolitanā ecclesiā multarū heresum corruptio fermētauit: vt nō solū hereticos: verū etiā heresiarchas p̄duceret. Romanā aūt ecclesiā super ap̄lice fidei petrā stabili soliditate fundatam / nulla p̄oꝛsus heretice prauitatis p̄cella potuit conquassare: sʒ illud semp̄ integra fide seruauit: qꝺ ab ipsis ap̄lis accepit: qui eaʒ p̄sentialiter sacris doctrinis instruxere: ₇ ecclesiastici rit⁹ regulā docuerūt. Ab ipsis ergo beatis ap̄lis petro ₇ paulo: q̄s ₇ viuos habuit: ₇ defunctos custodit: hui⁹ sacrificij ritū accepit: qꝺ hactenus inuiolabili cultu seruauit. ❡ Uerū licet cōsecrādū est in azymis quō ₇ christ⁹ cōsecrauit: ₇ romane ecclie ritus hʒ: nihilominus tn̄ in fermentato pōt cōfici: q: nō differt fermētatū ab azymo substātialiter ₇ s̄m speciē: sed accidēte solo. Et sicut idifferēter ex vino albo ₇ rubeo cōficit: licʒ christus in altero tantū ꝯfecit: ita s̄m btm̄ Anß. nō tm̄ ex azymo: sed etiā ex fermētato cōfici potest. Un̄ beat⁹ Anß. in ep̄la allegata ait. Propter h̄ soluʒ videt se ₇ carnē suam panē vocasse: ₇ de pane coꝛpus suum fecisse: q: sicut ille panis azymus vel fermētatus dat vitā trāsitoꝛiā: ita coꝛpus ei⁹ eternā: nō q: fermētat⁹ est vel azymus. Hec Anß. Indifferēter ergo se hʒ quantū ad h̄ q̄ ex vtroq̄ pōt cōfici verū coꝛpus christi. Un̄ ₇ greci vere cōficiūt ceteris parib⁹: nec ex h̄ tantū arguēdi sunt: quātū ex h̄ q̄ dānāt cōficiētes in azymo: dicētes q̄ nō cōficiūt: q̄n in h̄ errant ₇ heretici iuste iudicant. ❡ G Oꝛta est aūt hec dissensio grecoꝝ a latinis: q: sicut dicit leo papa: q̄n erroꝛ vigebat de legali obseruātia / q̄ fuit ebionitarū: qui dixerunt necessariū esse christianos iudaizare: ₇ p̄ ꝯn̄s pascha suū in azymo cōficere: decreuerūt q̄ ecclesia nō cōficeret de azymo: sed fermētato quousq̄ erroꝛ ille cessaret. Un̄ ecclesia p̄mo cōficiebat de azymo. Scꝺo de fermentato. Tertio cessante hac causa / redijt ecclesia romana ad ritū p̄mū: ₇ cōfecit ex azymo. Greci v̄o tāq̄ sup̄bi noluerūt ad ritū p̄mū redire: ₇ ex h̄ coacti sunt suū erroꝛē defendere. P̄io dicētes / se hūc ritū accepisse a patrib⁹. Scꝺo q: hoc nō sufficiebat: addiderūt rōnem / ne iudaizarēt. Tertio q: nec hoc sufficiebat: si dn̄s cōfecisset in azymis: ausi sunt dicere / q̄ dn̄s cōficiebat de fermētato. Et q: euāgeliste cōtrariū dicunt: ausi sunt blasphemare q̄ euangeliste falsum dixerūt. ❡ Quare aūt ecclia romana nō indistincte ex vtroq̄ pane / fermētato scʒ ₇ azymo cōficit: sicut ex vino albo idifferēter ₇ rubeo: r̄ndet Alex. de ales parte. iiij. q. xxxij. mēbro. iij. Etsi i vtroq̄ pane cōfici posset: nihilominus panis azymus magis cogruit consecrationi. Et hoc ratione multiplici: P̄imo: ex debito cōfoꝛmationis coꝛpoꝛis qꝺ est ecclesia: ipsi capiti christo / qꝺ de huiusmodi pane cōfecit. ❡ Secūda: exp̄essio puritatis singularis sacramēti cū re cōtenta. Panis enim azymus ratione qua est sine fermēto: exp̄essius rep̄sentat puritatē singularē humane nature in christo: que sicut azyma de fermētato sumpta est: sic sumpta est de massa coꝛruptiōis sine omni corruptione peccati. ❡ Tertia ratio: Exp̄essio simplicitatis singularis sacramēti cū re cōtenta. Sicut eñ in genere panis azymus est simplicissimus: quia i minoꝛi substātia esse nō posset panis: sic christus in genere hominū simplicissimus: idest minime est diuisus. In ipso eñ sunt oēs virtutes ₇ dona: ₇ vniuersaliter omnia bona in medio indiuisibili: sicut loq̄mur de medio virtutis: qꝺ virtus app̄hēdens punctualiter est p̄fectissima: ₇ ab excessu et defectu: que vitiū inducūt: remotissima. ❡ Quarta ratio. Insinuatio diligētie adhibende: vt mēbra coꝛpoꝛis christi mystici cōfoꝛment se in puritate cum coꝛpoꝛe christi vero. Puritas enim azymi diligēti obseruātia p̄paratur: ne extra medium suum deuiet. Sic sumentes azymā carnē christi se diligentissi-

me prepararēt: vt in se custodiāt mediū puritatis. vñ Ans. In lege/vbi fere oia in figura fiebāt: p̄ceptū fuit in pascha azymū panē comedere: vt ostēderet q̄ christus: quē expectabāt: purus ⁊ mūdus futurus esset. Et nos q̄ mā ducaturi eramus corpus eius: similiter esse moneremur puri ab omni fermēto malicie ⁊ nequicie. Et he rationes haberi possunt ex epistola beati Ansel. s̄. allegata dicentis. Apertissimū est quia melius sacrificat̄ de azymo/q̄ de fermētato. Tum q: valde apertius/purius ⁊ diligēti⁹ fit: tū q: dñs hoc fecit. Apertius dicit rōne expressionis singularis simplicitatis: qua cōuenit sacramētū cum re. Purius rōne expressionis singularis puritatis/qua cōuenit sacramentū cū re. Diligētius rōne insinuationis diligentie adhibēde ex parte mēbrorū/vt se cōforment capiti. ¶ Sic ergo colligēdo summarie q̄ dicta sunt: d̄r/q̄ cōficere in azyma nō est de necessitate sacramēti. Differentia harū necessitatū patet. s̄. lec. j. Primū ostensum est: quia in fermētato si attētat̄ fit ɔsecratio. Scd̄m patet: quia sic cōsecrās peccat faciēs ɔtra ritū ⁊ preceptū ecclie. Vñ ex de celeb. missa. c. lras. punit̄ qui in fermētato cōsecrauit. Et dicit Sco. in. iiij. dis. xj. q. vj. in fine. Forte grauiter peccāt etiā greci: qui se nō ɔformāt ecclesie petri: maxime cū hic habet̄ fundamētū solidū: q: sic christus instituit h̄ sacramentū celebrādū: ad minus si nō necessario q̄n aliter fieri possit: tñ sic magis cōgrue celebrat̄. ¶ D Quantum ad tertiū soluēde sunt rōnes grecorū. ¶ Ad primam qua arguit̄ q̄ dñs tertiadecima luna cū discipulis cenauit: cōcedit̄ q̄ cena facta est die imediate p̄cedente diem passionis: sed negat̄ q̄ illa fuerit tertiadecima luna: sed vt visum est: fuerat facta decimaquarta luna. Ad p̄bationē negat̄ q̄ dñs passus sit decimaquarta luna: s; passus est decimaquinta luna. Et ad p̄bationē d̄r q̄ veritas correspōdebit figure. ¶ Ad cui⁹ intellectū notādū s̄m Alexan. q̄ circa agnū typicū duo fiebāt/scz imolatio ⁊ comestio. Quantū ad comestionē/vmbra r̄ndit veritati ⁊ figura rei: q: decimaq̄rta luna/scz in cena cōedebat̄ agn⁹ typicus ⁊ agnus verus. Nā facta cena de agno paschali dedit dñs discipulis agnū verū/scz corpus suū: silr imolatio r̄ndit imolatiōi. Immolatio em̄ figuralis agni facta est luna decimaq̄rta: ⁊ imolatio veri agni silr luna. xiiij. inchoata est: q: post cenaz nocte iouis. xiiij. luna incepit passio christi: q̄n factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. Lu. xxij. Itē nocte illa fuerat captus/ligatus/cōsputus/colaphis ⁊ alapis cesus. Marci. xiiij. Sic ergo nocte illa inchoata fuit imolatio: ⁊ die sequenti cōsummata: ⁊ sic figure veritas r̄ndebat. Vñ glo. sup illud Luce. xxij. Venit autē dies azymorū: dicit. Licet sequēti die. i. decimaq̄nta luna sit crucifix⁹: hac tñ nocte qua agnus imolabat̄: ⁊ carnis sanguinisq̄ suis discipulis sacra celebrāda tradidit: ⁊ a iudeis tentus ⁊ ligatus ipsius immolationis. i. passionis sue sacrauit exordiū. ¶ Aliter pōt dici s̄m veritatē legis qua dies currebat a vespera in vesperū: vt d̄r Leui. xxiij. A vespera vsq̄ ad vesperā celebrabitis sabbata vestra. Et de festo pasche hoc plane determinatū est: vñ Exod. xij. habet̄. Primo mēse decimaq̄rta die mēsis ad vesperā comedet̄ azyma vsq̄ ad. xxj. eiusdē mēsis ad vesperā. Cū ergo vesperū. xiiij. diei/quo immolabat̄ agnus: fuit pars sequentis diei: eodē die verus agnus imolat⁹ est quo agnus typicus. ¶ I Et si obijcit̄. Ante resurrectionē dñi dies precessit noctē s̄m magistrū in histo. In nocte aūt resurrectionis terminat⁹ ordo naturaliū/q̄ est vt dies p̄cederet noctem: deinde creator temporū fecit vt nox precederet diē. R̄ndetur q̄ ille ordo: quo dies noctē p̄cessit: fuit s̄m cursum cōem tēporū: nihilomin⁹ speciali rōne ordinatū fuit in lege/q̄ in solēnitatib⁹ nox p̄cederet diē: ⁊ currerēt dies solēnes a vespera in vesperā. Cui⁹ ratio fuit: q: ille solennitates fuerūt figure solennitatū tēporis grē: in quibus h̄mōi ordo seruat̄: ⁊ maxime solennitatū patrie: que sequūtur ad noctē tribulatiōis vie. ¶ L Ad secūdū similiter ⁊ ad tertiū respōdetur per distinctionē hui⁹ nominis pascha. vñ s̄m Inno. ⁊ Alex. nomen pascha multipliciter accipit̄: ⁊ equiuocatione hui⁹ nois greci decepti sunt. Accipit̄ em̄ q̄nq̄ pro hora imolationis agni typici: vñ Luce. xxij. Appropinquabat dies fest⁹ azymorū qui d̄r pascha. glo. Pascha d̄r solus dies in quo agnus occidebat̄ ad vesperū. i. decimaq̄rta luna primi mēsis. Q̄nq̄ accipit̄ pro agno paschali typico: vñ Luce vbi. s̄. Venit autē dies azymorū: in qua necesse erat occidi pascha. Q̄nq̄ accipit̄ pro vero agno paschali q̄ est christus dñs. j. Cor. v. Etem̄ pascha nostrū immolat⁹ est christ⁹. Q̄nq̄ p̄ die festo azymorū: q̄ fuit quintadecima post equinoctiū vernale. Ioh. xiij. Ante diē festū pasche sciēs iesus. Q̄nq̄ accipit̄ p̄ cibis paschalib⁹/panib⁹ scz azymis/quib⁹ vescebantur tempore paschali. de quo Exod. xij. Primo mēse xiiij. die mēsis ad vesperā comedetis azyma/vsq̄ ad. xxj. eiusdē mensis ad vesperā. ⁊ sic accipit̄ Ioh. xviij. Nō introierūt pretoriū: ne cōtaminarent̄: sed māducarēt pascha. ¶ Per hoc patet ad argumēta q̄ beatus iohannes cū dixit. Ante diem festū pasche. accepit pascha pro p̄mo die azymorū que fuit. xv. luna mēsis primi. Et hoc innuitur cū dicitur: ante diē festuz. Differt em̄ dicere s̄m Alex. diē pasche/⁊ diem festuz pasche: nec sunt idē vt patet ex lege. Dies em̄ pasche est decimaquarta luna: dies festus pasche quintadecima luna: vñ Leuiti. xxiij. Mense decimo. xiiij. die ad vesperū phase dñi est. i. pascha: ⁊ decimaquinta die mensis hui⁹ solēnitas azymorū dñi est. ⁊ ita ante diem solennē pasche que fuit luna. xv. facta fuit cena dñi. i. xiiij. luna ad vesperā: ⁊ ita nō est pro grecis: sed magis cōtra eos. In illa aūt aucto. Ioh. xviij. vbi d̄r. Vt manducarēt pascha. accipit̄ pascha pro azymis panib⁹: vt dictum est: quos comedebāt septē dieb⁹. ¶ Et p̄ hoc ad illud q̄d addit̄. Nō in die festo ⁊c. Dicit̄ q̄ causa hui⁹ dicti ⁊ dispositiōis iudeorū addit̄: ne forte tumult⁹ fieret in populo. Nō enim p̄pter festi reuerentiā/disposuerāt crucifixionē differre: sed ne tumultus fieret in populo: qui in maxima copia ad festū illud cōfluxerat. Et ita ne de manibus eorū raperetur. Ideo nacta opportunitate: ⁊ submota causa tumultus populi/iuda se offerēte ad tradendum illū: sine tumultu fecerūt cōtrariū/mutātes p̄positum: ⁊ hoc diuina dispositione: vt veritas correspōderet figure: q: q̄ntadecima luna eduxerat p̄plm hebreorū de egypto: ⁊ eodē die mors christi eduxit p̄plm suū de tenebris p̄cti: vt Inno. Porro dispositio sacerdotū ɔ̄ dispositione dei p̄ualere nō poterat: q̄ disposuerat vt ver⁹ agn⁹ in dieb⁹ paschalib⁹ imolaret̄. ¶ L Ad quartū de sctis mulierib⁹ vnguēta post dñi sepulturā preparātib⁹: d̄r ab aliquib⁹ q̄ prima die azymorū/scz die passionis dñi q̄ solennis erat: interdicta fuere opera seruilia: vt Leui. xxiij. Prim⁹ dies erit vobis celeberrim⁹: omne opus seruile in eo nō facietis. H̄mōi aūt vnguēti p̄paratio q̄ cōgruebat defunctis: q: fuit opus misericordie: nō reputabat̄ inter seruilia: ⁊ ita p̄ h̄ q̄d dicebat̄ Exo. xij. Nihil opis facietis in eis exceptis his q̄ ad vescēdū p̄tinēt: nō excludebatur q̄n opa spūalia fieri poterant: q̄le fuit opus mulierū. Dicūt igit̄ q̄ mulieres sancte ab hora qua viderāt christum positū in monumētū: sicut d̄r Luce. xxiij. vsq̄ ad vesperū eiusdē diei/p̄parauerūt vnguēta q̄ habebāt: ⁊ ad vesperū a preparatiōe quieuerūt s̄m legē p̄pter sabbatū: de q̄ preceptū fuerat in lege/q̄ a vespera celebrarent vsq̄ ad vesperā sine aliquo opere: tūc em̄ nō licebat preparare que ad cibū erant necessaria. Illa etiā dies sabbati inter oia sabbata celeberrima erat: ⁊ p̄pter pascha/⁊ propter sabbatū. Licuit ergo p̄parare vnguēta luna. xv. q: h̄ fuit opus misericordie: ⁊ ideo nō seruile. ¶ Sed cōtrariū videtur Marci. xvj. Cum trāsisset sabbatū: maria magdalena ⁊ maria iacobi ⁊ salome emerūt aromata/vt venientes vngerent iesum: igitur die veneris dominice passionis nō parauerūt aromata: quia nōdum fuerant empta. ¶ Solutio s̄m glo. Emerunt: idest empta parauerunt:

qꝺ enim residuū fuerat nō paratū : die veneris paraue/
runt dū transisset sabbatū. Uel aliter/iudei multos sum
ptus facere solebāt circa funera. Nā ꝛ nicodemus:q̄ ve/
nerat ad iesum nocte p͛mū venit ferēs mixturā myrrhe
ꝛ aloes quasi libras centum. Joh.xix. Ecce sumptus ma
gnus. Mulieres igit̃ videntes nō sufficere vnguenta q̄
parauerāt die veneris: post sabbatū plura emerūt:ꝛ illa
parauerūt: vt dicit Marcus. ¶ Aliter posset dici ꝙ mu/
lieres ille iam instructe in fide christi nō curabāt h̄mōi le
galia obseruare. vñ Inno. ꝙ autē mulieres in die pasche
dicūtur vnguēta parasse nō obest : quia nō erāt sub lr̃a:
sed sub gratia. ¶ Uerū huic videt̃ cōtrariū qꝺ Lucas di
cit. Et sabbato quidē siluerunt ꝑpter mandatū: ex quo
patet ꝙ legis mādata seruabant ¶ M Ideo adhuc
aliter dici pōt/ꝙ ille mulieres cognoscētes christi mortē
futurā: ante mortē ei⁹ parauerūt necessaria ad cōdendū
corpus eius. vñ Inno. Mulieres reuertētes ẜm Lucā/
portauerūt vnguētū ꝛ aromata: q̄ ante lōge parauerūt:
q: frequēter audierāt dn̄m moriturū. Nōne magdalena
iam parasse videt̃ per inspirationē preoccupasse ministe
riū inūctionis: teste veritate q̄ dicit. Mittēs hoc vnguē
tum hec in corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Et iterū.
Sinite illā vt i die sepulture mee seruet illud. Sic vnguē
tum qꝺ prius inceperat : cōsummauit. ¶ Posset adhuc
dici ꝙ reuertētes mulieres a monumēto ꝛ sepultura/pa
rauerūt aromata/nō statim protūc: q: nullū vel minimū
tēpus videt̃ fluxisse iter horā sepulture ꝛ vesperā sabba
ti qua incepit solēnitas sabbati. Nam sero depositus est
dn̄s de cruce: vt dicit Mat.xxvij. Et ꝑpter parasceuē iu/
deoꝝ in monumēto horti qꝺ ꝓpe erat: posuerūt iesū: vt
dicit Joh.xix.c. ꝛ Luc.xxiij. Parasceue erat ꝛ sabbatum
illucescebat.i. vespera qua incepit solēnitas sabbati: ẜm
illud Leui.xxiij. A vespera in vesperā celebrabitis sabba
ta vestra. Sed trāsacto sabbato: quo siluerunt: ꝛ finē ha
buit in fine sequētis diei: tūc quidē emerūt aromata que
defuerūt: vt dicit Marcus. Dū trāsisset sabbatū ꝛc. eme
runt aromata vt venientes vngerēt iesum. Uenientes nō
statim tūc ꝑpter noctē de ꝓximo imminentē: sed expecta
bāt mane sequētis diei: q̄ fuit prima sabbati.i. prima post
sabbatū: ideo sequit̃ in Marco. Et valde mane vna sab
batoꝝ/veniūt ad monumentū orto iam sole. ¶ N Ad
quintū de glo. Luce.xxij. q̄ dicit/ꝙ sola dies māducatio/
nis agni dicat̃ pascha: ꝛ alij dies azymoꝝ. Dicendum ꝙ
glo. ponit differentiā inter illā dictionē pascha in vna si/
gnificatiōe tm̄: ẜm quā accipit̃ in illo textu quē ibi expo/
nit. Preter autē illā etiā ꝛ aliter accipit̃ vt dictū est. Qꝺ
autē ex illo infert̃ ꝙ christus in fermētato confecit: illud
nō sequit̃: etiā si verū esset qꝺ greci ꝓbare laborāt: scʒ ꝙ
christus tēpus māducandi agnū paschalē preuenisset: ꝛ
cū discipulis luna tertiadecima cenasset. Cū si ita pre/
uenisset diē legitimū comedere pascha: sciēs ꝙ futurum
erat sup eū: vtiq̄ ꝑuenisset comedere agnū ẜm cerimoni
as ꝛ dispositionē legis: q̄ precepit ꝙ nō nisi cum azymis
comederet̃: ꝛ sicut ꝑuenisset comedere agnū: ita ꝛ ꝑue/
nisset comedere azymū. Et discipuli q̄ preparauerūt pas
cha: ꝑparassent ꝛ azyma: ꝛ ita ex h̄ greci intētū suū habe
re nō possent: scʒ ꝙ christus in fermētato cōfecisset. Fal/
sum tn̄ est antecedēs/ꝙ cena facta sit luna tertiadecima.
¶ Ad sextū quo arguūt ex significatiōe fermentati/pro/
pter quā magis cōgruit sacro q̄ azyma: d̄r. Et si fermētū
exprimit ẜm glo. allegatā qꝺ meli⁹ est in christo/scʒ cha/
ritatē: nō tn̄ in ꝓpria ꝛ expssa silitudine christū exprimit:
q: nō solus christus charitatē habuit: licʒ solus summā/
quā summā appropriate nō significat fermentū. Azyma
aūt significat puritatē singularē christi soli⁹/scʒ naturaʒ
nostrā sumptā sine omni corruptiōe ifectiōis: vñ Inno.
r̄ndens grecis dicētib⁹/ꝙ fermētū significat tumorē vte
ri virginalis ꝛ vinculū vnionis: dicit. Nā etsi fermentū si
gnificat tumorē vteri virginalis: ꝛ vinculū vnionis: por
ro multo religiosius illud azyma insinuat/ꝙ ẜm aplm/
christ⁹ de massa peccatrice corpus sine peccō suscepit tāq̄
de fermēto susceperit azymū. Et vt inter christū ꝛ ppl̄m
malicie ꝛ nequicie nihil fit: sic inter frumētū ꝛ aquaʒ in
azymo nil veteris masse vel aduene corruptiōis interue
nit: nā per frumētū christ⁹: per aquā ppl̄s designat̃: ẜm
illud. Nisi granū frumēti cadēs in terraʒ mortuū fuerit:
ip̄m solū manet. Joh.xij. Et illud. Beati q̄ seminatis sup
oēs aquas. Esa.xxxij. glo.i. corda gentiū emollita. Aqua
sine fermēto mixta frumēto designat populū sine pecca
to christo cōiunctum: q̄ q̄ illud soleat designare ꝙ sicut
azymus panis de pura massa sine fermēto conficitur: ita
corpus christi de illibata virgine sine crimine est conce/
ptū. Sunt ꝛ alie cōgruētie supra tacte. ¶ O Ad septi/
mū breuiter d̄r/ꝙ dn̄s nolens nos iudaizare/nō hoc q̄si
ex lege retinuit: sʒ de nouo instituit: sicut ꝛ de baptismo
in aqua constituto. Judei aqua lustrabant̃: ꝛ nos aqua
lustramur: nō autē ex legis ordinatione: sed ex christi dn̄i
nostri institutione. De h̄ statim infra. ¶ Ad octauū d̄r ꝙ
adueniēte veritate cessare debet figura sub rōne figure.
Pōt tn̄ manere materia figure: nō vt figura veritatis vē
ture significatiua: ꝛ ita cessauit esus agni paschalis : ces/
sauit ꝛ panis azymus in ea significatione qua instituta
sunt in lege: qm̄ adhuc paschali tēpore agnellos mandu
camus: ꝛ nōnunq̄ panes azymos: nec tn̄ hec faciētes iu
daizamus. vñ beatus Ansel. Facere aliq̄d qꝺ fiebat ẜm
legē: nō est iudaizare: nisi fiat intētione adimplēdi legē:
vt q̄ ex infirmitate circūcidi se faceret: nō vt ritū legis ob
seruaret: nō iudaizaret. Qꝺ autē aiūt nos iudaizare ait
Ansel. nō est verū: q: nō sacrificam⁹ de azymo vt legē ve
terē seruemus: sed vt diligētius fiat: ꝛ vt dn̄m qui hoc nō
iudaizando fecit: imitemur. Cū em̄ facimus aliq̄d qꝺ vt
iudaismū seruarēt faciebāt: nō iudaizamus : q: nō ꝑpter
iudaismū: sed aliā causam h̄ facimus. Si em̄ in dieb⁹ pas/
che azymū panē aliq̄s comedit: siue q: nō h̄ʒ alium: siue
quia magis illo delectat̃ q̄ fermētato : aut si quis ꝑpter
infirmitatē preputiū circūcidere cogit̃. Aut si boui suo
trituranti quis: ne esuriat: os non alligat: nullus nisi insi
piēs/hoc agentē iudaizare iudicabit. Cū ergo nos panē
azymū sacrificamus: nō vt ꝑ azymū tanq̄ ꝑ figurā dn̄m
iesū futurū esse significam⁹ : sed vt ip̄m panē in corpus
ei⁹ diuina cooperāte v͛tute sanctificem⁹: nequaq̄ in h̄ le/
gis vetustatē obseruamus: sed euāgelij veritatē celebra
mus. Itē simili rōne nec ipsi deberēt cōficere in fermēta
to: q: pceptū fuit in lege Leui.xxiij. ꝙ offerrēt panes pri
mitiarū fermētatos. vñ Inno. Si propter hoc repudian
dum est azymū: quia lex illud admisit: pari rōne repudi
abitur fermentatū: quia lex ait. Offerēt panes fermēta/
tos cū hostia gratiarū: que imolat̃ ꝓ pacificis. Leui.vij.
¶ P Ad nonū de eo ꝙ littera occidit. d̄r. Uerum est si
seruat̃ qꝺ vete. testa. lr̄a pcipit vi p̄cepti legis: ꝛ h̄ quan
tū ad sacrificia cerimonialia ꝛ figuralia. Secus si tanq̄
de nouo per legē gr̄e statuta sint assumpta: vt. s̄. dictum
est. Uerū argumētū hoc beatus Ansel. retorquet in gre/
cos dicēs. Sic vos cōficitis de fermētato: q: d̄r a ꝓpheta
scʒ Amos.iiij. Offerte mane victimas vestras trib⁹ dieb⁹
decimas vestras: ꝛ sacrificate de fermētato laudē. Aut h̄
dicit ꝓpheta approbādo vel reprobādo. Si reprobādo:
igitur ex hoc nō debetis autoritatē assumere cōficiēdi in
fermētato. Si approbādo: ꝛ vos seruatis hoc ad litterā/
ꝛ littera occidit: ergo vos subiacetis illi damnationi qua
damnatis vos. ¶ Ad decimū quod obijciunt de nomine
archon: respondet Alexā. ꝙ nomen archon aliquādo ac
cipitur pro fermētato. Aliquando pro pane azymo: nam
Exod.xxix. dicit̃. Archos azymos. similiter Nume.vj. vbi
nos habemus canistrum panum azymoꝝ: ipsi habēt ar/
chos refertos oleo. Aliquando accipitur ꝓ fermētato ꝛ
azymo cōmuniter: vnde ratio illoꝝ nō valet. Patet itaq̄
ex dictis veritas nostri textus / quantum ad tempus ce/
ne designatum: cum dicit. Qui pridie q̄ pateretur.

¶ Lectio.xxxv. A

Ccepit panē in sanctas ac venerabiles manus suas. ℂ Hec est scđa particula prime partis subdiuisionis principalis partis quarte toti⁹ canonis: in qua tangitur ineffabilis trāssubstantiationis terminus a quo/siue materia. Unde dr: Accepit/scʒ christus. Volens etenim aīas nostras reficere cibo spūali animo cōgruēti: per nil aliud id facere statuit/q̄ per carnē ppriaʒ ⁊ sanguinē eius naturalē: vt nulla esset natio tam grandis que haberet deū tam ppinquū sibi/q̄ nobis summa ⁊ excellentissima diuinitas adest: in eo q corpus suū: cui inseparabilr ⁊ ieffabilr vnita est: nobis tradere disposuit in cibū ⁊ sanguinē i potū. Hoc vt pficeret: accepit panē in sanctas. i. sanctificātes ac venerabiles man⁹ suas propter vnitā manibus deitatē: pp̄ter quā summa veneratione sunt adorabiles: scʒ theosebia que est latrie cultus vt tactu sanctarū ⁊ diuinarū manuū suarū pane materiali vim sacramēti cōferret. Hoc est ipsuʒ in materiā huius viuifici sacramēti deputaret ac ordinaret: quatenus omni tēpore in verū corpus christi trāssubstātiari posset. Sicut enim tactu mundissime sue carnis (fm Bedam) vim regeneratiuā cōtulit aquis: ita ⁊ acceptione panis in venerabiles sanctasq̄ manus suas/vim pani tribuit: vt ex eo tanq̄ congrua materia corpus suū confici possit. Et hoc significatū est Joh. vi. vbi dn̄s panes quinq̄ quib⁹ refecturus erat turbas: in manus suas accepit ⁊ bndixit priusq̄ turbis distribuēdos discipulis dedit. De his manibus dr: Cant. v. Manus eius tornatiles/auree/plene hyacinthis. Tornatiles dicuntur: q: in oēm operationem mobiles ⁊ volubiles. Auree/q: in oībus eoꝝ opationibus splēdet virt⁹ deitatis. Plene hyacinthis: q lapis est celestis virtutis ⁊ coloris: q: in oibus opationib⁹ celestē indicat vitam ⁊ intētionē. ℂ B Cū ergo hac acceptione panis in manus sanctas ac venerabiles christi/panis accepit vim essendi materia hui⁹ sacramēti: tractandū est de huius sacramēti materia. Ubi primo videndū est que sit huius sacramēti materia. Scđo de eius cōgruitate ac institutionis causa. ℂ Quoad primū est omniū catholicoꝝ doctoꝝ cōcors snīa: q huius sacramēti materia simpliciter necessaria panis est ⁊ vinū. De hoc Alexāder papa: ⁊ in cōcilio carthaginēsi: vt habet de cōse. dis. ii. c. In sacramēto. Statutū est: imo christi institutio cōmemorata est/q in sacramēto corporis ⁊ sanguinis dn̄i/nihil amplius offerat/q̄ qđ ipse dn̄s tradidit: hoc est panis et vinū aqua permixtū. Qđ dr: aqua pmixtū/cōgruitatis est nō necessitatis. Ideo statim sequit. Nec amplius in sacrificijs offerat/q̄ de vuis ⁊ frumētis. Uerū de aqua cur vino admisceat infra videbit. Itē eadē dist. c. Cū omne. Julius papa reprobat errorē eoꝝ qui pro vino ausi sunt lac apponere. Un̄ ait. Cū eīm magister veritatis/verū salutis nostre sacramentū suis cōmendaret discipulis: nulli lac: sʒ panē tm̄ ⁊ calicē sub hoc sacramēto cognoscimus dedisse. Et sequit. Cessat ergo lac in sacrificādo offerri: q: manifestū est/⁊ euidēs exēplū euāgelice veritatis illuxit/q preter panē ⁊ vinū aliud offerri non licet. ℂ Ex quo sequit q nō est cōueniēs materia hui⁹ sacramēti farina aqua elemētari coagulata: neq̄ pasta: quia materia huius sacramēti est panis: nō autē pasta hmōi dr: panis. Et q̄uis pbabile sit pastā ⁊ panē nō differre specie essentiali: quia per decoctionē paste ab igne nō fit vt videtur nisi extractio humoris aquei cōmixti cū partibus farine: que mixtio est per solā iuxtapositionē partiū humoris ⁊ farine. Hec autē separatio humoris nō mutat specieʒ: q: per ipsaʒ nihil tollitur pertinēs ad rei essentiā: sicut ⁊ talis cōmixtio speciē non variat: quia nō est ibi vera cōpositio: nec cōstitutio alicuius vnius ex his que adinuicem miscētur: sed quodlibet remanet in natura ppria ab alio distinctū. Et q̄uis ita esse sit pbabile: non tamen de pasta potest cōfici: quia instituit christus panē vsualē pro materia huius sacramēti: quia talis cōmuniter cōsueuit nobis esse sacramentū/propter cōgruentias infra assignādas. ℂ Sed occurrit triplex dubiū. Primū vtrū omnis panis fm substantiā sit apta cōsecrationis materia. Secundum/vtruʒ omnis panis fm quantitatē. Tertiū/an omnis fm qualitatē. ℂ C De primo dubio/vtruʒ omnis panis cuiuscūq̄ substantie: siue de spelta: siue de siligine: an solus triticeus sit ɔsecrabilis: est multoꝝ doctorum sentētia/q solus panis triticeus est materia apta huius sacramēti: ita q si in pane spelticeo vel silligineo attētaretur: nihil fieret. Cuius causaʒ precipuā dicūt diuinā institutionē. Hanc autē institutionē cōuincunt ex cōparatione christi/qua se grano frumēti cōparauit. Frumēti dicunt. i. tritici: quia granum tritici nobilissimū est: qđ ex inter cetera grana plus habet de medulla: per antonomasiā granum frumēti appellat. Unde asserunt christū in pane ex tali grano/cui se cōparauerat: sui corporis instituisse sacramentū. Apostolos quoq̄ in tali pane cōsecrationē frequētasse: ⁊ illius panis vsum ecclesie reliquisse. ℂ Pro ista opi. ⁊ sentētia allegat beatus Augu. super illud Joh. xii. Nisi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit: ipsum solū manet. Cū sint multa grana frugū: nulli se cōparat nisi illi/scʒ grano frumēti. Un̄ mos cepit ecclesie de illo solo grano ɔficere corpus dn̄i. Hui⁹ opinionis videtur esse sanctus Tho. doctor subtilis/Durādus Gerson ⁊ pleriq̄ alij. ⁊ Alex. de ales parte. iiii. q. xxxii. dicit. Sunt autē plura alia grana tritici habētia solūmodo differētias accidētales: vt forte spelta ⁊ candith: de quibus cōfici licet: ⁊ cōficitur in quibusdā terris. Cui cōsentit Durādus credens pbabiliter inter speltā ⁊ triticum solū esse differentiā accidentalē cōtra sanctū Thomā: cuius pbabilitas ex cōmuni dicto vulgari accipit: quo dicit q in qbusdā partib⁹ seminato tritico in certos agros nascitur spelta: qđ videtur argumentū idētitatis fm speciē: quia ex granis ⁊ seminib⁹ generant vt frequēter filia fm speciē. Deducitur etiā hec idētitas specifica ex similitudine accidentiū proprioꝝ ⁊ cōmunium spelte ⁊ tritici. Multū siquidē appropinquāt qboad quantitatē/figuraʒ ⁊ colorē/⁊ quoad alia: que etiā q̄uis remote: indicāt tm̄ diuersitatē ⁊ identitatē in forma specifica ℂ Dn̄s Albertus dicit in quarto/q q̄uis spelta sit alteri⁹ speciei a tritico: est tm̄ panis de spelta materia apta ⁊ vere cōsecrabilis. Et h q: spelta est spēs frumēti. Addit q si christus vsus est pane triticeo: tm̄ in tali vsu videt dedisse virtutē generi fm oēm suā speciē. ℂ Sed illud dicit Durādus: nō videt bene dictū: q: in certis sacramētis illud qđ assumit p materia sicut est vnū noīe: ita est vnū specie: sicut patet de aqua baptismi/⁊ oleo extreme vnctiōis. Nō eīm nisi in aqua elementari materia est baptismi: ⁊ non nisi oleum oliue/materia vnctionis: non oleum nucum/aut seminis raparum: oportet ergo q panis qui est materia huius sacramēti. sit idē fm specie: nec sufficit identitas fm gen⁹. ℂ Thomas de argentina dicit. Uellē q in isto pūcto/⁊ in qbuslibet alijs in quib⁹ tractat de his q ad necessitatē pertinēt sacroꝝ: sine quib⁹ nō putat esse veritas in sacris: doc. nunq̄ sibi ɔtradicerēt: ⁊ sicubi hoc fieri cōtingeret/q ecclia romana per determinationē suā remediū adhiberet. Huic addit duo dicta. Primū q cōsultius est q sacerdos in sua cōsecratione vtat pane triticeo: q: oēs doctores christiani fatent talē panē cōuerti in corp⁹ dn̄i/platis certis vbis a ministro idoneo. Multi aūt et magni doctores ⁊ solēnes negāt panē spelticeum in christi corpus cōuerti. Scđm dictū est/q nō pbat sufficiēter per alios ista negatiua: q panis spelticeus nō est ɔsecrabilis. ℂ Ad cui⁹ intellectū sciēdū fore dicit/q fm Isido. lib. xvii. etymo. c. iii. frumētum est in plus q̄ triticū. vn̄ dicit Isido. Frumēta sunt q aristas habēt: reliqua vo que aristas nō habēt: fruges appellant. Ideoq̄ dicit ibidem siligines/et multa similia de genere esse frumentorū: eo q aristas habēt: immo ipsum triticū genus dici frumēti

multas

multas habēs spēs. vnde dicit: Siligo gen⁹ tritici a se lecto dictū: nā in pane spēs eius pcipua est. Et de ordeo trimensi dicit: Trimense triticū ideo nuncupatū: qꝛ satū post tres mēses colligit. ❡ D Cū igitur neqꝫ ex fide: neqꝫ ex sacra scriptura: neqꝫ ex statuto ecclie in decreto aut decretalibus contento: neqꝫ ex originalibus sanctorū doctorū haberi possit/ ꝙ solus panis triticeus sit materia consecrabilis: non probat sufficienter hec negatiua/ ꝙ panis de spelta nō sit cōsecrabilis. Unde de sum. tri. ⁊ fi. ca. vbi fit mentio specialis de hoc venerabili sacramēto: nō fit limitatio materie ad panē triticeū. Similiter in ca. Cū marthe. de cele. missa. hec arctatio nō ponit: vbi singulariter de hoc sacro pertractat. Neqꝫ in decretis de cōse. dis. ij. limitatio ad panem triticeū reperit: vbi ratio diffuse de hoc sacramēto agit: vt patet etiā in ca. supra allegatis. Sili ex euāgelijs aliud haberi nō pōt: qꝛ nullibi habet determinatior locutio de materia huius sacramēti: ꝙ qd dicit. Accepit iesus panem. Nō aūt videt quin panis sit vniuocum ad omnē panem vsualem: siue sit de tritico/ spelta/ siligine vel ordeo. Sicut ⁊ frumentū vniuocum esse videt ad triticū/ speltā/ siliginē et ordeum: ꝙuis hec sese excedant in pfectione: sicut homo/ asinus/ leo: de quib⁹ vniuoce dr aial. Ex quo videt cōcludi/ ꝙ nō valet dictū quorundā dicentiū/ ꝙ frumentum qn per se stat: ponit pro suo significato famosiori siue digniori qd est triticū: quia illa regula habet veritatē tm̄ in analogis: que sunt vere equiuoca: nō in vniuocis. Nunc autē frumentum nō est analogū: qꝛ nec equiuocū ad triticū/ speltā/ siliginem ⁊c. ꝙuis sit analogia quedā pfectionis inter significata sua: sicut generaliter in significatis p quodcūqꝫ gen⁹. Genus siquidē plures sub se cōtinet spēs perfectione differentes: cū nulle due species sint eiusdē pfectionis: qꝛ hnt se vt numeri. viij. metaphysice. Nec tm̄ ppter hoc genus per se positum/ stat p specie pfectiori: vt patet de animal/ lapis/ brutū ⁊c. Non em̄ sequit: est aial: ergo est homo. Nec sequitur: nō est homo: ergo nō est aial. Quomodo sequeret in analogis: est hō ergo est hō viuus. Et sequit: nō est hō viuus ergo nō est homo: immo sequit/ est homo pictus: ergo non est hō. Sic in pposito non seqtur: hoc est frumētū ergo est triticū. Nec sequit: hoc nō est triticū: siue hoc est spelta: ergo non est frumentū: cū vt dictū est: frumentū vniuoce dicat de oibus habētib⁹ aristas etiā apud vulgū. ❡ E Videtur igitur sufficere ad hoc ꝙ aliquid sit materia apta consecrationis: ꝙ sit panis: dum tamē sit de granis aristarum. Hinc panis coct⁹ de fabis/ pisis/ lentibus/ vel alio legumine nō habente aristas/ nō est cōsecrabilis. Hinc de cōse. dis. ij. in cap. in sacramento. s. allegato habet: Nec ampli⁹ in sacrificio offerat: ꝙ de vuis ⁊ frumentis. Pro illo facit ꝙ apparatus illi⁹ decreti nō excludit ab hoc benedicto sacro aliqd vere frumentū: sed dūtaxat piper ⁊ loliū. ❡ Ad hoc pōt ratio adduci: Sancta mater ecclesia satagēs filios suos in honorē sui sponsi educare: vbi cōspicit occasionē ruine vel deuiationis: monitis salutaribus ⁊ statutis solicita est obuiare: et vbi maius periculū imminet: prouidet vigilātius. Multa autem statuta edidit circa hoc sacramētū venerabile: puta ꝙ sacerdos sit ieiunus: ꝙ certis et benedictis vtat vestibus: ꝙ nō celebret nisi in loco cōsecrato nō interdicto: ꝙ nō nisi in altari lapideo chrismatis vnctione benedicto: non nisi tempore certo: nec sine igne et ministro. Et circa sacramentū sanguinis multa sunt statuta: ꝙ scilꝫ vino aqua apponatur: ꝙ non in calice ligneo/ vitreo aut cupreo celebret. aut consecratus simul sumat: ⁊ cetera multa: quorum tamē nullū est de veritate ac necessitate sacramenti/ quin sine quolibet horū: immo sine oibus simul sacerdos de facto si attentaret cōsecrare: vere conficeret: qꝛ tamen illa cōferunt ad reuerentiam et honorē christi ⁊ deuotionē populi: siue ad quasdam significationes mysticas: placuit ecclesie ea oia in consecratione tam digni ac ineffabilis sacramēti obseruare: sed si materia consecrationis corporis christi est solus panis triticeus: longe maius periculum esset ipm non assumere: ꝙ in consecratione sanguinis vel vino aqua non permixto: aut pretermittere quodlibet predictorum. Quoniā p assumptionē panis non triticei/ omitteretur aliquid essentiale: ac quod foret de necessitate sacramenti: quo frustraretur totus effectus cōsecrationis: quia nihil fieret/ eo ꝙ deficeret debita materia. In alijs aūt tm̄ omitteretur aliquid requisitum de bene esse sacramenti vel cōsecrātis: ⁊ tamē nullibi reperitur ecclesiam pcepisse: vt sol⁹ panis triticeus ad corpus christi cōsecrationē assumat: ⁊ ecclesia prouida circa minus necessaria negligēs esset circa necessaria: et prohiberet scyllā/ et relinqueret carybdim: quod de ecclesia sponsa christi: que sponsi sui spiritu regitur: nefas est cogitare. Maxime etiam cum ante multos annorum centenarios hoc ipsum apud catholicos doctores solēnes versum est in dubium: vt patet de Alberto magno et sequacibus suis. ❡ F Videt igit probabile ꝙ panis vsualis de frumento cōfectus/ siue sit de spelta/ vel de alio frumento/ sit apta materia cōsecrationis. Nihil em̄ plus conuincit ex euangelijs: nisi ꝙ christus accepit panē. Neqꝫ aliquis sanctor doctor ex originalib⁹ determinati⁹ locutus est. Unde nō videt tutū ac securū quēcunqꝫ scholasticū doctorē etiam acerrimi ingenij ac profunde scientie diffinire hanc negatiuā: et determinare ꝙ panis de spelta/ aut alio vero frumēto/ nō est apta materia cōsecrationis: cū vt dictū est: ad hoc nō habeat euidēs canonis autoritas: nec diuina reuelatio: nec cogens ratio: nec ecclesie determinatio. ❡ Denique periculosum videt: vt in simili arguit doctor subtilis i primo dist. xxvj. periculosum inquā est articulū fidei limitare vel restringere ad certū intellectū specialē: dū saluari pōt in generali. Hic em̄ faceret a fide apostatare: cum aliquid in hoc sensu credendū proponeret: vbi sine repugnātia scripture rationis ⁊ autoritatis in alio sane intelligi posset. Hoc preterea esset credibile: certū ponere i dubiū ⁊ incertitudinē. Nō em̄ certū est quod ex incerto dependet: hoc aūt in pposito fieret. Certū quidē est ex scriptura sacra/ ꝙ christ⁹ cōsecrās corpus suū/ accepit panē: qm̄ hoc euangeliste scribūt. Dicere aūt ꝙ hoc non saluat nisi in isto sensu particulari: ꝙ accepit panē triticeū: ⁊ illū per hoc tanqꝫ materiā cōsecrationis instituit: est trahere certū ad dubiū: qꝛ ille particularis sensus (vt dictū est) ex nullo autentico pōt deduci. ❡ Difficile quidē est ⁊ forte impossibile christū vsum fuisse in consecratione pane triticeo. Hoc tm̄ posito adhuc certum nō est/ neqꝫ euidens/ christū per huncvsum determinate hunc panem vt materiā cōsecrationis instituisse: ⁊ nō potius omnē panem: immo si hoc fecisset: verisimile est euāgelistas hoc determinate expressisse: ⁊ nō in quadā generalitate explicasse: ex qua in dubium quid ⁊ qualiter christus fecit rationabiliter posset reuocari/ quomodo ecclesiam sic in incerto reliquisset/ maxime in aliquo simpliciter necessario requisito ad sacramenti veritatē. ❡ Preterea christus in consecratione calicis vsus est vino mixto cum aqua: vt inferius patebit: nemo tamē dicit aquam cum vino esse materiā necessariam sacramēti sanguinis ex tali vsu: sed vinum duntaxat. ❡ Amplius/ christus (ponamus) vsus est vino albo in cōsecratione sanguinis: et quis dicet ex tali vsu vinum rubeū non esse materiā aptam consecrationi: cū tamen probabile sit vinū rubeū specie differre a vino albo/ ppter diuersas proprietates et operationes quas habent: que diuersitates vt videtur arguūt quarundā qualitatū propriarū cōsequētiū formas specificas diuersas. Uinum quippe rubeum (vt fertur) cōstipat: albū laxat: quod non cōpetit eis ex aliquo humano artificio aut industria: sed ex naturali proprietate: que formā consequitur specificā. Immo forte nō oia vina alba sunt eiusdem speciei specialissime: sicut nec oia pira: nec omnia poma: vbi arguitur diuersitas ex vapore/ teneritudine folliculorū/ vitiū/ propaginū/ foliorū: que videntur tantū differre: quantum arbores diuersorū fructuum/ diuersorum scꝫ pomorum ⁊ diuersorū pirorum. Accidētia autem maxime propria/ media sunt arguendi differentiam specificam naturarum quoad nos/ qui proprios substātiarum conceptus non habemus. ❡ Preterea christus sim

omnes doctores/apostolos sacerdotes ordinauit: dicens ad eos: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Facite h inquã quod ego feci. Quid autẽ fecit christus. Accepit panem et fregit &c. dicens: Hoc est corpus meũ. Ergo sacerdos hoc ipsum nunc faciens: & certa verba proferens/consecrat/ sicut christus consecrauit. Accipiens autem panem de spelta/aut alio frumento accipit panẽ: ergo cõsecrat sicut christus. ¶ Qd autẽ beatus thomas & ceteri arguũt christum vsum fuisse pane triticeo: non cõcludit propositũ: quia hoc certum nõ habetur. Et si hoc poneretur: adhuc nõ haberetur intẽtum: qz de vino hoc nõ sequitur: est vsus vino albo: ergo vinũ rubeum nõ est materia sacramenti sanguinis: inter q̃ tamen apparet differentia specifica. ¶ B Ex eodem fundamento non concludit ratio durandi dicentis/ꝙ materia corporis christi est vna sm nomẽ: ergo debet esse sm spẽm: quia hoc fallit vt apparet in materia sanguinis. Qd autem dicit sic esse in ceteris sacramentis/propositum suum nõ cõcludit. In baptismo quidem sic est: quia christus instituendo materiã baptismi/vsus ẽ hoc nomine aqua/dicẽs: Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Quod etiam sm Porphi. est species specialissima: dicente philosopho in topi. Ois aq̃ omni aque est eadem specie. Instituendo autẽ materiã corporis christi/dicũt euangeliste/ꝙ accepit panem: vtuntur ibi euangeliste nomine panis quod genus esse videtur sub se certas continens species. ¶ Quod dicit de materia vnctionis/ꝙ sit oleum oliuarum non oleum nucum: si hoc verũ est: habetur ex determinatione ecclesie: que si in proposito haberetur cessaret questio: sed si non habetur: nec sancti hoc exprimũt: stat dubiũ ibi sicut hic. Dum addit ꝙ vsus panis triticei ab apostolis ad nos vsqz descendit: nõ videtur hoc vniuersaliter verũ: cum dicat Alexan. de ales pte. iiij. q. xxxij. mẽbro. iiij. ꝙ in quibusdã terris conficitur de spelta & sanduch. Hic ritus quoad panẽ triticeum/ qui ad nos descẽdit: forte plus introductus est ppter reuerentiã sacramenti: q̃ ppter necessitatẽ: quia triticum est nobilior species frumenti: ea propter plus q̃ alia frumenta est assumptum. Sicut laudabiliter in quibusdam bene ordinatis ecclesijs vinũ optimũ qd ex cremẽtis hri põt: dat celebrãtib⁹/ ppter reuerẽtiã magis q̃ necessitatẽ. ¶ Qd etiã adducitur cõparatio xpi/q̃ cõparauit se grano frumẽti: nihil videtur facere ad ppositũ: qz non comparauit se grano tritici: sed grano frumẽti indifferenter & indistincte. Pro quo facit autoritas allegata Aug. dicentis. Cũ multa sunt genera frugum: nulli se compat nisi illi: volens p hoc a comparatione secludere fruges nõ verũ frumentum. Et preterea ex tali cõparatione nullus panis factus est materia sacramẽti: sed ex speciali institutione christi materia eius effecta est. ¶ Et qd dicit beatus Augu. ꝙ inde cepit mos ecclesie in tali grano cõficere: verũ est: & hoc institutione subsequente: q̃ si subsecuta nõ fuisset: quis panẽ assumeret ad consecrandum corpus christi. Hec dicta nõ tanq̃ conclusio certa accipiantur et sufficienter probata: sed tanq̃ pbabiliter causa scholastici exercitij adducta: & neqz ecclesie determinationi: nec canonice scripture: neqz originaliũ patrũ sanctorũ dictis repugnãtia/melius sentiẽti in nullo preiudicantia. Hec de materia primi dubij. ¶ H Quantũ ad scdm dubiũ/ de quãtitate materie. Dicunt quidã ꝙ sacerdos nõ potest cõsecrare materiam panis nisi in determinata quãtitate: in tãta scilicet quãta cedere debet in vsum fidelium. Cuius rationem assignãt ex verbis hugonis de sancto victore. Sacramentum irritũ reputatur si cõtra institutionẽ celebretur. Debet igitur intẽtio ministri (aiunt) cõcordare institutioni sacramẽti. Institutio autẽ sacramẽti est ppter vsum fidelium: vt scilicet vtatur ipso in pfectũ gratie & virtutũ: igitur si minister intẽdat cõsecrare tantũ panẽ quãtus cedit in vsum fideliũ: verum est sacramẽtũ: aliter nõ. ¶ Preterea ministris ecclesie data est potestas/nõ in irrisionẽ fidei & sacramẽtorũ: sed in edificationẽ ecclesie et fideliũ: sm apostolũ. ij. Cor. x. Potestatẽ dedit nobis dñs in edificationẽ: & nõ in destructionem. Sed irrisio esset fidei et sacramenti/si sacerdos consecrare posset totũ panẽ qui est in foro: et omne vinũ qd est in cellario. ¶ Sed responsio illa alijs nõ placet: nã vt arguit beatus thomas pte. iij. q. lxxiiij. ar. ij. Si sacerdos intẽdat cõsecrare ppter finẽ malũ vt irrideat: veneficia faciat: aut incantet: nihilominus propter potestatem sibi datã pficit sacramentũ: et tamẽ hec intentio magis est difformis institutioni q̃ prior. ¶ Preterea intentio ministri requiritur ad sacramenti pfectionẽ: sed nõ quecũqz: sed illa que est de his que intrinsece pertinent ad ipm: & nõ illa que est de cõtingentibus. Nam si quis baptizaret puerũ non ea intentiõe vt baptizatus consequeretur salutẽ: sed cupiditate pecuniarũ: vel alia peruersa intẽtione: puta quia baptismũ ad salutem nihil credit proficere: huius intẽtionis defectus effectũ sacramẽti nõ euacuat/quo minus sit vere sacramentũ: dum tamen seruat formã et ritũ ecclesie: intendẽs qd ecclesia facere cõsueuit: q̃uis baptismũ nihil valere credat: vt supra dictum est lectione. vj. Propter qd etiam beatus Aug⁹ cõcedit hereticos baptizare. Sic in proposito vsus sacramenti eucharistie non est de illis que sunt intrinseca sacramẽto: cũ illud sacramentũ quoad fieri consistat precise in cõsecratiõe materie: immo per vsum definit esse sacramẽtũ: & nõ cõsistit in vsu sicut cetera sacramẽta. Ideo intentio de vsu sacramẽti nõ est de necessitate sacramenti. ¶ Qd autẽ dicit hugo de sancto victore/ꝙ sacramentũ irritũ habetur si contra institutionẽ celebretur: intelligendũ est qñ celebratur cũ omissione eorũ que instituta sunt obseruari/tanq̃ pertinẽtia ad necessitatẽ et essentiã sacramẽti: de quorũ numero nõ est intentio vsus sacramẽti. ¶ Dicitur ergo sm illos/ꝙ quilibet sacerdos potest cõsecrare panẽ in tanta quantitate: quantã põt habere presentẽ. Cuius ratio est: qz cõcurrentibus oibus q̃ sunt de necessitate sacramẽti/est verũ sacramẽtum: sed pane quantũcũqz magno p̃sente sacerdoti/si ipsum cõsecrare intendat: et profert verba ad hoc a christo instituta: iam concurrũt oia que ptinẽt ad hoc sacrm intrinsece: & que absolute requiruntur: ergo vere cõficit. ¶ Dicitur aũt notãter: quãtocũqz pane p̃sente: qz panẽ absente etiã modice quãtitatis/cõsecrare nõ potest. Hinc sacerdos existens in ecclesia non põt cõsecrare panẽ in foro. Cum enĩ forme verborũ consecrationis contineãt in se pnomen demonstratiuũ: ideoqz requirit p̃sentiã materie cõsecrande. ¶ Et per hoc ad secũdũ argumentum inductum respondetur/ ꝙ licet ministris ecclesie nõ sit data potestas propter hoc vt abutãtur: nihilominus tamẽ abuti possunt: tam illa que est iurisdictionis: q̃ illa q̃ est cõsecrationis. Sententia est beati Tho. & Durandi. ¶ De tertio dubio: qualitate scz materie panis: vtrum in azymis seu fermentatis confici possit: satis dictum est p̃cedẽti lectione: ideo de hoc nõ plura. ¶ I Placet simul tractare de materia consecrationis sanguinis: ne eorũdẽ repetitio fastidium ingerat relegenti. Est autem materia cõsecrationis sanguinis/vinum de vua vitis expressum. Ratio principalis est institutio christi: qui in vino vitis hoc sacramentũ instituit. vnde Lu. xxij. Accepto calice dixit. Dico vobis/nõ bibã de generatione vitis donec regnum dei veniat. & Mar. xiiij. Iam nõ bibã de genimine vitis/ vsqz in diem illum cum illud bibam nouũ in regno dei. De congruentia postea dicetur. ¶ Ex quo sequitur ꝙ vinum pomorũ/aut artificiale/nõ est apta materia cõsecrationis sanguinis christi: qz nõ est vinũ vitis: nec est simpliciter vinũ: sed equiuoce & sm quid. ¶ Secundo sequitur ꝙ vinũ in vua nõ expressum/nõ est materia apta cõsecratiõis sanguinis: quia liquor ille in vua magis habet rationẽ comestibilis/q̃ potabilis. Et de hoc dr de cõse. dist. ij. Didicim⁹. & ca. seque. Cũ oẽ. vbi phibetur cõiunctio vuarũ in hoc sacrificio: et conceditur in necessitate expssio vini de botro in calice. ¶ Sequitur tertio ꝙ agresta non põt esse huius sacri materia: qz nõdũ habet vini speciem: sed est in via ad vini generationẽ: et q̃q̃ nõ videatur differre nisi per maturum et immaturũ: hoc tamẽ arguit diuersitatẽ specificã. Requiritur enĩ ad veritatẽ vini/ꝙ sit digestũ in vua: nã digestũ et indigestũ variat spẽm. Agresta aũt nõ est digesta; ideo sicut nõ

Materia consecrationis sanguinis.

ex pasta corpus: ita nec ex agresta sanguis domini cōficit. ¶ Quarto sequit ꝙ nec acetum est materia consecrabilis. Patet: q: nō est eiusdem speciei cum vino: sed est vinū corruptū: vnde non fit reditus de aceto in vinum. Uerum alex. de ales distinguit de aceto: q: vel deductū est ad vltimā corruptionis a qua nō cōtingit regredi in vinū: qd̄ simpliciter est alterius speciei: ⁊ de illo sanguis christi nō conficitur. Uel nōdum ad tantam corruptionē est deductū: sed est quasi vinū acidū nondū plene corruptū: ⁊ de illo potest fieri consecratio. Ad hoc allegat Innocē. dicentem: Licet diligenti studio vinū optimū sit inquirendum: vt in sacrificiū offeratur: vitiū tñ vini nō maculat mūdiciā sacramēti. Quocirca siuē nouū vinū, qd̄ dicitur mustū: siue vinū acidū, qd̄ appellat acetum: in sacrificiū offeratur: sacrm̄ cōficitur: ⁊ diuinitus cōsecratur. Et dicit alexāder, ꝙ in aliq̄bus regionibus solū cōficitur ex aceto: quia ad illas regiones nō potest deferri vinū manens in suo esse potissimo. Item quedā glo. de cōse. dis. ij. sicut. §. dicit: De aceto cōficitur si ex vino factū fuerit: alr̄ non: q: prope eadē vsia est. Ex quib⁹ tamē si caute attēdantur verba: manifestū est ꝙ nō loquūtur de aceto ꝓprie: qd̄ iam vini spēm mutauit: sed de aceto large. i. de vino acido quod est in via ad corruptionē, nondum corruptum: sed adhuc ꝓpriam speciem vini seruans.

¶ Quinto sequit ꝙ in musto pōt fieri cōsecratio: quia mustū vinū est quod attestat eius dulcedo: que signum est digestionis: et proprietas q̄ vini facit opus. Nā letificat: calefacit: ⁊ inebriat: qd̄ vini spēm arguit. Non tamē vsquaq̄ cautū est qualecūq̄ mustū assumere ꝓpter eius impuritatem: q: feces cōmixte substātie vini in sanguinē nō cōuertūtur: sed dūtaxat substātia vini. Idcirco magis videt ad reuerentiā huius sacramēti ꝑtinere vinū purū ⁊ defecatū: ꝙ̄ vinū nouū siue mustum turbidū. ¶ L. Sed dubia quedā circa hanc materiā occurrūt. Primū, vtrū solumvinum sit materia apta cōsecrationis: an requirat aque admixtio. Secundū, vtrū aqua vino admixta in sanguinē cōuertat.

¶ Qd̄ autē aqua requirat de necessitate sacramēti, ita ꝙ sine aque admixtione vinū nō cōuertatur in sanguinē: arguitur multis medijs. Primo autoritate canonis: nā Alexan. papa vt habet de cōsecra. dis. ij. c. §. oibus orthodoxis scribens dicit: Nō debet in calice dn̄i aut vinuz solū: aut aqua sola offerri: sed vtrūq̄ ꝑmixtum: quia vtrūq̄ ex latere ei⁹ in passione sua profluxisse legitur. Et cyprianus papa eadem dist. c. Sicut. §. dicit: In sacrificādo calicem dn̄i offerri sola aqua nō potest: quō nec vinū solū pōt. Nā si vinū tātum q̄s offerat: sanguis christi incipit esse sine christo. Qñ em̄ vtrūq̄ miscet ⁊ adunatione cōfusa sibi inuicē copulant: tūc sacramentū ⁊ spūale ⁊ celeste efficit. Et statim sequitur. Sic vo calix dn̄i nō est aqua sola ⁊ vinū solū: nisi vtrūq̄ misceatur: quomodo nec corpus dn̄i pōt esse sola farina: nisi vtrūq̄ adunatū fuerit et copulatū: ⁊ panis vnius cōpage solidatū. Ex his arguitur sic: Ex aqua sola nō potest cōfici sanguis christi: igit nec ex vino. Dicit em̄ ex aqua sola nō pōt offerri: sicut nec vinū solum. Similiter ex alia similitudine. Ex farina sine aspersione nō potest cōfici corpus christi: igitur nec sanguis ex vino sine aqua. Dicit em̄, calix dn̄i non est vinū solum: sicut nec corpus dn̄i potest esse sola farina. Concordat iulius papa eadē dist. Cū oē. vbi dicit: Nō pōt calix dn̄i aqua sola esse aut vinū solū, nisi vtrūq̄ misceatur. Et quasi rationē premisit: Cum in calice inquit vino aqua miscetur: christo populus adunatur: ⁊ credētium plebs ei in quē credit: copulatur. Sequit: Nam si vinum tm̄ quis offerat: sanguis christi incipit esse sine nobis. Si vo aqua sit sola plebs incipit esse sine christo. Facit ad idem martinus papa eadē dis. Nō oportet. vbi dicit: Nō oportet aliud aliquid in sacramēto offerri ꝑter vinū ⁊ aquam et panē: q̄ in typo christi benedicūtur: q: dū in cruce xp̄s penderet: de corpore eius effluxit sanguis et aqua: hec tria vnuz sunt in christo iesu. Hec hostia ⁊ oblatio dei in odorē suauitat. Simile habetur in ca. statim sequēte. ¶ Item ratione ad idē: aut christus instituit aquam admisceri vino: aut nō. Si primū: igitur videtur necessario apponenda: quia nihil aliud offerre licet: ꝙ̄ quod dn̄s tradidit. eadē dist. In sacramēto. Si scd̄m: tūc temeraria ꝑsumptione apponit ab ecclesia romana: quia sacramēta neq̄ instituere habet: nec mutare: vt supra probatū est lectione. ¶ Itē illud est de substantia sacramēti: qd̄ directe ducit in illud propter qd̄ institutū est sacramentū: sed hoc sacramētū institutū est in recordationē passionis dn̄ice. Luce. xxij. Hoc facite in meā cōmemorationem. Hoc autē facit aqua in hoc sacramēto: vt ex canone alexādri pape patet supra allegato. Item res huius sacramenti necessario significari debet ipso sacramento: sed res huius sacramenti est vnio corporis mystici cum capite. Hec autem per admixtionem aque significat: nam aqua populum significat fidelem. Apocalip. xvij. Aquas quas vidisti ppl'i sunt. vn̄ Beda sup marcum: Quia nos in christo: et xp̄m in nobis manere oportet: vinū cū aqua miscet: quia teste Ioh. aque populi sunt. ¶ L. Sed istis nō obstātibus, respondetur ad dubiū, ꝙ aque admixtio non est de necessitate sacramenti: licet sit de necessitate ministri cōsecrantis. Distinctio harum necessitatum supra lectione. §. declarata est. Primum patet ꝑ magistrum. iiij. sententiarū dis. xj. Si q̄s non intēdens introducere heresim obliuione aut ignorātia aquam pretermiserit: non videt irritū esse sacramentū: sed ille grauiter est corripiēdus. Ad hoc facit autoritas Cypriani pape de cōse. dist. ij. Scriptura. vbi dicit: Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter hoc nō seruauerit: et tenuerit qd̄ nos dn̄s facere exemplo et magisterio docuit: potest simplicitati eiusdem indulgentia dn̄i venia cōcedi. Nobis vo nō pōt ignosci q̄ nūc a dn̄o admoniti et instructi sumus: vt calicem dn̄i cū vino mixtū (ſm ꝙ dn̄s obtulit) offeramus. Nō aūt ignorantia vel simplicitas excusaret: si aqua nō apposita nō fieret consecratio. Item s: grecos aquā nō apponere: ⁊ tñ nō negat ecclesia latinorū eos vere conficere. Itē nihil est de necessitate huius sacramenti materialiter qd̄ nō remanet: neq̄ ſm substantiā: neq̄ ſm accidens: sed aqua admixta nō manet ſm substantiam: q: conuertit in vinū: neq̄ ſm accidens: q: non manet odor, neq̄ sapor. Panis vo ⁊ vinū etsi transeūt ſm substantiā: manēt tñ ſm accidētia et ꝓprietates. ¶ Itē in nullo euangelio legit dn̄m appo suisse aquā vino in institutione huius sacramēti: sed solū confecisse de pane ⁊ vino. Si aūt esset aqua de substantia sacramenti: vtiq̄ facta esset mentio sicut de pane ⁊ vino. ¶ Item in sacramētis noue legis, nihil est de substantia ex parte sacramentoꝝ: nisi quod efficit quod figurat: sȝ aqua apposita nihil efficit: q: nec verum corpus, nec mysticū: q: effectiue et significatiue est ibi vtrūq̄: etiā si aqua nō apponat. ¶ M. Scd̄m scȝ ꝙ aqua sit apponēda: ⁊ si minister non apponeret: grauiter peccaret: Patet satis ex allegationib⁹ i ꝑncipio dubij adductis: tum q: cōtra ecclesie preceptū multipliciter expressum ageret: tū q: sine aqua celebrando christū non imitaret: tū quia dominicā passionē nō sufficienter exprimeret: tū q: significationes mysticas tolleret. ¶ Christ⁹ siquidē quoad scd̄m credit vinuz cum aqua miscuisse anteq̄ vinū in ꝑopꝛium sanguinē ꝯuertisset. vn̄ Dama. iiij. sententiarū suarū: Christ⁹ inquit calicē ex aq̄ et vino mixtū, tradidit discipulis suis, dicēs: Bibite ex hoc omnes: hic est calix sanguinis mei. Cui consonat illud: In sacramēto corporis ⁊ sanguinis domini nihil amplius offerat: ꝙ̄ quod ipse dn̄s tradidit: hoc est panis ⁊ vinū aqua mixtū. de cōse. dist. ij. In sacramēto. Ad idē facit. c. Scriptura. eadē dis. Quotiescūq̄ calicē in cōmemorationē dn̄i, ⁊ passionis eius offerim⁹: id quod cōstat dn̄m fecisse: faciamus. Et sequit: Calicē dn̄i cū vino mixtū (ſm ꝙ dn̄s obtulit) offeram⁹. Huius aūt probabilitas sumit: q: vinū terre illius forte est ⁊ substantiosum. Cū aūt christus vixit tēperatissime: ꝓbabile videt vinū cū aqua miscuisse. ¶ Denique Paschasius quātū ad tertiū inquit: Cur in calice aqua misceat: illa permaxime inquit causa est: q: de latere christi, vbi passio complet: sanguis pariter ⁊ aqua manauit. Quod certe apostoli mysteriū plene intelligentes, fieri

dū in calice censuerūt: vt nihil deesset nobis de sacramēto ad cōmemoratiōnē passionis: quod tunc extitit in cruce in cōsummatione nostre redēptionis. Hoc quoad passionis sufficiētem expressionem. Tolleret etiā mystica significatio/ scz vnio: q̄ vt argutū est: aptissime per hanc aq̄ admixtionē designat. ¶ Per hoc ad rationes in oppositū factas/q̄ p̄bare nitunt q̄ aqua requirit de necessitate sacri. Ad autoritatē Alexā. pape/q̄ ad hoc sonat q̄ vinū solū sine aqua offerri nō debet. Et in autoritate Cypriani: Non pōt. respondet Innocē. q̄ verba illa determinari debēt: q̄ recipiūt exceptionē hoc modo. Non pōt nisi ex simplicitate ⁊ ignorantia fiat. Uel nō pōt. i. nō debet: quia illud dicit fieri nō posse: quod de iure siue licite fieri nō potest. Solū enim vinū legitime ⁊ sine p̄cepti transgressione nō potest offerri. Ita exponit magister dis. xi. quarti/⁊ ceteri doctores. Similiter dicit q̄ illa aduerbia sic ⁊ sicut/dicūt nō omnīdā similitudinē: cum aqua sola vino solo cōparat: et vinū sine aqua farine nō aspersē: dicunt em̄ similitudinē decentie ⁊ legitime consecrationis. Unde neutrū pōt fieri legitime ⁊ sine p̄cepti transgressione. Sed in hoc est dissimilitudo: q: ex aq̄ sola ⁊ farina nō cōspersa nullo mō cōfici pōt: ex vino aūt solo cōfici pōt: lz nō legitime. ¶ Et p̄ hoc patet solutio ceterarū autoritatū. Sic etiā q̄ dicit. Si offerat vinū solū: incipit esse sanguis vel christus sine nobis ⁊c. id est nobis non p̄ficit huiusmodi oblatio: vt exponit glo. in ca. Cū omne. allegato. Uel sanguis incipit esse sine nobis/quātū ad significationē: q: deest aqua q̄ nos xp̄o vniēdos significat. Sic si aq̄ sola: plebs incipit esse sine christo. i. significat esse absq̄ significatione christi. ¶ Ad rationem cū arguitur. Aut christus admiscuit aquā: aut nō: dicit q̄ admiscuit vt dictū est: nec impedit q̄ nullus euāgelistarum hoc scribit. Multa em̄ et alia signa fecit iesus in cōspectu discipulorū suorū: que nō sunt scripta ⁊c. vt habet Ioh. xx. Et maxime in institutione huius sacramēti: vt habetur de celebra. missa. Cum marthe. ⁊ cum infertur. Ergo necessario est apponēda: negetur consequentia. Quoniā dominus instituendo sacramentū/non tm̄ apposuit que erant de necessitate efficacie: sed etiam que erant de necessitate significationis. Uñ hec appositio aque/ non est necessaria quantum ad efficaciā sacramenti: est tamē necessaria quantū ad plenitudinē significationis. Dominus enim apposuit aquam tanq̄ congrua propter significatiōnē expressiorem: non tanq̄ necessariam simpliciter. Et quod in probatiōe additur: Nihil offerre licet: verum est: nec licet offerre calicem sine aqua: si tamen fit: non est irritū sacramētū. ¶ Ad aliā dicitur cōcedendo maiorē/intelligendo eam de illo p̄pter quod sacramentū per se ⁊ principaliter institutū est. Sed ad minorē dicit/q̄ recordatio passionis nō est finis per se seu propter quem institutū est principaliter: sed spiritualis nutritio anime ⁊ fructus huius sacramenti. Neq̄ em̄ diceret dñs. Hoc facite in meā cōmemoratiōnē: si non fuisset alius finis principalior. Sed hoc dicit/vt celebrantes hoc sacramētum p̄pter fines principalē: vitā scilicet ete/ vniōnē cū christo gratuitam

Ioh. vi. (quē expressit dñs: Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Et panis quē ego dabo: caro mea est pro mūdi vita. Et sequitur: Qui māducat meā carnē: ⁊ bibit meū sanguinem: in me manet et ego in illo. Propter hūc quidē celebrātes) nihilominus recordarent passionis sue. Exemplū: Cum aliquis ex amore gratuito p̄stat beneficiū aliq̄ amico: bene vult q̄ amicus suus recordetur beneficij accepti: ne arguēdus sit ingratitudinis: nō tamē illa recordatio est p̄pter qd̄ p̄stat beneficiū: sed vtilitas quam vult amisi ex eo cōsequi. ¶ Ad vltimū dicit: res hui⁹ sacramenti q̄ est vnio ⁊c. significari debet p̄ aliq̄d sacramēti: nō ideo aq̄ admixtio qua hec vnio significat: est de necessitate sacri: q: hec vnio etiam significat per aliud in hoc sacro/ scz corpus xp̄i verū: qd̄ est res ⁊ signū. Unde Hugo de sacramētis lib. ij. p̄te. viij. ca. vij. Hec res/scz corpus christi est integrū sacramentū alteri⁹ rei/ scz vnitatis capitis et mēbrorū. Unde ait: Corpus et sanguinē sacr̄m eē credim⁹ gre spiritualis: qr scz gr̄a mēbra capiti vniunt. ¶ Q̄ Nunc de secūdo dubio/vtrū aqua vino admixta in sanguinē xp̄i cōuertatur. De hac questiōe recitat Inno. tertius in ca. Cū marthe. de celebra. missa. tres opiniones: Quaꝝ vna est/q̄ aq̄ adiuncta vino manet in sua specie/vini accidentib⁹ circūfusa: ita q̄ vini saporē assumit: nō tm̄ sui substantiā derelinquit. Hec opinio quam p̄ tertia recitat Innocen. est cōtra beatū Ambro. in li. de offi. dicentem q̄ in sacro altaris post cōsecrationem/nihil est nisi corpus ⁊ sanguis christi. vnde ait: Ante bñdictionē alia species noiat: post benedictionē corpus significat. et habet de cōse. dis. ij. ante benedictionē. Et Aug. in li. sententiaꝝ. p̄speri. eadē dist. c. Nos autē. Fatemur ante cōsecrationem panē esse ⁊ vinū q̄ natura formauit: post cōsecrationē vo tamē christi ⁊ sanguinē: qd̄ bñdictio cōsecrauit. Itē Ambro. de sacramētis eadē dis. Panis ij. Calix est vini ⁊ aque plenus. vbi verba xp̄i operata fuerūt: ibi sanguis efficit qui plebē redemit. Ad idē multa adduci p̄nt ex dis. ij. de cōse. vbi nullibi mētio fit q̄ manet post bñdictionē aqua: sed tm̄ xp̄i sanguis. ¶ Preterea si aqua maneret in p̄pria specie/vino in sanguinē cōuerso: tunc nō liceret sacerdoti in casu eadē die duas missas aut plures celebrare: sicut nec licet semel non ieiunū (ieiunio nature) celebrare: vt supra habitū est lec. x. quod tamē falsum est: cum in plerisq̄ casib⁹ licet vna die plures missas celebrare. Probat autē illa consequentia: tum q: celebrās sumēdo xp̄i sanguinē simul sumeret aquā calici admixtā in p̄pria natura ⁊ specie manentē: ⁊ sic solueret ieiuniū nature: quare nō posset scdo celebrare. Et hāc ratiōnē tangit glo. in ca. Cū marthe. allegato. ¶ Ideo fuit scda opinio/q̄ vinū cōuertit in sanguinē: ⁊ aqua in id qd̄ cum sanguine de latere xp̄i effluxit. vñ dicunt. Cum de latere christi duo p̄cipue fluxerūt sacramenta/redemptionis in sanguine/ac regenerationis in aqua: in illa duo vinū ⁊ aqua que cōmiscent in calice diuina virtute mutant. Hoꝝ aliqui dicunt q̄ aqua cōuertit in humorē aqueū quem phlegma vocāt: vt recitat in cap. In quadā. de cele. missa. ¶ Sz hi tripliciter deficiūt. Primo: quia sicut priores negant actiuitatē vini in aquā. Scdo: q: s̄m hoc aqua seorsum esset cōsecrāda: sicut vinum seorsum a pane cōsecrat. Uirtus em̄ verborū nō se extendit ad aliquid qd̄ in verbis nō exprimit. Cū aūt d̄r: Hic est calix sanguinis mei: exprimit sanguis xp̄i: ⁊ nō aqua q̄ effluxit ex latere christi. Tertio peccant in hoc: q̄ dicit humorē qui fluxit de latere christi humorē fuisse phlegmaticū ⁊ nō aquā. Hoc autē reprobat Inno. in ca. In quadā. de cele. mis. Ubi ɔtra tales ponit quattuor rationes p̄bantes q̄ vera aqua fuit q̄ fluxit de latere xp̄i. ¶ Ideo fuit tertia opinio/ q̄ aqua cū vino trāssubstātiat in sanguinē mixta vino. Hāc opinionē p̄babiliorē dicit Inno. quā cōmuniter sequūtur doctores theologici/ scz Tho. Sco. ⁊ ceteri tanq̄ indubitatā. Si tamē sic intelligit q̄ aqua post admixtiōnē cū vino/per actiuitatē vini transit et cōuertit in vinū: ⁊ facta vinū/conuertitur in sanguinē xp̄i. Unde dicit Sco. in. iiij. dist. xj. q. vij. Uino apponere aquā nō est simpliciter necessarium de necessitate sacramēti: q: etiā q̄n apposita nō est: cōuertit in sanguinē: nisi prius sit cōuersa in vinū. Sicut em̄ modicum vinū admixtū aque absorbet ab aqua: ⁊ perdit virtutem ⁊ speciē vini: vt si gutta vini in doliū aque mittat: statim corrūpitur: ⁊ cōuertit in aquam: ita viceuersa modica aq̄ missa in calicē vini ex vino alterat: et tandē corrumpit ⁊ cōuertit in vinū. Et sic aqua in vinū naturali operatione cōuersa p̄ transsubstātiatiōnē supnaturalē ɔuertit in christi sanguinem: ⁊ nō al'a nec aliter. ¶ Unde modica aqua apponi debet: ne vinū distrahat a sua specie p̄ nimiā aque appositionem: sed ecōuerso aqua p̄pter sui modicitatē a sua specie cito in vinū trāseat: ⁊ demū totū in sanguinem cōuertat. Et tanto minus de aqua apponendū est: quanto vinū debilius fuerit ⁊ minus substantiosum. ¶ Et si queris: quāta aqua sufficit. Respondet alexā. de ales. q̄ vna gutta sufficit quātumcūq̄ parua sit: dūmodo possit a suo toto separari. Et hinc sumit alia ratio p̄ter eā que supra posita est: cur fo-

te τ optimū vinū in hoc sacrificio offerendū est: vt sit vigorosum ad alterandū et cōuertendū aquā appositā in se: et a propria sua specie trāsmutandū. ¶ Propter idem caute faciunt celebrantes/qui aquā satis tempestiue τ hora bona: vt in principio misse: vel ante euangelium vino cōmiscent: quia conuersio aque in vinū nō fit per miraculum: sicut vini cōuersio fit immediate a virtute diuina in sanguinē: sed fit per naturalem actionē vini in aquam: que requirit preuiā alterationē. Hec autem fieri non potest in instanti: sed in tempore. Oportet enī qualitates aque corrumpi: et qualitates alias vini forme cōuenientes introduci: vt corrupta forma aque ad introductionē qualitatū ei discōuenientiū: in materia iā contrarijs qualitatibus disposita/forma vini generet. Hec aūt quia fiunt ab agēte naturali: nō possunt nisi in tempore τ successiue fieri. ¶ Q Huius absorptionis aque in vinū/per quā nō manet in se: Alexāder de ales ponit quasdā mysticas rationes: vt scʒ sit cōformitas signi ad signatū. Per hanc enī vnionem aque vino ipsam absorbente/significat triplex vnio pfecta/qua vnum ab altero quodāmodo absorbet. Prima est vnio membrorū cū capite: que non habent esse distinctū a capite. Secunda est nostre mortalitatis absorptio. Tertia est gentium insertio. ¶ Primo hec mixtio aque cū vino/significat vnionē membrorū cū capite: q̄ vnio est res huius sacri. Sicut enī habetur ab Inno. tria sunt in hoc sacro: forma visibilis panis et vini: veritas corporis et sanguinis christi: virtus spiritualis vnitatis et charitatis cōmunicantis populi. Primū est sacramentū tm̄. Scd̄m est sacramentū τ res. Tertium est res tm̄. ¶ Sed notandū q̄ est vnitas charitatis mēbrorū mystici corpis xp̄i adinuicē: huius signum et causa est corpus verū: vnde Inno. Uerū corpus xp̄i est res prima: q: significat et continet a primo: τ sacramētum tertij: q: significat et efficit tertiū. i. vnitatē ecclesiasticam. Alia est vnio corporis cū capite: cuius causa est corpus xp̄i verū: sed vnius vnionis hec mixtio est signū. Hac aūt virtute vnionis q̄si mutat homo in deum: sm̄ q̄ dicit apls. i. Cor. vi. Qui adheret deo vnus spūs efficit. Unde τ huius cibi spūalis/alia est virtus q̄ cibi materialis: nā materialis cibus cōuertit in sumētem: iste autē cibus cōuertit in sui naturā sumētem. Cibus sum grandiū (ait Aug.) tu mutaberis in me: nō ego mutabor in te. Quia igit virtute huius cibi qua fit hec vnio: mutat homo in deū: vt sit conformitas signi ad rē: conueniebat vt aqua mutaretur in vinū. ¶ Significat secundo hec aque mixtio aliam vnionē: que est nostre mortalitatis absorptio. Aqua enī nostrā mortalitatem designat. ij. Regum xiiij. Oēs morimur τ tanq̄ aque dilabimur in terrā q̄ non reuertunt. Per vinū/quo signatur sanguis xp̄i: eiusdē mortalitatis absorptionē siue mortificationē. i. Cor. xv. Absorpta est mors in victoria. τ Osee. xiij. Ero mors tua o mors. Licet autē in nobis morimur: in xp̄o enī viuimus. Col. iij. Mortui estis: et vita vestra abscondita est cū xp̄o in deo. ¶ Significat etiā hec aque mixtio vnionē gentiū: que inserēde erāt ecclie de iudeis: sicut oleaster oliue. ad Ro. xi. Aqua autē cōuertit in naturā vini: in signū q̄ gentes erāt cōuertende: τ fideliū ecclesie ex iudeis incorporāde. Propter qd̄ dictum est petro: Occide τ māduca. Act. x. Sicut enī qd̄ manducat: in naturā cōuertit manducātis: sic aqua q̄ gentes incorpandas significat: in naturā vini conuertit. Per quod ecclia de iudeis que gentes incorporat representatur. ¶ Nec huic mixtioni τ vini conuersioni obest: qd̄ pro se tertia opinio recitata assumpsit/scʒ de latere christi fluxerunt sacramenta redēptionis in sanguine: ac regenerationis in aqua τc. quoniā in sacramēto redemptionis/aqua apposita nō est signū regenerationis. Est quidē aqua sacramentū regenerationis nō mutata nec cōmixta: sed in baptismo sub ea proprietate/qua sibi ꝓprijssime conuenit virtus abluendi. In sacramento autē redēptionis apposita vino/et mutata in vinū/est significatiuū vnionis populi cū capite glorioso christo/ea proprietate qua aqua quia semper defluit in terram populus significat/qui continue decurrit in mortē: sm̄ illud supra allegatum: Omnes morimur τ tanq̄ aque dilabimur in terram. He igitur sunt rationes mystice cur aqua in vinum prius est conuertenda.

¶ R Sed forte quis diceret: Quid si in instanti cōsecrationis aqua nondū cōuersa est in vinū: nunquid et ipsa conuertitur in sanguinē? Et quia supra responsum est q̄ nō: q̄d fiet de aqua. Respondet: si fuerit in tanta quātitate/q̄ ipsa cōuertisset vinū in se: si vinū nō fuisset prius cōuersum in sanguinē: tūc alterabit species remanētes post consecrationē: et in instanti quo corrumperet forma vini si nō fuisset cōuersum: τ introduceret forma aque i materiā vini: corrūpunt qualitates vini: τ deus creat nouā substantiā cōpositā ex materia τ forma aque/sub qualitatibus de nouo introductis. ¶ Et dico notanter q̄ deus creat: q: aqua nō pōt educere formam de materia: q: nulla est ibi: nec potest ipsam materiā producere que a solo deo creat: recte sicut de corruptione specierū in eius māducatione. De quo. i. ¶ Si aūt aqua illa est tam modica/q̄ vinū ipsam in seipsum cōuertisset si nō fuisset transsubstantiatū: tunc species vini remanētes post cōsecrationē/alterant aquā corrūpendo ipsius qualitates: τ in instanti quo vinū corrūperet aquā: si esset presens: corrumperetur forma aque: et produceret forma vini noua in materia aque: vel ab accidētibus/vel a deo sm̄ diuersas opiniones. de quibus. i. Et saluaret ibi tandiu sanguis christi: q̄diu manent species vini transsubstantiati: imo tm̄ sub speciebus vini de nouo pduci inciperet esse sanguis xp̄i. ¶ Et notandū q̄ hic quidē sanguis sub nullis speciebus incipit esse aut manet: nisi istius vini supra quod prolata est verborū forma ad consecrationē sanguinis requisita. Hec aūt nō est prolata super vino de nouo ex aqua genito post cōsecrationem: qm̄ etiā si post cōsecrationē vinū purū apponeret speciebus: nō transit in sanguinē: sicut aqua nō benedicta addita benedicte efficit benedicta: τ oleū nō cōsecratū additum cōsecrato reddit cōsecratū. Nō sic in proposito: nā sanguini christi in calice: q: nō est extra venas corporis christi: sed in venis glorificatis: ideo ei nullus liquor appositus potest cōmisceri: nec per cōsequens aliquis in ipsum cōuerti: nisi diuina virtute verbis cōsecrationis assistente. In aqua autē benedicta est perfecta vnio alterius aque apposite cū aqua benedicta: τ cōstituūt vnā aquā: ꝓpter quod totū resultans sortit nomen aque benedicte: ita τ in oleo. Nec ex bn̄dictione aque vel olei fit substātialis transmutatio aque vel olei: qualis fit in ꝓposito: vbi substantia vini cōuertit in substantiā corporis christi. ¶ S Sed quid de sumente calicem in quo apposita aqua nondū esset in vinū cōuersa/τ per cōsequēs nec in sanguinē: nōne solueret ieiuniū impediens ab iterata celebratione? Respondet: solueret quidē ieiuniū: sed nō impediret ab iterata celebratione: q: ignorātia inuincibilis excusat. Nō enī pōt sciri vel euidēter apprehendi instans huius cōuersionis a sacerdote: nisi forte tāta fuisset aqua apposita/q̄ notabiliter deprehēderetur sapor aque: tunc esset ab iterata celebratione abstinēdum. ¶ Si querit qualis esse debeat aqua. Et quid si apponeret rosacea/vel ex alijs herbis distillata. Respōdetur q̄ debet esse aqua talis quali credit christus vsus fuisse in vltima cena: hoc est aqua elementaris: verū q: elementaris aqua si nō apponit nō impedit cōsecratio: ideo si apponeret modicū aque distillate q̄ nō posset corrūpere vinū: licet apponens grauiter peccaret: effectus tm̄ cōsecrationis non impediretur. Sentētia est Alex. τ sancti Tho. ¶ Si demū querit: Nunquid sufficit si aqua admisceat in dolio: q: ante misse incoeptionē/frequēter calix per aque τ vini infusionē preparat. Solutio sm̄ alexā. Nō sufficit: qm̄ cū cōmixtio aque τ vini est sacramētalis: nō debet fieri anteq̄ mysteria inchoētur: vel fiat preparatio ad inchoandū: τ in vasis sanctificatis et ministris ad hoc ordinatis. Unde in missa solenni solet apponi post euangeliū: in priuatis vero solet fieri ante: qm̄ in missa solenni propter cantū chori et prefationis copiosius tempus habet: quo potest fieri aque in vinū trāsmutatio: q̄ in missa priuata que legit sine cantu. ¶ T Nunc iuxta

dens desitioni panis:sed oīa que dicta sunt succedūt pani: Ergo. Cōsequentia nota:ꝛ maior patet ex notabili. Et minor ꝓbatur:qꝛ ad desitionē panis ꝑ ꝓlationem verborū sacramentaliū/oīa illa incipiūt esse sub speciebꝰ panis: ergo succedūt. Sic eñ panis substātia cōuerti in animā christi nihil aliud est: q̄ ad ꝓlationē verboꝝ sacramentaliū ꝑ q̄ desinit panis sub eiꝰ speciebꝰ icipere eē aiam christi. Et qꝛ ita vere icipit aīa christi de nouo esse sub speciebꝰ panis sicut corpus christi:ꝛ ita vere ac si panis cōuersus esset primo ꝛ solū in aiam christi:ꝛ ideo aīa vere ꝛ ꝑ se est terminꝰ cōuersionis huiꝰ:licet nō terminꝰ primo intentus. Ex illo sequitᷣ q̄ tot sunt cōuersiones in ꝯsecratione eucharistie: quot ibi incipiūt esse de nouo sub speciebꝰ panis ētia realiter distincta ꝛ ab inuicem separabilia: vñ est ibi trāssubstātiatio panis in corpus. Item panis in aiam. Itē panis in sanguinē. Item trāssubstātie accidētatio panis in accidentia:licet tantum vnū sit cōuersum ꝛ trāssubstātiatū/scꝫ suba panis. Sicut si in aliquo subiecto acquirerentᷣ plura accidētia simul tp̄e: vt color/caliditas/raritas ꝛc̄. nō obstante mobilis vnitate/sunt ibi diuerse mutatiōes tot:quot qualitates introducuntᷣ:ꝛ quelibet qualitas esset terminꝰ sue mutationis: Ita in ꝓposito. ¶ X Scd̄a ꝓpō:accipiendo cōuersiones scd̄o mō stricte ꝛ ꝓprie:ꝛ similiter terminū ꝑ se ꝛ formalē ꝓ termino primo intento:cōuersio panis nō fit in aiā christi:nec in eiꝰ sanguinē:nec in accidētia:sed tm̄ in corpꝰ christi/tanq̄ in terminū eiꝰ ꝑ se primū ꝛ formalē. Probatᷣ: qꝛ tantum corpus christi est ibi ꝑ se nō vt cōiunctum : qm̄ si esset separatū ab aīa ꝛ a sanguie: sicut fuit in triduo mortis christi:tunc ad ꝓlationē verboꝝ cōsecrationis/esset tm̄ ibi corpus cū diuinitate:ꝛ nec aīa:nec sanguis:nec operationes vitales. Ad ꝓlationē eñ verboꝝ cōsecrationis a sacerdote super materia cōueniente cū debita intentione/diuina ꝑtāte semꝑ incipit esse sub speciebꝰ panis id qd̄ significatᷣ per terminos forme cōsecratiōis.i.corpus christi: ꝛ tale quale est in naturali cōsistentia.i.cū oībꝰ sibi vnitis ꝛ inherentibꝰ et cōiūctis ꝛ ad hec requisitis. Et qꝛ nō semꝑ eadē insunt corpori:nec eadem cōiuncta sunt:ideo nō semꝑ eadē sunt presentia speciebꝰ panis ad v̄ba cōsecrationis. Illud itaq̄ qd̄ semꝑ pñs ē facta cōsecratiōe:ꝛ qd̄ significatᷣ expresse ꝑ v̄ba cōsecrationis:est primo intentū a deo cōuertente:cetera v̄o scd̄ario. ¶ Y Et ita accipiūt cōuerti ꝛ terminū ꝑ se cōuersionis doct. dicētes corpꝰ christi esse sub speciebꝰ panis tm̄ virtute verboꝝ sacramentaliū ꝛ ex vi cōuersionis: aiā v̄o ꝛ sanguine ꝛ accidētia ibi esse ꝑ cōcomitantiā: qꝛ cōiuncta sunt corpori in sua consistētia naturali: cui si cōiuncta non essent: nō cōtinerentᷣ sub speciebꝰ: quātūcūq̄ sacerdos cuꝫ intentione debita ꝓferret v̄ba cōsecratiōis suꝑ cōuenienti materia. Similiter cū dicunt subam panis ꝯuerti in corpꝰ tm̄:ꝛ nō in aiam vel sanguinē:ꝛ ita loquitᷣ glo. de cōse. dis. ij. Quid est christū māducare. dicēs: In solā carnem panis cōuertitᷣ:ꝛ vinū i sanguinē. Et magr̄ dist. xj. quarti sniarū: Licet sub vtraq̄ specie sumatᷣ totus christus: tm̄ nō fit conuersio panis nisi in carnem:nec vini nisi in sanguinē. Carnem ponit ꝓ corpore. Et ꝑ hoc ad rōnē dubij dicitᷣ/q̄ p̄cedit de cōuersiōe ad trāssubstātiationē cōiter dicta/quō etiā diffinita est. Sed accipiēdo ꝓprie ꝛ stricte: ꝛ diffinitioni.s. dicte addere oportet: ꝑ se p̄mo ꝛ principalr̄: vt dicatᷣ: Trāssubstātiatio est cōuersio substātie totiꝰ in subam/ꝑ se p̄mo ꝛ principaliter:nō habentē cōem materiā cū cōuaria. Et exponantᷣ termini ꝑ se/primo ꝛ principaliter: vt nūc expositi sunt. Et ita pꝫ ad illud dubiū: quō panis cōuertitᷣ vel non conuertitᷣ in solū corpus:vel etiā in aiam ꝛ sanguinem ꝛc̄.

¶ Lectio. xlj. A



AD tertiū dubiū precedenti lectiōe motū:scꝫ an panis desitio dici debeat annihilatio:an corruptio. Rñdendo. Notādū q̄ illud dubiū oritᷣ ex incertitudine quid nois vocabuli. Nō eñ apud oēs eodeꝫ mō accipitᷣ vocabulū annihilationis. Certū est aūt q̄ annihilatio dicit desitionem rei:nō tm̄ oēm. Desitio v̄o est trāsitio rei aliquādo existis in nō esse. Siquidē desinit qd̄ nō esse incipit vt pꝫ ꝑ eiꝰ expositionē. Transit aūt res in nō esse multipliciter. Qñq̄ ꝑ solā separationeꝫ partiū suarū: partibꝰ ipsis separatim manētibꝰ. sic hō desinit ꝛ trāsit in nō esse separata aīa intellectiua a corpore:licet maneat aīa separata/ꝛ similiter corpꝰ. Sic totū integrale siue sit res vna cōtinua naturalis: vt lignū/lapis: siue cōtiguū artificiale/vt domus/tunica desinit esse si partes ab inuicē separentᷣ localiter ipsis tm̄ manētibꝰ in suo esse. Qñq̄ trāsit res in nō esse ꝑ desitionem alterius partiū essentialiū altera parte manente. Sic oīs res naturalis cōposita ex materia ꝛ forma materiali siue extēsa corrūpitᷣ: ꝛ trāsit in nō esse/ꝑ hoc q̄ forma eiꝰ substantialis nō manent: manente tm̄ materia q̄ est sue cōpositionis pars altera. Sic lignū desinit simplr̄ ꝛ trāsit in non esse: dum ex eo gñatur ignis: qꝛ manente materia ligni corrūpitur forma ligni: ꝛ introducitᷣ forma ignis in eandē materiā. Sic etiā brutū cū moritᷣ transit in nō esse: qꝛ corrūpitᷣ forma brutalis: ꝛ introducitᷣ forma cadaueris in materiaꝫ bruti manentē. Qñq̄ res desinit ꝛ trāsit in nō esse ꝫm se totum: qꝛ nihil ipsius manet: sed quodlibet ipsius ita transit in nihil siue in nō eē: hoc est/ita simpliciter ꝫm se ꝛ quodlibet sui nō est: sicut non fuit ante mūdi ꝓductioneꝫ. Et isto mō transeūt in nō esse oēs res cōposite ex partibꝰ diuersarū rōnum/siue habeāt partes: siue nō: dū desinūt: siue etiā sint res totales ꝑ se subsistentes vt angelus: siue materie inherentes/vt forme substātiales ꝛ accidentales. Vñ in corruptione cōpositi substātialis puta bruti vel aeris: ita forma substātialis trāsit in nō esse: ꝛ nihil ipsius forme manet: sicut ante mūdi creationē nihil ipsius fuit: ꝛ ita trāsit in non esse forma in corruptione cōpositi : sicut angelus si simplr̄ destrueretᷣ. Nec refert quantum ad non esse/q̄ forma desinit in materia : ꝛ q̄ angelus desinit extra materiam. Nam vbicūq̄ res ꝫm se ꝛ quodlibet sui desinit: nihil ipiꝰ manet. ¶ B Nec ideo forma desinēs in materia minꝰ trāsit in nihil aut in nō esse: qꝛ ꝫm aliquos manet in potētia materie. Tū qꝛ nō plus manet in potētia materie q̄ in potētia agentis: sed non obstāte illo esse/qd̄ habet in potentia agentis: trāsit in purū nihil.i. in nō eē simpliciter: ergo silr̄ nō obstat q̄ manet in potētia materie. Item non obstāte illo esse in potētia materie/forma potest creari a deo: qꝛ oēe ꝓducibile a natura de potētia materie/potest simplr̄ creari a deo sed quicquid creatᷣ de nihilo ꝓducitᷣ: ꝫm magr̄m dist. j. lib. ij. sniaꝝ. Ergo non obstante illo esse in potētia materie trāsit in purum nihil. ¶ Preterea : forma materialis potest a deo ānihilari: ꝛ ita reduci ad purum nihil: ꝛ tamē ānihilata manet in potentia materie: qꝛ pōt reproduci ad eē actuale in materia: ꝛ hoc est esse in potētia materie. ¶ Si dicis q̄ forma corrupta nō pōt reproduci ab agente naturali. v. physico. ꝛ. ij. de generatione in fine. Sed solū a deo nō de potentia materie: sed ꝑ creationē. Illud est pro dicto ꝓbādo: qꝛ tūc forma naturaliter in materia corrupta nō manet in materia potentia: qꝛ non pōt reproduci de potentia materie: qꝛ non ꝑ agens naturale : nec ꝑ agēs supernaturale: qꝛ deus nō agit de potentia materie: qui non indiget i sua actione materia. ¶ Preterea: illud esse in potentia materie non est aliquod esse reale distinctum a materia ꝛ agente. Nihil enim aliud est q̄ posse produci concurrente materia: sicut esse in potentia dei agentis nihil aliud est q̄ posse produci a deo agente : ꝛ non dicit aliquod esse creabile in deo. vt ostēdit magister dis. xxxv. primi/in simili de esse in scientia dei. Posse aūt produci a deo: vel posse produci concurrēte materia/nihil ponit impossibile sic ꝓduci: ideo illo nō obstante/tale possibile est puruꝫ nihil. Similiter ꝛ accidens quod abijcitur in alteratione transit simpliciter i non esse: sicut non fuit ab initio ante mundi productioneꝫ. ¶ Itē desitio rei siue i materia siue tei totalis pōt fieri aliqñ a causa naturali: sicut i generatiōe substātiali: siue accidētali qñ corrumpitᷣ totū cōpositū silr̄ ꝛ forma substantialis: ꝛ generatur noua forma in priori materia ; ꝛ per hoc

Annihilatio Desitio q̄d dicat ꝛ quō fiat.

nouũ cõpositũ. Quñq̃ fit a causa supernaturali nõ cõcurrẽte actiua causa naturali: vt si deus imediate destrueret formam hoĩs vel asini in materia: similiter in destructiõe charitatis ⁊ grẽ. ❡ C Cõsequẽter nota ꝙ annihilatio dupliciter põt accipi. Uno modo vt est desitio rei ſm se ⁊ quodlibet sui: qua redigiꝛ in purũ nihil: sicut fuit purũ nihil ante mũdi creationẽ. Hoc est que ita trãsit in nõ esse simpliciter: ꝙ nihil ipsius manet in materia: sicut nihil eius in natura fuit ante mũdi ꝓductionẽ: ⁊ hoc a causa nõ req̃rente in sua actiõe materiã. ❡ Ex q̃ patet ꝙ illo mõ distinguiꝛ a corruptione cõpositi substãtialis: q꞉ illud in sua corruptiõe non desinit ſm se ⁊ qδlibet sui: manet em̃ materia. Distinguiꝛ etiã a corruptiõe forme substãtialis vel accidẽtalis in materia naturali: q꞉ licet forma talis simpliciter transit in nihil: vt ꝓbatũ est: q꞉ tñ hãc desitionẽ causat causa q̃ req̃rit materiã: ideo non annihilaꝛ: sicut ecõuerso: lꝫ forma ꝑ gñationẽ ꝓducta ꝺe ꝓducaꝛ de nihilo: hoc est postq̃ nihil fuit: q꞉ tñ ꝓduciꝛ ab agẽte qδ req̃rit materiã: ideo nõ creaꝛ: sꝫ fieri diciꝛ ex vel de potentia materie: nõ ꝙ prius ſm quodcũq̃ esse fuit in materia: sꝫ q꞉ ad ei⁹ ꝓductionẽ a tali agẽte reqrĩtur materia manẽs: Ita forma corrũpiꝛ in potẽtia materie: nõ ꝙ ſm aliq̃d sui manet in materia: sꝫ q꞉ ad ei⁹ corruptionẽ ab agẽte tali naturali req̃riꝛ materia. Secundo mõ accipitur annihilatio vt non solũ negat esse annihilati: sed etiã negat successionẽ cuiuscũq̃ positiui: ⁊ illo mõ nihil qδ cõuertiꝛ in aliud: quia simpliciter desinat esse: ãnihilaꝛ. Et diffiniaꝛ vt. s. addẽdo sine successiõe alicui⁹ entitatis positiue. ❡ E Per hec ad dubiũ respondeꝛ ꝑ duas ꝓpositiones. Prima: Accipiẽdo annihilationẽ p̄mo mõ: substãtia panis vere annihilaꝛ in cõuersione ei⁹ in corpore xp̄i. Probaꝛ: q꞉ ꝺe redigiꝛ in purũ nihil ſm se ⁊ q̃dlibet sui/ad sensum. s. positũ. Probaꝛ: q꞉ substãtia panis nõ hꝫ veri⁹ vel actuali⁹ esse in corpore xp̄i succedente/ q̃ in potẽtia dei creatiua ſm cõtinẽtiã virtualẽ vel ꝑfectionalẽ: aut quocũq̃ alio mõ exprimaꝛ. Sed nõ obstãte tali esse in potẽtia dei vere annihilareꝛ: si desineret ſm se ⁊ quodlibet sui/materiã scꝫ et formã/ nõ succedẽte corpore xp̄i: ergo nec obstat esse qδ dꝛ hr̃e in corpore xp̄i. Cõsequẽtia nota cuꝫ maiori. Sed minor ꝓbaꝛ: q꞉ nisi sic nõ posset a deo annihilari: q꞉ quãtũcũq̃ reduciꝛ ad p̄mũ nihil/semꝑ manet i potẽtia dei: q꞉ semꝑ põt recreari a deo sicut potuit p̄usq̃ erat creari. ❡ Itẽ sicut impossibile est ꝙ aliq̃d habeat eẽ post nõ esse/nisi ꝑ gñationẽ vel ꝑ creationẽ: ita impossibile est aliq̃d acq̃rere nõ esse post esse: nisi ꝑ corruptionẽ vel annihilationẽ. Sed substãtia panis cõuersa in corp⁹ xp̄i acq̃rit nõ esse post esse: ⁊ nõ ꝑ corruptionẽ: q꞉ illa p̄supponit materiã manentẽ: qδ nõ est in ꝓposito: q꞉ totũ trãsit in totũ: ergo ꝑ annihilationẽ. Sed hic posset faciliter dici ꝙ acq̃rit nõ esse post esse ꝑ cõuersionẽ supnaturalẽ: q̃ videꝛ esse mediũ inter corruptionẽ ⁊ annihilationẽ: ⁊ sic etiã cõuersio posset forte poni mediũ inter gñationẽ ⁊ creationẽ. Et põt ꝯr̄ dici ꝙ si q̃d cõuerteretꝛ supnaturaliter in aliq̃d de nouo ſm se totũ ꝓductiuũ quoad materiã ⁊ formã: illud sic ꝓductũ de nouo nõ creareꝛ nec gñareꝛ: sed inciperet eẽ ꝑ cõuersionẽ alteri⁹ in ip̄m: ⁊ ꝑ hoc nõ oĩno esset de nihilo: ideo p̄ma ratio est efficacior. Illa autẽ posset fieri ꝯtra ꝓpositionẽ sequẽtẽ: ⁊ soluiꝛ vt nũc soluta est. ❡ F Scõa ꝓpositio: Accipiẽdo annihilationẽ scõo mõ: vt scꝫ negat successionẽ entitatis positiue/ panis substãtia in corp⁹ christi cõuersa nõ ãnihilaꝛ. Patet q꞉ licet ſm se totũ desinat: tñ succedit corp⁹ xp̄i: ad cui⁹ successionẽ ordinaꝛ totalis desitio panis. ❡ Et si q̃s dꝛ. Desitio panis est mutatio deꝑditiua/realiter separabilis a successione corporis xp̄i: ergo siue succedat corp⁹ xp̄i/siue nõ: nõ variaꝛ in se desitio panis: sed si non succederet corpus xp̄i/ simpliciter annihilareꝛ: ergo etiã si succedit annihilaꝛ. q꞉ eadẽ est mutatio panis siue corpus xp̄i succedat: siue nõ. Respõdeꝛ: verũ est ꝙ mutatio panis est eadẽ siue succedat corp⁹ xp̄i siue non: essentialiter: q꞉ semꝑ est eadẽ desitio/et idẽ terminus intrinsecus: puta non esse simpliciter panis: et tamen nõ sortitur propter hoc eandẽ denominationẽ cõnotatiuam. Annihilatio em̃ est cõnotatiuũ cõnotãs priuationem successionis: ideo ista existente diciꝛ panis annihilari: ea nõ existente (q꞉ cõnotatũ deficit) nõ annihilaꝛ. Sicut idẽ hõ q̃nq̃ dꝛ alb⁹: q̃nq̃ nõ/sine sua variatiõe essentiali: ⁊ q̃nq̃ aliciu dexter q̃nq̃ sinister/sine q̃cũq̃ sui mutatione: sꝫ nõ sine mutatione alterius. Sic eadẽ panis desitio diciꝛ annihilatio/si non assit successio alterius: ⁊ diciꝛ nõ annihilatio sit assit. Rationes dubij laborãt in equiuoco hui⁹ termini annihilatio: et patet solutio ex dictis. ❡ G De quarto dubio/ qδ inquirit cur ad tã difficilem intellectũ limitauit ecclesia articulum de sacramẽto eucharistie. De hoc varias rationes assignari laborãt sctũs Bonauẽ. Alexã. de ales: ⁊ post eũ sctũs Tho. q̃ in. iiij. scrip. dis. xj. q. j. dicit/ꝙ opinio tenẽs ꝙ panis substãtia manet cũ substãtia corporis xp̄i est incõueniens/impossibilis et heretica. Incõueniens: q꞉ tollit reuerẽtiã debitam christo: vt continetꝛ in hostia. Sibi em̃ vt in eucharistia/debeꝛ cult⁹ latrie: sed si ibi maneret panis: nõ deberet talis exhiberi: q꞉ esset occasio idolatrie remanẽte ibi pane. ❡ Item tollit significationẽ huius sacramenti: debet em̃ illud p̄mum significare corp⁹ xp̄i vt p̄mũ signatũ: sꝫ si ibi maneret substãtia panis ip̄a haberet rõnẽ p̄mi signati. ❡ Itẽ tollereꝛ debit⁹ vsus sacramẽti: q꞉ si ibi maneret substãtia panis: esset vere cib⁹ corporalis. Usus autem huius sacramẽti est/ꝙ sit cibus sp̄ualis. Impossibilitatem ꝓbat: q꞉ nihil potest incipere esse vbi prius non fuit: nisi ꝑ sui mutationẽ vel alterius in ip̄m. Sed si panis manet/ et nõ cõuertiꝛ in corp⁹ christi: corp⁹ christi mutareꝛ localiter: ⁊ cum simul ⁊ semel in diuersis locis corp⁹ christi consecreꝛ: oporteret ip̄m simul ⁊ semel ad diuersa loca moueri: quod est impossibile: q꞉ cõtingeret cõtrarios motus inesse eidẽ: vel saltẽ diuersos eiusdẽ spẽi. ❡ Tertium ꝙ sit hereticũ ꝓbat: q꞉ est cõtra veritatẽ scripture/scꝫ verba xp̄i instituẽtis/ dicẽtis: Hoc est cor. m. Si aũt substãtia panis maneret: verius diccreꝛ: hic est corpus meũ/ q̃ hoc est corpus meum. ❡ H Sed ꝙ iste rationes nõ sint efficaces: ostẽdit sco. q. iij. dist. xj. quarti sui scripti. Inefficacia prime patet: q꞉ non est idolatria adorare xp̄m in eucharistia: ⁊ tamẽ negari nõ põt q̃n sit ibi creatura aliqua/scꝫ spẽs ille: sed nõ est adorandũ sensibile cõtinẽs: sed xp̄s contentus. Sic si panis maneret: diceretꝛ christum cõtineri sub pane quanto et quali: et tñ nõ adorari panem: sed xp̄m contẽtũ in pane: vt in signo. Nec etiã simplices nõ potentes distinguere panẽ a corpore xp̄i: nec nunc nõ potẽtes distinguere inter accidẽtia panis et corpus christi sunt idolatre. In oĩbus em̃ est vna responsio: ꝙ simplices adorãt in fide ecclesie: ⁊ hoc sufficit eis ad salutem. Maiores autem distincte adorãt contentum christum: et nõ signũ: siue signum continens sit accidẽs tñ: siue substantia panis cũ accidẽte. ❡ Scõa ratio magis ẽ ad oppositũ: q꞉ vt argutum est in ꝓpositione dubij/si ibi maneret panis: duplex significatio esset vera: naturalis et ad placitũ: nũc aũt nõ põt saluari nisi altera vera. ❡ Diciꝛ ergo ad rationẽ/ꝙ p̄mũ significatũ ex institutiõe diuina debet esse corp⁹ xp̄i: ⁊ ita est siue maneat substãtia panis: siue nõ. Primũ aũt significatum accidẽtiũ qδ naturaliter significãt: semꝑ est substãtia illa quã p̄mo affecerũt: q꞉ illa naturalis significatio non mutaꝛ: illa idem significãt fideli ⁊ infideli. ❡ Nec tertia rõ ꝓbat: q꞉ mõ manifestũ est ꝙ ille spẽs nutriũt: ⁊ tñ nõ negaꝛ hic eẽ cibũ aĩe: cũ daꝛ cõtentũ sub cibo corporali: ita etiã si poneretꝛ ibi panis manere: eẽt ibi nutrimẽtũ corp̄ale: ⁊ tñ cõtentũ sub illo esset tñ nutrimentũ anime sp̄uale. Ratio etiã ꝓbãs impossibilitatem nihil valet: quia ostendeꝛ infra ꝙ corpus christi vere mutatur localiter acquirendo presentiam nouam ad diuersa vbi/diuersas scilicet species sacramẽtales. Quõ aũt nõ est impossibile diuersos motus/sursum/ deorsum ⁊c̃. inesse eidem: aut veri⁹ idem moueri diuersis motibus: infra dicetur. ❡ Ultimum de hic et hoc/nihil ad propositum. Uerum est enim hic est corpus meũ. ⁊ similiter verũ est. hoc est corpus meũ: nõ hoc accidẽs: sed contentũ sub accidẽte. Eodẽ mõ si esset substãtia panis: nõ hoc qδ est substantia panis: eẽt corpus

xp̄i:sed hoc qđ est cōtentū sub pane:est corp⁹ xp̄i. Maluit
aūt saluator vti hoc vocabulo hoc:ꝙ hic: qꝛ sic magis ex-
primit veritas:licet vtrūq̄ erit verū. Alie psuasiōes docto
rū videnł minus efficaces. ℂ J Tenēda est ergo hec ve
ritas: ꝙ panis substātia non manet:sꝫ cōuertiꝉ in corp⁹ xp̄i
ꝓpter eccl'ie determinationē: ⁊ auto. sctōꝝ:vt patuit in pn-
cipio p̄cedentis lec. Eccl'ia eīn determinauit istū intellectū
esse de veritate fidei in symbolo edito sub Inno. iij. in cōci
lio lateraneñ. sicut allegatū est: vbi magis explicite poniꝉ
veritas credēdoꝝ quorūdā:ꝙ in symbolis ap̄loꝝ athana-
sij vel niceni cōcilij. Et q̄cq̄d ibi đr credendū: tenēdum est
esse de substantia fidei post istā decisionē solēnem ecclesie.
ℂ Sed cur hūc intellectū difficilē scti dicere: ⁊ eccl'ia deter
minare elegerūt:cuꝫ scripture possunt exponi ⁊ saluari ꝫm
intellectū facilē de hoc articulo. Respōdet hic sco. ⁊ bona.
ꝙ eo spiritu exposite sunt scripture quo cōdite: et ita eccl'ia
catholica eo mō exposuit/quo spū veritatis edocta fuit: et
ideo intellectū hūc difficilē elegit: qꝛ ver⁹ est. Nō eīn in po-
testate eccl'ie fuit hūc intellectū/ verū facere vel nō verū: sꝫ
dei instituētis. Intellectū aūt hunc a deo verū factū et tra-
ditū ecclesia explicauit/directa in hoc (vt crediꝉ) a spū spō
si sui christi: spiritu scꝫ sancto/ quē ꝓmisit christus eccl'ie vt
Ioh. xiiij. manent cū ea in eternū. Hec ergo veritatis spiritu recta/in
his que fidei sunt: errare nō pōt: Vñ licꝫ christ⁹ potuisset in
stituisse:ꝙ ad verba cōsecrationis corpus suū presens esset
substātie panis nō desinēti simul ⁊ ei⁹ accidētib⁹: ita tñ nō i
stituit:sed ordinauit ꝙ fieret presens accidētib⁹ tm̄/ad sub
stātie panis defitionē. Ordinatio aūt hec fortasse innotuit
ecclesie longo tēpore post sacramēti institutionē. Et crediꝉ
primū sanctis patribus reuelata: qui scriptis suis posteros
docuerūt: vel saltē ipsi ꝑ studiosam scripturarū explanatio
nem inuenerūt: quoꝝ autoritates. s. posite sunt. ℂ Z Nō
ergo fecit ecclesia primo hāc verā:ꝙ panis cōuertiꝉ in corp⁹
christi: dū hāc veritatē primo tenēdā statuit:sed eā ab initio
institutionis sacramenti fuisse verā declarauit: que ante ei⁹
declarationē nō sciebaꝉ fuisse vera ex sufficienti autoritate.
Quāuis eīn beat⁹ Amb. ⁊ alij sancti patres ipsam astruētes
nō defuerūt : qꝛ tñ ipsoꝝ autoritas ad assentiendū ipsoꝝ di-
ctis neminē cōpellit : nisi i diuinis fūdata fuerit scripturis:
aut diuine innitaꝉ reuelationi: ideo anteq̄ hoc cōstaret: licuit
quibusdā cōtradicere eoꝝ dictis ⁊ oppositū opinari. vnde
beat⁹ hiero. Si quid dixero quod nō aliquo duoꝝ testamē
toꝝ ꝓbauero: nō mihi credaꝉ. Et beatus Aug. in epistola.
viij. ad hiero. Solis canonicis scriptorib⁹ hic honor est exhi
bendus: vt quecūq̄ dixerint: hoc ipso vera esse credanꝉ. Et
post modicū. Alios ita lego vt quātalibet sanctitate: quāta
ve doctrina polleāt: nō ideo verū putē qꝛ ipsi ita senserunt:
sed qꝛ mihi per alios autores vel canonicas vel ꝓbabiles
rationes: que a vo nō oberrēt: ꝑsuadere potuerūt. et habeꝉ
dist. ix. Ego. vbi multa ad hoc ꝓpositū: cui⁹ exēplū familia
re est. Licet beat⁹ tho. sanct⁹ credaꝉ/⁊ ab eccl'ia canonizat⁹:
qꝛ tñ multa scripsit ad q̄ sufficientē auto. ⁊ rōnē nō habuit:
nec cōstat de reuelatione diuinit⁹ sibi facta: ideoq̄ hodie in
scholis publice sibi cōtradiciꝉ: ⁊ quod mai⁹ est: sctūs sancto
ꝯtradicit. sic cōtradicit btūs aug. beato cypriano de baptis
mo hereticoꝝ ⁊ scismaticoꝝ: sic ⁊ btō hiero. de rephēsione
Gal. ij. pauli: q̄ rephēdit petrū: ⁊ sic de multis similib⁹. ℂ Z Cū
aūt eccl'ia aliquā veritatē determinat: innitiꝉ diuine reuela
tioni: aut saltē diuinis scripturis: ꝑ quarū diligentē expositionē
tionē veritates quasdā extrahit: quas vt credēdas ꝓponit:
que priorib⁹ incognite fuerūt/ saltē sic explicite declarate:
nō ꝙ nouas veritates (vt dictū est) faciat: que pri⁹ veritas
nō fuit: sed veritatē que semꝑ fuit vera: declarat quasi pri⁹
nō sufficiēter cognitā. Sic in cōcilio niceno determinatum
est spūmsctm̄ a patre ⁊ filio ꝓcedere: cui⁹ oppositū dicebāt
greci: nec tamē ꝓpter hoc ante determinationē tenētes op-
positū fuerūt heretici: qꝛ eīn nō fuit hoībus certū id esse ve
rū: qđ post repertū est esse verū modis ante dictis. Sic nouis
sime in ꝯcilio basilieñ. in sessione. xxxvi. āno. M. cccc xxxix.
determinata est hec veritas/ꝙ btā ⁊ gl'iosa virgo origina-
li pctō nunq̄ subiacuit: quā determinationē sub plūbo ⁊ si
gillo concilij generalis vidi/⁊ manib⁹ tenui. Nō hoc tūc fa
ctū est verū ꝑ eccl'ie determinationē: sed declaratū est esse
verū qđ prius fuit verū. Sed id fuisse verū ex sufficiēti auto
ritate nesciebaꝉ: ꝓpter qđ prius oppositū sine culpa ⁊ teme-
ritate teneri potuit ⁊ defendi. Et ꝫm hoc verū est qđ dicit
btūs Grego. sup ezech. ꝙ ꝑ incremēta tēpoꝝ creuit noticia
sacraꝝ lr̄aꝝ: qꝛ veritates catholice de die in diē magis ⁊ ma
gis explicate sunt. Sic dixit ꝓpheta: Sup senes intellexi: ⁊
sup oēs docētes me intellexi. Et dn̄s ap̄lis: Multa habeo Ioh. xvi
vob dicere q̄ nō potestis portare mō: cū aūt venerit ille spūs
veritatis docebit vos oēm veritatē. Sic in ꝓposito/decla
rauit eccl'ia panē transsubstātiari in corp⁹ xp̄i ⁊ nō manere:
et ita corpus xp̄i esse p̄sens specieb⁹ panis sine substātia pa
nis. Nō sua volūtate beneplacito aut sapiētia: qꝛ nō ē fides
in sapiētia hoīm q̄ stulticia est apud deū. ꝫm ap̄lm: Sed qꝛ j. cor. iij.
verū hoc eē eccl'ia cognouit. ℂ M Et ꝑ hoc ad rōnes du
biij đr/ꝙ intellect⁹ cuiuslibet articuli in vniuersali traditus
ad illū intellectū spūalem limitādus est/q̄ ver⁹ est: nō curā
do an sit facilior: vel ad intelligēdū difficilior: siue sequanꝉ
plura miracula: siue pauca. Et ita intellect⁹ ille/ꝙ panis cō
uertiꝉ ⁊ nō manet cū corꝑe xp̄i p̄sente solis specieb⁹: qꝛ ve-
rus est/⁊ oppositus falsus: ab eccl'ia est determinat⁹: debet
q̄ ad eū suscipiēdū captiuari cuiuslibet intellect⁹ fidelis in
obsequiū fidei xp̄i: vt dicit ap̄ls. qꝛ plus pōt deus sua oīpo ij. cor. x.
tētia efficere: q̄ creata itelligētia capere. ꝫm ꝙ dicit b. Aug.
Fateamur deū aliq̄ posse ⁊ nos intelligere non posse: neq̄
de⁹ laborat faciēdo miracula: ad quoꝝ multiplicationē fide
lis gratulari habet: nō refugere. Gratulari inquā: qꝛ tā po
tētem deū colit: q̄ tā mirabilia operaꝉ ꝓpter salutē hoīs: q̄
create nature excedūt ⁊ facultatē ⁊ intelligētiā. Infidelis
quoq̄ ꝑplus plus in fidei admirationē: q̄ ei⁹ derisionē sus
pēdi pōt: imo ad credendū allici ⁊ ꝓmoueri: dū audit tā-
tam autoris fidei potentiā: vt oē id posse astruaꝉ qđ cōtra-
dictionē nō includit. Multaq̄ eū mirabilia super nature
cursum ꝓpter fideliū suoꝝ amorem et salutē operari: sicq̄
se sub potenti manu sua humilient: et suū: cui credunt: au-
torem glorificent. Sic eīn multi infideliū ad fidem sunt al-
lecti auditis insuetis effectib⁹ ⁊ miraculis: ⁊ in admiratio
nem suspensi: rursus ex admiratione docibiles redditi: et
a dn̄o misericorditer ꝑ meritū sanctorum suoꝝ illuminati.
Et si q̄ alij ꝓpter miracula ⁊ fidei nostre ardua scandalizā-
tur: non potentes aut nō volentes credere/nisi his q̄ in na
tura aspiciunt: ac per hoc fidem tanq̄ falsam aut vanā con
temnūt: quid aliud q̄ verbū christi amplectendū est: Ois Matth.
plantatio quam nō plantauit pater me⁹ celestis eradicabi xv.
tur. Sinite eos: ceci sunt et duces cecoꝝ. Vtilius eīn scan-
dalū nasci permittiꝉ: q̄ veritas relinquiꝉ. ait Grego. et po
nitur in decretalibus pro regula iuris. Sic quidam christi
falsi discipuli ad saluiferam ipsius de hoc sacramento do-
ctrinam supra humanū intellectū eminentem scandalizati
sunt: ⁊ abierunt retro/in dānationis laqueum seipsos pre-
cipitantes: propter quos tamē christus veritatem ac mira
bilia huius sacramēti nō tacuit: sed publice predicauit/ di- Ioh. vi.
cens. Caro mea vere est cibus ⁊c. ℂ N Neq̄ eīn ex intel-
lectu credibilium fidem nāscisci oportet: sed ex fide intelle-
ctū: dicente Esa. Nisi credideritis non intelligetis. eiusdē
vij. cap. ꝫm aliam translationem. Si quem igitur a fide re-
uocant miracula: sciat se non esse idoneum christi secrato-
rem: qui fidem miraculis instituit et roborauit. Cessant de
niq̄ humana (ait Maximus in ser. de innocentibus) dum
tractanꝉ diuina. Necesse est humana succūbere dum cele-
stia p̄dicanꝉ: silere naturalia cum veritates loquūtur. Nō
itaq̄ ad incredū fidei irrisorē veritati cedendū fuit: aut mi
racula minuenda: que ad fidei robur/⁊ fideliū vtilitatem
benignitas operata est saluatoris: sed ꝓpter ea venerādus
et collaudandus est deus: ac sua dilectio nimia agnoscen-
da. Siquidem minorari et abijcere miracula est fidei fir-
mamentū tollere. Nā ad robur fidei etiā p̄dicatorib⁹ in or
bem vniuersum missis potentem dedit signoꝝ: vt noua que

ꝓdicarēt:nouitate miraculoꝝ comprobarēt: ⁊ fidē verbis
facerēt nō sapiētia humana:ſʒ mirabilia facta diuina. Sic
ꝙ hō nō humanis ꝑſuaſionib⁹:ſed diuinis crederet opera
tionib⁹:fides meritoria ſuo p̄mio nō fraudaret:q̄ nō habet
meritū vbi p̄bet humana ratio experimētū. Oportet igit ab
apparētijs naturalibus animū reuocare: ⁊ veritati matris
eccl̄ie fideliter adherere: ⁊ a fide nō adulterari:ſecūdo no
ſtrā intelligentiā quā experimur in multis deficere ⁊ erra
re. ¶ Per hoc ſufficiēter reſpōſum eſt rationib⁹ dubij. Fi
des em̄ tūc ꝑficit nobis ad ſalutē:qn̄ innitit veritati in xp̄o
fundate:nō vanitati/⁊ naturalis cognitiōis īfirmitati ⁊c̄.

¶ Lectio. xliij.   A

Cōteſo ꝙ panis con
uertitur in corpus chriſti tanq̄ in terminum
forma lē ⁊ ꝑ ſe cōuerſionis:vidēdū eſt q̄d ac
cipit noie corpis xp̄i/in qđ conuertit panis
ſubſtātia. An ſubſtātia q̄daʒ ſimplex:an aliqua cōpoſita ex
materia ⁊ forma. Et poſſet quidē breuiter reſpōderi/ ꝙ cor
pus in quod cōuertit ſubſtātia panis eſt ꝓximū ꝑfectibile
ab aīa xp̄i intellectiua.i.id quod cū aīa intellectiua ꝯſtituit
humanitatē chriſti/ tanq̄ altera eius pars eſſentialis: qđ
verū eſt/ſi nō ponantur plures forme vitales in xp̄o. Utrū
autē illud ꝓximū ꝑfectibile ſit materia ſimplex:an cōpoſi
tū ex materia ⁊ forma:ſunt diuerſe opiniones ſm̄ diuerſita
tē opinātiuʒ de vnitate ſubſtātialis forme eiuſdē cōpoſiti:
et pene tot/q̄t ſunt doctores in hac materia ſcribētes. Un
de ꝓfundiori harū diſcuſſione dimiſſa/nihil determinādo:
duos modos recitabo ſm̄ duas oppoſitas opiniones/qui
bus materia iſta reſolui poſſet:ſtāte ſemper firma hac ve
ritate ſufficienter ſupra oſtēſa/ ꝙ ſub ſpeciebus ſacramēta
lib⁹ eſt illud verū et idē corp⁹ xp̄i qđ cōceptū et natū eſt de
virgine:pependit in cruce: iacuit in ſepulcro: reſurrexit et
ſedet ad dexterā paterne glīe:in quo venturus eſt dn̄s ſe
ſus iudicare mortuos atq̄ viuos. Etiā ſi ſciri nō poſſit cer
te ⁊ determinate q̄d ſit illud corp⁹ adequate:illud em̄ cre
dere ſufficit ad ſalutē:illđ ſcire ⁊ ſic eſt optabile ⁊ bonū:nō
tm̄ neceſſariuʒ. Unde egidi⁹ de roma doc. famoſus: qui in
q̄nquaginta theorematib⁹ multū laborauit: huius ſacramē
ti mirabilia explicare:ac nodos diſſoluere q̄ſtionū: cuʒ ad
hāc materiā venit:fatet de veritate ſue poſitiōis (qua po
nit corp⁹ in qđ cōuertit panis ſubſtātia: eſſe materiā nō ab
ſolute ⁊ ſm̄ ſe:ſʒ organizatā/et habentē modum quātitati
uū: ꝓpter quē pōt dici corp⁹) ſibi ſufficienter nō conſtare:
ideoq̄ eidē firmiter nō aſſentit dicēs: Sufficit mihi ſcire ꝙ
panis cōuertit in corpus chriſti: quod fuit formatuʒ ex ſan
guinibus virginis: qđ fuit immolatuʒ in cruce. Et vinum
in verū ſanguinē: q̄ ꝓ redēptiōe humani gn̄is fuit effuſus:
cui hoc nō ſufficit/cū freno fidei q̄rat vlteri⁹. Mihi autem
hoc ſufficit:nā malo in ſimplicitate manere: q̄ de arduis te
mere iudicare. ¶ B Inquirēdo igitur q̄dditatē corpo
ris in qđ cōuertit panis: videt ꝙ opiniones diuerſe de vni
tate forme poſſunt reduci ad duas oppoſitas. Una ꝙ in cō
poſito ſubſtantiali plures ſunt forme ſubſtātiales: ſiue ille
multiplicent ſm̄ pluralitatē predicatoꝝ quidditatiuoꝝ de
tali cōpoſito predicabiliū: ſiue ſm̄ diuerſas operationes a
forma procedētes. Siue ponat in homine tm̄ forma corpo
reitatis: quā aliqui nomināt formā mixtionis: ⁊ forma ve
getatiua/ſenſitiua ⁊ ſpecifica que eſt intellectiua. Siue ali
ter ſm̄ varios modos ponendi ſic opinātiū. ¶ Scđa opi
nio eſt/ꝙ ſicut in vno cōpoſito nō ſunt plures materie di
uerſe rōnis: ſic nec plures forme ſubſtātiales. Sed oē com
poſitū ſubſtātiale cōponit ex materia eiuſdē rōnis: et vna
forma ſpecifica q̄ in hoie eſt aīa itellectiua. Unde hō ſortit
nomē ſubſtātie ⁊ corporis/tā ex materia q̄ aīa intellectiua
ſimul ſiue cōiunctim. Dicit vō corp⁹ aīatū aīalis rōnalis ꝑ
vnicā formā/aīam ſcʒ intellectiuā/q̄ opat operationes vita
les in hoie. Itē vegetat corp⁹: ipſa ſenſificat: ipa ratiocina
tur: licet ꝑ alia ⁊ alia organa nō ſimiliter qualificata. Un
de eo ip̄o ꝙ aliquid eſt cōpoſitū ex aīa intellectiua et mate

ria prima/eſt ſubſtātia/corpus animatū/animal/homo: vt
patet manifeſte ꝑ cōmunes diffinitiones horū terminoruʒ.
Unde tenet ꝙ in hoie ⁊ in quolibet cōpoſito ſubſtantiali/
preter formā ſpecificā/nō eſt alia ſubſtātia: niſi ſimplex ma
teria p̄ma: q̄ manet eadē numero in genito ⁊ corrupto im
mediatis.i.quoꝝ vnū ſuccedit alteri. ¶ C Cōſequenter
notādū ꝙ corp⁹ accipit tripliciter poſt Grego. de arimino
in. ij. ſcrip. diſ. xvj. q. ij. Uno modo vt eſt ſpēs imediata ſub
ſtātie: ⁊ ſic ſignificat ſubſtātiā totalē cōpoſitā ex materia ⁊
forma. Totalē dico.i.q̄ nō eſt ps alteri⁹: q2 gn̄a et ſpēs p̄di
camētalia nō importāt res partiales: q2 res partiales non
ſunt ꝑ ſe in p̄dicamēto: ſʒ tm̄ reductiue ſm̄ multos. Itē ge
nus p̄dicat de oib⁹ ſpeciēb⁹ ⁊ indiuiduis ſub eo cōtentis.
Sub corpore aūt tāq̄ ſub gn̄e ꝯtinent oēs ſpēs ſpecialiſſi
me ⁊ indiuidua ſubſtātie: ſignificātes res cōpoſitas: vt ho
mo/aſinus/iohānes/petr⁹/paul⁹: tales aūt ſignificāt res
totales ꝑ ſe in gn̄e: ⁊ ꝑ ꝯn̄s corp⁹ nō verificat de eis ſi ſigni
ficaret rē partialē. ¶ Correlariū: Si in eodē cōpoſito ſub
ſtantiali ſunt plures forme: cōpoſitū ex materia/⁊ vna for
ma tm̄ nō eſſet corp⁹. Gr̄a exēpli: Si in hoie eſſent quattu
or forme/corporeitatis/vegetatiua/ſenſitiua ⁊ rationalis:
cōpoſitū ex materia ⁊ forma corporeitatis p̄ciſe non eſt cor
pus ſic accipiēdo corp⁹: q2 q̄cq̄d cōtinet ſub gn̄e: ꝯtinetur
etiā ſub aliqua ſpē ſpecialiſſima: ſʒ illud cōpoſitū p̄ciſe nec
eſt aīatū nec inaīatū: nec hō: nec aſin⁹: ſʒ bene eſt ps hoīs.
¶ Alio mō accipit vt eſt ſpēs quātitatis cōtinue: ⁊ ſic ipor
tat trinā dimēſionē: longitudinē/latitudinē ⁊ ꝓfunditatē:
⁊ ſic dimēſio realiter diſtinguit a ſubſtātia ⁊ q̄litate exten
ſa: tūc corp⁹ illo mō nō ſupponit niſi ꝑ accidēte/ſcʒ quātita
te trine dimēſiōis. Si nō diſtinguit: tūc ſupponit indifferē
ter ꝑ ſubſtātia vel qualitate extēſa: cōnotādo trinā dimen
ſionē partiū. ¶ Tertio mō accipit corp⁹ ꝑ altera pte cōpo
ſiti ſubſtātialis: vt cū dicim⁹ hoiem cōponi ex corpe et aīa:
ibi em̄ nō capit corpe vt eſt ſpēs imediata ſubſtātie: q2 ſic
hō nō cōponit ex corpore: ſed eſt corp⁹. ſicut nō cōponit ex
aīali: ſed eſt aīal: nec ſortes cōponit ex hoie: ſed eſt homo.
Et ſic videt ꝙ corp⁹ eſt in p̄dicamēto relatiōis ſicut ps: q2
importat formaliter partē toti⁹ cōpoſiti: ⁊ ita reſpectū ad
totū. Et illo mō materia p̄ma eſt corp⁹: ſicut accipit cōmēta
tor. j. phyſi. cōmē. lxiij. vbi poſita diſtinctiōe de duplici alte
ratione/ſubſtātiali ⁊ accidētali/alt. Et cū cōſiderauerint il
lud quod defert vtrāq̄ trāſmutationē: inuenīūt ip̄m idē nu
mero: ⁊ eſt corp⁹ demōſtratū. Uidem⁹ em̄ idē corp⁹ in eodē
loco trāſferri de carneitate in terreſtreitatē: ⁊ de terreſtrei
tate in vegetabilitatē ⁊c̄. vbi ꝑ corp⁹ intelligit materiā. Ad
idē. j. metaphyſi. cōmento. xxxj. vbi materiā q̄ttuor elemen
torū vocat corpus. In hac ſignificatiōe cōiter accipit a ſan
ctis. Un̄ iohānes dam̄. Oēs hoies ex aīa et corpe cōpoſiti
ſunt: ⁊ oēs naturā aīe ꝑticipāt: ⁊ ſubſtātiam corporis poſſi
dēt. Itē b. hiero. in explanatiōe fidei catholice/humanita
tē dicit cōſtitui ex aīa ⁊ corpore. In his corpus accipit pro
altera pte cōpoſiti. Sic capit corp⁹ philoſophus. ij. de aīa/
cū dicit: Aīa eſt actus corpis. ¶ D Uerū q̄dā adhuc di
ſtinguunt de corpore illo mō accepto: q2 vno mō accipiūt
generaliter ꝑ altera pte eſſentiali cōpoſiti: q̄ cū forma cōſti
tuit totū: ⁊ ſic oīs materia p̄ma eſt corpus. Hoc mō cōcedē
dū eſt ꝙ aer habet corpus: ſimiliter ignis: ⁊ q̄cū q̄ homo
genea ſubſtātialia: ſic accipit cōmētator vbi ſupra. Alio mō
accipit ſtrictius ꝑ altera pte cōpoſiti organizata cū forma
cōſtituēte totū: ⁊ illo mō materia in aīalib⁹ ꝑfectis eſt cor
pus/⁊ nō in homogeneis. Sic cōcedim⁹ ꝙ aīal cōponitur
ex corpore ⁊ aīa: nō autem lapis vel terra aut aqua vel aer.
¶ Secundū ponētes aūt plures formas ſubſtantiales in
eodē cōpoſito/adhuc oportet ponere vlteriorē diſtinctio
nē corporis: vt dicit alterā partē cōpoſiti etiaʒ organizatā: q2
pōt accipi vno mō ꝑ ꝓximo ꝑfectibili a forma vltima ſiue
ſpecifica: ſm̄ quā acceptionē verū eſt ꝙ oīs hō cōponit ex
duab⁹ partib⁹ tm̄: ſcʒ corpe ⁊ aīa intellectiua: ibi corpe acci
pit ꝑ toto illo ſubſtātiali qđ eſt ꝑuiū aīe intellectiue: id eſt
pro compoſito ex materia et forma corporeitatis vegetati

na et sensitiua. Alio modo capit corpus ꝓ cōposito ex materia ⁊ sola forma corporeitatis: ⁊ sic corp⁹ nō est altera pars: sed forte quarta vel sexta vel centesima/ſm ꝙ ponunt plures vel pauciores forme substātiales in eodē cōposito. Et hoc modo oportet accipere corpus ſm eos q̄ ponūt plurimas formas: vel ad minus ꝓ cōposito ex materia ⁊ forma vel formis non vitalibus. Et ꝑ hoc habent dicere ꝙ corp⁹ in qd̄ cōuertit panis tanq̄ in terminū ꝑ se formalem/est cōpositū ex materia ⁊ forma corporeitatis: excludēdo formas vitales .i. vegetatiuā/sensitiuā ⁊ intellectiuā. Patet: q2 habēt dicere ꝙ corpus in qd̄ cōuertit panis: est illud qd̄ manet idē in christo viuente et mortuo. Illud autē non includit formā vitalē: illa em̄ nō fuit in corpe christi mortuo in sepulcro. Ex quo sequit ꝙ corpus non dicit p̄cise ꝓximū perfectibile ab aia intellectiua ſm sic opinātes. Patet: q2 proximū ꝑfectibile ab aia intellectiua includit oēs formas/preter aiam intellectiuā: ⁊ sic includit aiaz vegetatiuam et sensitiuam: q̄ non sunt ꝑtes corꝑis in qd̄ cōuertit ꝑmo substātia panis: q2 ille sepate fuerūt a corpore xp̄i moriēte. Et hec respōsio videt esse de intētione scoti/quātū ad hoc ꝙ corp⁹ sit cōpositū ex materia et forma corporeitatis: contra sctm̄ Tho. ⁊ Egidiuz ponētes vnitatē forme substātialis in vno cōposito. Quē etiā in h imitat guilhel. ochā. Vn̄ ait sco. q. iij. dist. x. ꝓpe finē: Dico ꝙ corpus christi ꝑ se includit materiā/⁊ ad minus formā vnā mixti priorē intellectiua: ⁊ per istā formā est in actu essentiali/⁊ ꝓximū receptiuū aie intellectiue: licet nō sit per eā i genere corporis/ vt corp⁹ est gen⁹/ nisi per reductionē. Et in illud cōpositū quod tn̄ per se est pars hominis: fit per se conuersio panis .i. totius in totū: ⁊ partiū in partes: ⁊ per cōsequēs hec forma est termin⁹ formalis cōuersionis/siue forma termini cōuersionis. hec aūt manet eadē/siue anima vniat ei siue nō: q2 hec prior est naturaliter saltē informādo ipsa anima: ⁊ in triduo mãsit/aia nō manente ibi: et ita in triduo fuisset eadē res sacramēti si sacramentū tunc mansisset: q2 forma corporeitatis non fuit separata in christo: ⁊ per cōsequens nec separata a materia sua vt in eucharistia. Sicut em̄ idē numero fuit res ista ſm se in existētia naturali: ita etiā idē cōpositū numero: quod est prim⁹ termin⁹ cōuersionis mãsisset semꝑ in eucharistia. Hec sco. ⁊c. ¶ E Sed q2 paucitas est semper ponēda vbi plura ponendi nulla est necessitas: cui tanq̄ principio physico vterq3 scotus ⁊ ochā frequēter innitunt: nec aliqua necessitas cogens ad ponēdum plures formas substantiales in eodē cōposito apparet: ideo secunda opinio que pluralitatem formarū vitat: probabilior videt. Nā omnes rōnes quas alij cōtra hanc opinionē inducūt/tā physicas q̄ theologicas sufficiēter soluit Grego. de arimi. in ij. dist. xvi. q. ij. Inter quas due rationes theologice ponderant. Una si in vno cōposito nō esset nisi vna forma substantialis: tūc non esset idē corp⁹ in genito quod fuit in corrupto: nā corrupto homine/statim inducit forma cadaueris: et illa cū materia manēte cōstituit corpus. Illud autē corp⁹ cōpositū ex materia ⁊ forma cadaueris/nūq̄ fuit in viuēte tanq̄ pars ei⁹: et ꝑ cōsequēs nō est idē corpus in genito/qd̄ fuit in corrupto. Cōsequētia nota: ⁊ ꝑma ps antecedētis patet: q2 corrupta vel separata forma specifica/statim introducit alia forma specifica. Et sicut materia non pōt stare nuda naturaliter: sed semꝑ ꝑuata vna forma/introducit alia forma. Ita ꝑfectibile a forma specifica/siue sit materia siue cōpositum manēs: dū priuat vna forma specifica/recipit aliā. Nec potest stare nudum a forma specifica: ideo corrupta forma asini/statim introducit in materiā forma cadaueris. Illa corrupta/introducit forma vermis vel pulueris terrestris: illa corrupta/forma graminis vel alteri⁹ mixti: q̄ oēs sunt specifice. Scd̄a ps ꝓz: q2 illud sic manēs dr̄ corpus defuncti hominis vel aialis. ¶ Ex hoc aūt sequūtur duo incōueniētia theologicalia. Unum: ꝙ illud qd̄ iacuit in sepulcro: nunq̄ fuit corpus xp̄i viuētis nec resurgētis. Scd̄m: ꝙ frustra venerarent reliq̄e sctōꝝ: nā ossa illa venerātur tāq̄ corpa vel partes corpoꝝ olim sanctoꝝ: ⁊ ita rediret heresis Eluidij: quā studiose reprobauit beatus hiero. in ep̄la cōtra eundē. Sed si in his nō est nisi vna forma/puta cadaueris vel pulueris: illa nunq̄ fuit in sctis: ⁊ ꝑ cōsequēs nec corp⁹ cōpositū ex hac forma specifica ⁊ materia fuit aliq̄n pars sctōrum. ¶ F Sed rationes iste seipsas soluūt attēta distinctione corꝑis suprapposita. Nā si accipit corp⁹ vt est ipse substātie: certū est ꝙ nō manet idē corpus in genito qd̄ fuit in corrupto/etiā ſm eos. Sic em̄ corpus corrūpit/⁊ simpliciter nō manet: q2 sic corp⁹ non est substātia ꝑtialis: sz totalis. Si accipit scd̄o mō/vt est de quātitate: nihil ad ꝓpositū: q2 cōuersio nō fit in quātitatē. Si tertio mō ꝓ ꝑfectibili ꝑ formam specificā: illud nō cōstituit ex materia ⁊ forma cadaueris: sed est subiectū forme cadaueris idem in genito qd̄ fuit in corrupto. Et ideo ita est cōtra arguētes sicut cōtra opi. scd̄am: nā certū est ꝙ viuēs corrūpit in cadauer. Certum etiā est ꝙ ossa illa q̄ dicūtur reliquie sanctorū: sunt res q̄dā totales ꝑ se in genere et in certa specie: ⁊ ita hn̄t formas specificas q̄ nūq̄ fuerunt ꝑtes sctōꝝ. Nā defuncto btō hiero. sctm̄ cadauer suū (Sic em̄ noiat eusebius ⁊ cirillus ei⁹ discipuli ⁊ cōtēporanei) nūq̄ fuit pars bti hiero. viuētis: sed materia cadaueris/siue subiectū forme cadaueris qd̄cūq3 fuerit. Ueneramur autē sctōꝝ reliq̄as: nō q2 totū illud qd̄ sensib⁹ subijcit: fuit pars sctōꝝ: sed q2 materia vel substātia forme reliquiarū vere ⁊ eadē nūero fuerūt in sctis: ⁊ iterū reunient in resurrectione aiab⁹ sctōꝝ participes glorie corporis. De corpore xp̄i patebit infra. ¶ Ad ꝓpositū ſm hāc opinionē tenētē/ꝙ in eodē cōposito substātiali nō est nisi vna forma substātialis: dr̄ ꝙ in humanitate xp̄i nihil est nisi materia/et aia intellectiua tanq̄ partes eius essentiales/ex quibus cōponit. ¶ G Qd̄ aūt sit corp⁹ illud in qd̄ cōuertit substātia panis: sunt diuerse respōsiones. Btūs tho. iij. pte. q. lxxv. ar. vi. ponit ꝙ corpus illud in qd̄ cōuertitur panis: est aliqd̄ cōpositū ex materia ⁊ aia intellectiua/non vt intellectiua est: nec vt cōstituit compositū/qd̄ est hō: sed vt dat esse corporeū: ⁊ cōstituit compositū qd̄ est corpus. Sed hoc sustineri nō potest: q2 conuertit in illud corp⁹ qd̄ fuit idem in sepulcro/⁊ in cena vel cruce: sed illud nō includit aiam: cū aia christi non fuit in sepulcro. ¶ Egidius dixit theoremate. xxviij. ꝙ corpus illud in qd̄ conuertit substantia panis: est materia/non absolute ⁊ ſm se: q2 in hoc errauerunt oēs phi antiqui/dicētes materiā esse corpus: vt dicit theoremate. xxx. sed organizata/scz materia hn̄s quendā modū quātitatiuū/ꝓpter quē ipa pōt noiari corpus: sic em̄ dicit phus ꝙ aia est act⁹ corꝑis .i. materie habētis ꝑtes seu modū quēdā quātitatiuū: nō tn̄ includēdo quantitatē: quia illa nō est de essentia hominis. Ille tamē modus dicit/nō est quoddā accidēs supadditū materie essentie: sed est derelict⁹ in materia ex adiacētia quātitatis: ⁊ est realiter ipamet materia substans certis dimensionib⁹ siue quantitati: quia vt sic censet habere partes etiam distinctas a partibus quātitatis. Et propter hoc etiā materia vt sub tali mō habet esse: pōt dici quoddā totum: siue quoddā compositū: vt declarat theo. xxix. vt ita vere possit dici/totus panis cōuertitur in totū corpus. Et ſm hoc potest etiā idē fuisse corpus xp̄i viuuz ⁊ mortuū: nō solū rōne materie: sz rōne illius termini/modi existēdi sub quantitate: vt declarat theoremate xlvij. Ideo aūt negat quantitatem esse in ꝑ se termino conuersionis: q2 tunc non esset trāsubstantiatio si requireret in ꝑ se termino aliqd̄ accidēs. Etiā tūc ibi esset quātitas primo: qd̄ ipse negat ⁊ alij cōiter. ¶ Ista opinio etsi bene posset intelligi: tamē modus loquēdi videt implicare. Nō em̄ simul stant ꝙ modus ille quātitatiuus sit idē materie realiter: ⁊ nō sit derelictus a quātitate: q2 materia non derelinquit: nec causatur a quātitate. Similiter nō stat ꝙ modus ille adueniat materie ex adiacentia formaꝝ ceterarū: vt ipse frequēter dicit: ⁊ ꝙ sit idē materie: q2 idē non cōuenit sibijpsi. Itē si est idem materie: quō materia pōt dici ex ipso quoddā cōpositū. ¶ Has opiniones cū opini. Henrici de gandauo tenētis in hoie duas esse formas substātiales: late recitat Sco. cū suis motiuis; et latius nititur improba-

re: cuius tamē rationes sufficienter soluit Grego. vbi su/
pra inquantū procedunt contra vnitatē forme substantia/
lis in cōposito. ¶ D Potest ergo dici/sustinendo vnam
tm̄ formā substantialē esse in homine que est anima intelle
ctiua: ꝙ panis conuertit̄ in materiā primam humanitatis
christi: tanꝗ̄ in terminū primū ꝑ se ⁊ formalē conuersionis
facte/vi cōsecrationis. Que materia est corpus: vt dicit al/
rā partē cōpositi substātialis/q̄ cū forma cōstituit totū. Et
hec materia siue corpus est alia numero a materia panis:
hec etiā est eadē numero in christo viuente ⁊ mortuo. Ipsa
etiam materia iacuit nuda in sepulcro. Nuda dico a forma
substātiali: nō nuda a formis accidentalib⁹. Nō tamē cōuer
tit̄ panis ꝑmo in aggregatū ex materia ⁊ accidētib⁹ sibi in
herētibus: q: accidētia illa variabilia sunt: nec semꝑ manēt
eadē in eodē subiecto. i. materia christi: q: alia accidētia pu
ta palloꝛ vel nigredo/frigus/rigoꝛ ⁊c. fuere tā in corꝑe chri
sti mortuo/ꝙ̄ in viuo. Terminus aūt ꝑ se huius cōuersio/
nis semꝑ est idē vt. s̄. dictū est. Doꝛreo dicere ꝙ forma cada
ueris successit aīe intellectiue in christo moriente. quod de
alijs sanctis neminē negare puto: nō sic in xp̄o: De quo ꝓ/
pheta in ps̄. Nō dabis sanctū tuū videre corruptionē. vt al
Act. ij. legat beatus petrus. atꝙ exponēs ait: Prouidēs ꝓpheta
locutus est de resurrectione xp̄i: q: neꝙ derelictus est in in/
ferno: nec caro ei⁹ vidit corruptionē. Sanctū tuū. glosa: cor
pus sanctificatū. Per hoc ꝓbat hūane fragilitatis expertē:
⁊ supgressum esse hūanam cōditionē. Hec glo. Videret au
tē corruptionē cōi lege fragilitatis hūane: si separata aīa/ac
in infernū descēdente: corpus in sepulcro formā susciperet
cadaueris. Si ergo forma cadaueris non successit: nec alia
forma specifica: q̄d horū magis obuiat physicis ꝑncipijs/
materiā stare nudā: an ipam stare sine forma specifica. vtrū
ꝙ negaret philosophus: q̄ ponit ad corruptionē vnius se/
qui generationē alteri⁹. Vtrūꝙ fieri ꝑ deū cōcedere habet
catholicus: eo ꝙ neutrū implicat ꝯtradictionē. ¶ I Si
vero q̄s dicere non refugeret/separata aīa xp̄i aliā formam
succedere in materia/noiet̄ vt liber: Iā manifestū est ꝙ cor
pus cōpositū ex materia ⁊ illa forma succedēte/qd̄ iacuit in
sepulcro: nunꝗ̄ fuit in christo: neꝙ pars humanitatis chri/
sti. Nō ergo in hoc corpus cōuertit̄ panis: q: corpus in qd̄
cōuertit̄: idem est in sepulcro et in viuēte christo: vt plerisꝙ
autoritatib⁹ sanctoꝝ patrū ꝓbat̄. Unde Amb. vt habet̄ de
cōse. di. ij. Oia quecūꝙ. Idē inq̄t corpus qd̄ de ꝟgine sum
ptū est: qd̄ passum est et sepultū: ⁊ resurrexit ⁊ in celū ascen
dit. loquit̄ de corꝑe in qd̄ cōuertit̄ panis in eucharistia. Itē
Leo in ser. de asce. Nō dubia fide: sed certissima sciētia tene
mus/eā naturā in patris consessurā throno q̄ iacuerat in
sepulcro. Itē Aug. in de fide ad pe. Idē hō in vtero matris
et pependit in cruce/⁊ iacuit in sepulcro/⁊ resurrexit. Sed
nō pōt illa idētitas intelligi nisi ratione ꝑtis q̄ est corpus:
Idē in epl̄a ad felicianū. Illam carnē in sepulcro non dese/
ruit: quaꝫ in vtero formauit. Itē grego. suꝑ illud Ioh. xx.
Maria stabat ⁊c. Nō moriēdo in sepulcro posuit: surgen
do suꝑ angelos leuauit. Itē suꝑ illud Ione. glo. Tu suble/
uās de corruptione idipm corpus/⁊ eandē carnē resurgere
qd̄ in humo ꝯditū fuerat. Multa ad idē. s̄. allegata fuerāt.
Et ꝑ hec patet solutio rationū. s̄. ¶ L Sed di. nō soluꝫ
est idem corpus: sed ⁊ eadē caro: vt dicūt q̄daꝫ autoritates
Et in ps̄. xv. Caro mea requiescet in spe. ⁊ Act. ij. Nec caro
ei⁹ vidit corruptionē. ⁊ eadē ratione ei⁹ ossa. Materia aūt
nō pōt dici caro/neꝙ os: cum illa nō sunt eiusdē rationis.
Materia aūt est eiusdē rationis in oībus organis. Rñde/
tur: caro ⁊ ossa sunt termini cōnotatiui: ⁊ accipiunt̄ dupl̄r.
Uno mō vt supponūt ꝓ corꝑe de substātia. i. ꝓ cōposito ex
materia ⁊ forma specifica cōnotādo accidentalem dispoſi/
tionē: ⁊ sic panis nō cōuertit̄ in carnē: vt supra dictuꝫ est: q:
nō in corp⁹ vt est spēs substātie. Nec sic est eadē caro viui ⁊
mortui: nec eiusdē rationis est in hoie ⁊ pecore. Alio modo
accipit̄ vt supponit ꝓ corpore tertio mō accepto. i. altera
parte cōpositi q̄ est materia: cōnotādo certas dispositiōes
accidētales: et sic est eadē caro in viuo et mortuo. Etiam ca

ro et ossa sunt eiusdē rationis essentialis: sed nō accidenta/
lis: sicut hō alb⁹ ⁊ calidus. Sūt etiā eiusdē rationis in hoie
et pecore. Nec sequit̄/sunt eiusdē rationis: ergo caro est os
ꝓpter defectū cōnotati: sicut hō iustus ⁊ iniustus sunt eius
dē rationis essentialis. Nec tn̄ ꝓpter hoc iustus est ⁊ iniu/
stus. Et tantum de hac materia: in qua eligat quis qd̄ pla/
cet/seclusa temeritate ⁊ ꝑtinacia: stante semꝑ humili subie
ctione intellect⁹ proprij determinationi ecclesie/⁊ fidei or/
thodoxe. ¶ L Adhuc restat videre an conuersio illa fiat
in tꝑe vel in instanti. Ad quod est vna responsio doctorum
oim: q: vt dicit Alexan. iiij. ꝑ. q. xxxviij. me. vi. Tot⁹ panis
in totū corpus cōuertit̄ indistincte: ita ꝙ nō vna pars sub/
stātie panis in vnā partē corꝑis xp̄i: alia in aliā: ꝓut deter/
minatū est ab Inno. iij. sic dicēte: Utrū partes in ꝑtes: aut
totū in totū: aut totale transeat in totale: nouit ille q̄ facit:
ego qd̄ residuū est igne cōburo. Si tamē q̄rentis instat im
probitas: ego salua fide/cōcesserim/ꝙ totalis panis in to/
tale corpus cōuertitur: ita vt nulla pars panis trāsit in ali/
quā partem corporis. ¶ Et hoc satis patet ex ꝑmissis: naꝫ
cū conuersio nō dicit aliud nisi desitionē panis et successio/
nē corꝑis: desinit aūt totus panis s̄m se ⁊ quodlibet sui: et
succedit totum corpus christi. Manifestū est ꝙ totū cōuer
titur in totū: ⁊ ita fit corpus christi totū simul ꝑsens specie/
bus panis: et nō pars post partē: ⁊ ita nō successiue: ⁊ ꝑ cō
sequens instātanee. i. totū simul. Nō eñ pōt esse successio ex
parte termini qui totus simul introducit̄/⁊ non pars post
partē. Nec ex ꝑte subiecti successiue ad forme receptionem
dispositi: q: nullū est hic subiectū: cum totū trāseat in totū.
Nec ex ꝑte agentis limitati: q: agēs est infinitum: ⁊ ꝓpter
idem nulla pōt esse resistentia. Dicit̄ ergo ꝙ in fine ꝓlatio/
nis verborū incipit esse corpus xp̄i sub speciebus panis et
desinit esse panis. ¶ Et si diceres: licet virtus diuina cōuer
tens sit infinita: tn̄ oꝑatur ad ꝓlationē verborū sacramen/
talium/que nō pōt esse subita. ¶ Ad illud respondet Ale/
xan. licet virtus diuina operet̄ ad verbi ꝓlationē: non ta/
mē s̄m prolationem successionis. operat̄ eñ virtus diuina
nō nisi prolatio verbis: sed nō durante verborū ꝓlatione.
Operat̄ autē in fine ꝓlationis ⁊ nō ante: q: ita placitū est
sue oipotēti voluntati. ¶ M Sed forte quis replicet: si
gno instās vltimū esse panis: ⁊ similiter primū instās cor/
poris xp̄i sub specieb⁹ panis: vel sunt vnū instās vel diuer/
sa. Si ꝑmū: ergo simul sunt corp⁹ xp̄i ⁊ panis cōtra ꝑus di/
cta. Si diuersa: ⁊ cū instātia nō possunt eē immediata: cadit
tp̄s mediū: ꝑ quo vt videt̄/introducitur corpus xp̄i/et ita
successiue. Solutio: panis desinit simul cū verborū ꝓlatio
ne: ita ꝙ idē est instās desitionis ꝓlatiōis verboꝝ/⁊ desitio
nis panis. Cū aūt ꝓlatio ꝟborū est successiua: ⁊ res successi
ua desinit ꝑ ꝑmū nō esse: ⁊ nō ꝑ vltimū esse: alioq̄n daret̄ vl
tima pars cōtinui q̄ necessario foret indiuisibilis: ideo non
datur vltimū esse panis: sicut nō dat̄ vltimū instans ꝓla
tionis: sed dat̄ primū nō esse ꝓlationis simul ⁊ panis: et il/
lud est primum esse corporis christi sub speciebus panis.
Et per hoc patet solutio replice/non admittendo quod as/
sumitur: signo vltimum esse panis: illud enim non est si/
gnabile: quia desinit non per vltimum esse: sed per primuꝫ
non esse. Et huic satis concordat sententialiter Alexan. de
ales per. iiij. q. xxxviij. mē. viij. vnde ait: Sumere est instās
in quo est corpus christi primo: ⁊ illud est terminus huius
mutationis que est transsubstātiatio. Sed quia in tēpore
non continuātur adinuicem instātia: sed inter quelibet est
tēpus medium: nō est sumere instans ꝑimum ante instās
vltimū trāssubstantiationis: in quo instanti proximo ante
vltimum est panis: quia etsi sit sumere instans indiuisibi/
le vltimum in continuo: non tamen penultimum. Unde
nō est sumere instās in q̄ vltimo est panis: instās eñ instan
ti nō pōt continuari: sed tp̄s instāti. Unde totū illud tp̄s in
quo est panis: cōtinuatur illi instanti in quo primo est cor
¶ Manet etiā ordo distinctionis partiū organicarum. Nā ad distinctionē organoꝝ nō requirit localis distātia: sed distinctio realis dispositionū naturaliū/quibꝰ existētibus est organū: siue partes distent/siue nō. Nam qūuis manus retentis eisdē dispositionibꝰ esset simul in codeꝫ loco cū oculo: hō tñ p manū nō videret: sꝫ p oculū. Manēt ḡ in sacro ptes organice suis dispositionibꝰ qualificate: ⁊ abinuicē realiter ⁊ nō localiter distincte. ¶ Q Si queris/qd de figura partiū organicarū: q̄ videt necessario requiri ad organizationē partiū. Dicit q̄ figura simpliciter nō requirit ad organizationē: q: pōt dñs oculuꝫ cōseruare in oī sua naturali dispositione absq̄ hoc q̄ sit circūscriptiue in loco: in quo casu vere est oculus: et tñ nullā habebit figurā: quia figura est quātitas linea vł lineis clausa: vñ q: figura cōnotat certū partiuꝫ sitū ⁊ distantiā: sicut in sacro nō est positio situalis: ita nec figura. Nec est magis incōueniēs figurā non esse partiū vt in sacro: q̄ eas vt ibi nō habere positionē situalē: nec situalem distantiam. ¶ De ordine causalitatis aut prioritatis nature vel tpis non est difficultas. Si aliqs talis est partium in celo: idem est in sacro. Nō est ḡ ſm hāc opi. corpꝰ xpi in sacro quātum: nec figuratū: nec partes eius vt ibi sunt/distant. Est tñ corpus xpi verū/organizatum/integrū/pfectū/ꝯstans partibus suis distinctis ⁊ incōfusis. Et in hoc scdo oēs opi. ꝯcordāt. Sed pma ⁊ tertia opiniones in hoc discordant a secūda ⁊ quarta: q: illi dicunt corpꝰ christi in sacramēto esse quantū per quātitatē propriaꝫ sibi inherentē: licet nō habeat modū quantitatiuū. Isti dicunt q̄ corpꝰ christi in sacramēto nō est quantum: nec habet ibi in se quātitatē que sit accidētalis forma sibi inherēs. Prima aūt in hoc discordat a tertia: q̄ dicit quātitatē corporis christi nō habere suū propriū modū in sacramento: qui est modus quantitatiuꝰ. Tertia dicit q̄ habet suū propriū modū: ille aūt nō est modus quātitatiuꝰ. Intelligendo per modū quātitatiuū partiū extensionē: ſm quā res pōt esse in loco cōmensuratiue. Sed est positio que est ordo partiū ad totū: non ad locū. ¶ Tres prime opini. discordāt a quarta: q: ponūt quantitatē esse accidens absolutū inherens rei quāte: quod negat opinio quarta. ¶ R Posset tñ quātum ad aliquid opi. tertia cū quarta cōcordari per equiuocationē nominis quantitatis. Nā diffiniēdo quantitatē prout opi. quarta diffinit: ⁊ similiter quantū dimensiuū: q̄ est res habens partem extra partē siue distātem a parte inter quas pōt fieri motus localis: quo mō etiam cōmuniter accipit quātitas et quantum. certum est corpus christi in sacramēto nō esse quantum: quia sic quantitas includit ordinem partiū ad totum ⁊ locum/verum vel imaginarium: qui non est in sacramento. Si aūt accipit quātū p re vna numero hñte partes realr distinctas natas distare localr p naturā: sic corpus xpi est quātum in sacro. Si sic accipit opi. tertia: est intelligibilis ⁊ pbabilis: in paucis discordās a quarta. In eo manet discordia: q: ponit quātitatē distingui a re quāta: qd quarta negat: alioqn opinio tertia est difficilis intellectu. Eligat quis qd a pietate fidei non discordat. Et tantū de his que predicamentum quātitatis ac situs concernūt ſm diuisionem lectione. xxxviij. pmissam.

¶ Lectio. xliiij. A

Expeditis vtcunqꝫ

his q̄ ſm pdicamēti quātitatis habitudineꝫ corpus xpi respiciūt: Trāseundū est ad pdicamentū relationis: ⁊ inqrendū de accidentibꝰ q̄ ante ꝯsecrationē panē ⁊ vinū affecerūt ⁊ sensui apparēt: videlꝫ colore/sapore/odore/qlitatibꝰ pmis tangibilibus/pōderositate ⁊ ceteris. cui subiecto inhereāt: an sint sine subiecto. Inhesio enim respectiue dr: nec intelligi pōt absq̄ eo qd inheret/⁊ eo cui inheret: h est vt alīq dicūt: sine fundamēto ⁊ termino. Forma inherēs fundamētū est: ⁊ subiectū cui inheret terminꝰ: pmo itaq̄ ea dicemus q̄ certa sunt. Scdo q̄ nō silr ab oibus sunt opinata. ¶ Quoad pmū qnq̄ pono ꝓpōnes. Prima. Spēs panis ⁊ vini manēt eedē post ꝯsecratione q̄ fuerūt añ cōsecrationē. Spēs sunt accidētia panis ⁊ vini: qlia sunt qlitates sensibiles/color/sapor/odor: qlitates pme tāgibiles: calor/frigiditas/humor/siccitas/raritas/dēsitas/figura/quantitas: ⁊ si que sunt similia: pꝫ illud per experientiam sensuum. Sensus nāq̄ circa proprium obiectū non decipitur: ⁊ cum eadem appetit pus que ante: si nō sunt eadem: illuditur sensus. Cōtra illud beati Ambro. et allegat magister distin. xij. iiij. sententiarū. Nihil falsi putādū est in sacramento pietatis: sicut fit in magoꝝ prestigijs: vbi delusione qdā fallunt oculi vt videat eē qd nō est. Itē venera. hugo de scrō victo. li. ij. de sacra. parte viij. c. vij. In sacro inqt/tria ibi discreta ꝓponunt. Spēs videlꝫ visibilis: ⁊ veritas corpis: ⁊ virtꝰ gratie spūalis. Aliud est enim visibilis spēs q̄ visibilr cernit. Aliud est veritas corporis ⁊ sanguinis q̄ sub visibili specie creditur. Aliud gre spūalis q̄ cū corpore et sanguine inuisibiliter ⁊ spūaliter pcipit. Qd enim videmꝰ: spēs panis est ⁊ vini qd aūt sub specie illa credimꝰ/verū corpꝰ xpi est ⁊ verus sanguis. ⁊ paucis interpositis. Et specieꝫ qdē visibilem sacrm eē veri corporis ⁊ sanguinis veri. Corpꝰ aūt ⁊ sanguinē sacrm esse gre spūalis. Et quēadmodum spēs illic cernit/cuiꝰ res vel suba ibi esse nō credit: sic res ibi veraciter ⁊ subaliter pñs credit: cuiꝰ spēs nō cernit. Videtur enim spēs panis ⁊ vini: ⁊ suba panis ⁊ vini non credit ⁊c. Ex qbus manifeste habet spēs panis ⁊ vini q̄ sunt accidentia: pmanere in sacro: immo ipsas esse sacramentum. ¶ B Scda ꝓpō. Accidentia illa ꝯsecratiōe facta non inherent sube panis ⁊ vini. Patet: q: panis ⁊ vini suba ibi nō manet: vt. s. pbatū est: ⁊ verba hugonis pmissa satis innuūt. ¶ Tertia ꝓpō. Accidētia ⁊ spēs sacrales non inherent corpori ⁊ sanguini xpi: nec eos afficiūt: nec denoiant. Patet p magrm dist. xij. li. iiij. sniarū. c. f. Ibi non est inqt/suba nisi corporis ⁊ sanguinis dñici: q̄ nō afficit illis accidentibꝰ. Nō enim corpus xpi talē habet in se formā: sed qlis in iudicio apparebit. Itē corpus xpi ad qlitates sensibiles de nouo non alterat: qd tñ ꝯtingeret/si accidētia panis corpus xpi informarēt. ¶ Item qlitates cōtrarie nō sunt simul in corpore xpi ⁊ eadē eiꝰ parte: sꝫ qualitates panis et vini sunt cōtrarie: vt siccitas panis/humiditas vini: vt ad sensuꝫ patet. Similr ꝯtingit in qlitatibus differētiarū hostiarū ꝯsecratarū: ḡ nō sunt simul in corpore xpi. ¶ Quarta ꝓpositio. Spēs ⁊ accidētia in sacro nō inherent aeri circūstāti tanq̄ subiecto. Probat q: nullū sacrm nec ſm se totum: nec ſm partem sui distat loco ⁊ situ a subiecto suo primo: sed ad sensum apparet q̄ aliqua pars hostie loco et situ distat ab aere circūstante/⁊ a qualibet parte eius: nō ergo est in aere subiectiue Cōsequentia nota cū maiore. Minor patet de partibus

interioribus specierū que nō tangunt aerē. ¶ Itē subiectum accidētis nō est locus accidētiū: sed subiecti ⁊ accidētis sibi inherētis est idē locus. Aer aūt circūstans accidentia est locus eoꝝ: q: terminus corporis cōtinentis accidentia. Etiā alius est locus aeris/ ⁊ alius locus specierū: quia alia ⁊ alia cōtinētia: nam ꝗ aer cōtinet species: nō autē cōtinet seipm̄. Qȝ vo subiectū nō sit locus accidentis/ patet: q: locus situ distinguitur a locato: ⁊ nō est simul cū locato penetratiue: quippe locus diuisus est a locato situaliter. iiij. phys. Subiectū autē ⁊ accidens sunt simul: ⁊ ideo idē est locus substātie ⁊ accidētis. Sicut locus lactis est etiā locus albedinis ac dulcedinis inherētis. ¶ Ex illis sequit̄ ꝓpositio quinta: ꝙ accidentia que sunt spēs sacrales/ nō sunt in substātia tanꝗ̄ in subiecto. Patet: q: nō sunt in substātia panis ex ꝓpositione scd̄a: nec in substātia corporis christi ex ꝓpositione tertia: nec in substātia circūstātis aeris ex ꝓpositiōe q̄rta: nec pōt ibi fingi alia substātia: sunt tm̄ ibi realiter ex ꝓpositiōe pⁱma.

¶ E Sed restat dubiū/ an sint in aliq̄ subiecto accidētali. De illo sunt opi. Sunt em̄ qui dicūt solam quātitatē posse esse sine subiecto: q̄litates vo materiales: licȝ possint esse sine subiecto substātiali ꝑ diuinā potētiā: nō tm̄ sine subiecto accidētali. Inherēt em̄ quātitati tanꝗ̄ subiecto imediato/ sine q̄ cōseruari nō possunt in esse. Cuius rōnē assignāt: q: sola quātitas indiuiduat̄ ꝑ se: ⁊ oīa alia accidētia ꝑ quātitatē: ergo si aliqȝ accidēs esset/ ⁊ nō in quātitate: esset hec res/ ⁊ nō esset hec. ¶ Itē si esset albedo separata a quātitate: esset sensibilis ⁊ nō esset sensibilis. Sensibilis: q: ꝑ se esset de tertia specie q̄litat̄. Et esset nō sensibilis: q: nō quantū nō pōt sentiri: q: indiuisibile sentiri nō pōt. De sensu ⁊ sensato dubitatiōe vltima: q̄litas aūt nō est diuisibilis nisi ꝑ quātitatē. ¶ Itē sine quātitate albedo esset q̄litas spūalis: q: indiuisibilis et sine materia ⁊ quātitate: ⁊ tm̄ esset q̄litas corꝑalis: q: de tertia specie q̄litatis. ¶ Itē quarto si esset sine quātitate/ ⁊ per ꝯn̄s spūalis: nō esset repugnātia quin inesset spūi: ⁊ sic spūs posset esse albꝰ. ¶ D Sed hanc opi. reprobat Sco. q. xij. dis. xij. silr̄ ⁊ ockā. q. vij. quarti. ostēdētes ꝙ quodlibet accidēs absolutū ꝑ diuinā potētiā pōt esse sine subiecto. Nā essentialiꝰ depēdet q̄litas ad substantiā tanꝗ̄ ad subiectū/ ꝗ̄ ad quātitatē: esto ꝙ etiā inheret quātitati: q: substātia est primū subiectū. Essentialior aūt est depēdētia ad pⁱmū: ꝗ̄ ad aliqȝ posteriꝰ. Si ergo pōt q̄litas manere sine depēdentia actuali ad substātiā: multo magis pōt esse sine depēdentia actuali ad quantitatem. ¶ Preterea magis depēdet quātitas a substātia: ꝗ̄ qualitas a quātitate: ponēdo quātitatē subiectū mediū inter substātiā ⁊ q̄litatē: sed quātitas cōseruat̄ a deo sine substātia: ergo ⁊ q̄litas cōseruari pōt sine quātitate. Maior patet: q: priorē ⁊ vehemētiorē influentiā habet causa prima super causatū: ꝗ̄ causa scd̄a: sed in genere cause subiectiue substātia est causa prima: quātitas posterior ⁊ scd̄a. ¶ Preterea qualitas ꝑfectior est quātitate: ergo si quātitati nō repugnat esse per se: multo magis nō repugnat qualitati. Qȝ autē qualitas sit perfectior quātitate/ patet multipliciter. Tum quia qualitas est principiū agēdi actione reali: quātitas nō. Nō em̄ est quātitas de virtutibus actiuis. Tum quia nobilioribꝰ substātijs correspondent qualitates nobiliores: nec sic quātitas: q: nō oportet nobiliorē substātiā esse maiorē quātitatē: vt patet de elemētis q̄ sunt quātitate maiora: ⁊ tm̄ ignobiliora. Tum q: ꝑ q̄litates substātie attingūt fines suos: vt patet de accidētibꝰ vtrificis nō ꝑ quātitatē. Tū q: quātitas cōsequit̄ cōpositū rōne materie: q̄litas rōne forme. Forma autem simplr̄ ꝑfectior est materia. Tum q: q̄litates magis cōueniūt cū ꝑfectione simplr̄: vt sapientia/ intelligētia/ velle: quoꝝ est eadem ratio formalis cū sapiētia diuina ⁊c. qȝ nullo modo quātitati cōuenit. ¶ E Igit̄ est alia opi. quā puto verā: ꝙ omne accidēs absolutū ꝑ diuinā potētiā esse pōt/ ꝓduci ⁊ cōseruari sine subiecto/ tā substātiali ꝗ̄ accidētali. Vn̄ si ponit̄ quātitas accidens mediū inter substātiā ⁊ q̄litatē: pōt q̄litas esse sine quātitate/ sicut quātitas sine substātia. Probat̄: q: omne absolutū a quolibet alio absoluto realiter s̄m se ⁊ q̄dlibet sui distinctū/ pōt deꝰ separare ⁊ separatim cōseruare. Qȝ ꝓbatur: oīs res sufficiēter depēdet a suis causis. Quicq̄d em̄ necessario requirit̄ ad esse alteriꝰ: ita ꝙ sine eo aliud esse nō pōt distinctū ab eo essentialiter: est cā eiꝰ in aliq̄ genere cause: vt deduci pōt ex diffinitiōe cause. Sed cuiuslibet cause extrinsece causalitatē pōt deꝰ supplere. Res vo absoluta s̄m se ⁊ q̄dlibet sui distincta ab alia/ ⁊ q̄libet eiꝰ pte necessario ad esse alteriꝰ req̄sita est cā eiꝰ extrinseca: siq̄dē sole ptes rei essentialis/ scilȝ materia ⁊ forma sunt cause cōpositi intrinsece: ergo eiꝰ causalitatē pōt deꝰ supplere: ⁊ sine eo id cuiꝰ est cā cōseruare. Vn̄ manifeste sequit̄ ꝙ q̄dlibet accidēs absolutū a quātitate realiter distinctū/ sine quātitate cōseruare: silr̄ sine substantia ⁊ ita sine subiecto. ¶ Itē nō plus includit cōtradictionē vnū accidēs absolutū esse sine subiecto/ ꝗ̄ aliud: ⁊ quātitatē esse sine subiecto nō includit cōtradictionē: ergo nec q̄dcūq̄ aliud. Cōsequētia nota cū minore. Maior patet soluendo rōnes opinionis opposite. ¶ F Vn̄ ad pⁱmā d̄: ꝙ fundat̄ in falso fundamento: nulla em̄ res indiuiduat̄ ꝑ aliqȝ sibi extrinsecū: sed q̄libet seipsa est singularis. Etiā si ponerent̄ differētie cōtrahētes naturā ad singularitatē/ ille nō erūt alteriꝰ generis: q: s̄m sic loquētes/ sicut in quolibet genere est iuenire supremū in illa coordinatione: ⁊ silr̄ genera ⁊ spēs medias: ita est inuenire aliqȝ infimū ꝑ se in illa coordinatiōe de q̄ oīa ꝑdicant̄ ⁊ ipsum de nullo. Ideo q̄litates etiā si essent in quātitate/ nō est h̄ ꝑ quātitatē formaliter: de q̄ alibi magis tractādū est. ¶ Ad scd̄am d̄: ꝙ si albedo esset sine quātitate: esset visibilis in potētia remota/ ⁊ insensibilis in potētia ꝓpinqua: q: s̄m illū modū existēdi/ quo scȝ nō haberet partes extra partē dimēsiue nō esset visibilis: posset tm̄ extēdi: ⁊ sic esset visibilis in potētia ꝓpinqua: ⁊ h̄ sufficit vt sit de tertia specie q̄litatis. ¶ Ad tertiā distinguit̄: q: qualitas pōt dici corꝑalis ⁊ materialis: vel q: nata est ꝑficere materiā ⁊ corpus: vel q: est extēsa aptitudinaliter. i. h̄z ptes q̄ possunt extēdi: vel tertio q: actu extēdit̄. Primis duobus modis q̄litas nō quāta/ nata tm̄ esse quāta/ est corꝑalis ⁊ materialis: nō tertio mō. Angelus aūt ⁊ intellectio ⁊ volitio nullo mō sunt corꝑalia. Angelus/ q: nō h̄z partes: intellectio ⁊ volitio etsi habēt partes graduales: tm̄ s̄m illos nō sunt extēsibiles: sed intēsibiles. ¶ Ad quartam d̄: ꝙ sublata quātitate nō esset spūalis: si spūale dicitur nō extēsibile. ⁊ esto ꝙ esset spūalis/ nō ideo sequit̄ ꝙ posset inherere angelo: q: nō sola extēsio causa est quare non pōt subiectari in angelo. Nam nō quelibet qualitas pōt inherere cuilibet subiecto: sed ex natura propria quedā substātie determinant sibi certas qualitates quarū sunt receptiue: ⁊ quarundā ex natura ꝓpria non sunt receptiue: cuius alia ratio danda nō est: nisi q: hec natura est hec. Sic lapis nō est receptiuus visionis: nec celum coloris: ꝗ̄uis ille qualitates sint extēse: ⁊ ita etiā res spirituales diuersarū specierū possunt sibi determinare aliquas qualitates speciales specie differentes: quarū vna potest perficere illā huius speciei ⁊ nō aliā spūalem substantiā alterius speciei. ¶ G Sed adhuc forte q̄s diceret: videt̄ simpliciter impossibile accidēs esse sine subiecto: tū q: accidēs diffinit̄ per subiectū: nū cautē impossibile est alicui cōuenire diffinitū nisi cōueniat ei diffinitio/ cū sint cōuertibilia. ¶ Itē sicut substātia habet se ad esse per se: ita accidens ad esse in alio: sed impossibile est esse substātiā ⁊ nō esse ꝑ se: igit̄ impossibile esset esse accidens ⁊ nō esse in alio. ¶ Itē tūc deꝰ posset facere substātiā sine accidēte: ⁊ ita hoīem sine quātitate/ colore/ figura: ⁊ ita sine carne ⁊ ossibꝰ ⁊ sine organis. Consequēs videtur falsū: q: corpus organicū est de essentia hoīs: q: aīa que est de essentia hoīs diffinitur. ij. de aīa. actus cor-

poris organici. Nō igiẗ pōt esse nisi in corpore organico. Probaẗ ꝯña: q2 caro ⁊ ossa ⁊ organa nō distinguunẗ nisi accidētaliter. ¶ Itē tūc deus posset facere intellectionē ⁊ volitionē sine subiecto: q2 vtraqꝫ est accidēs absolutū: preterea tūc posset etiā accidens respectiuū esse sine subiecto. Cōsequēs falsum: q2 nō pōt intelligi sine fundamēto ⁊ termino: multo minus esse. Probaẗ tñ illatū: q2 oēs rationes adducte ad ꝓbandū ꝙ accidēs absolutum pōt esse sine subiecto/ equaliter cōcludūt de accidente respectiuo: q2 subiectū respectus habet rationē cause extrinsece respectu relatiōis: ⁊ illā pōt deus supplere: nā subiectum seu fundamētū nec est relatio nec pars eiꝰ. ¶ Itē similitas est accidēs nasi: ⁊ nō videẗ posse fieri sine naso.

¶ H Ille obiectiones mote sunt propter infideles ⁊ phōs: qui spāliter ꝓpter hūc articulū inuehere solēt cōtra fidē ⁊ eā deridere. Ideo ad primā rñdeo/ ꝙ accidens diffiniẗ per subiectū nō in actu/ sed in aptitudine: hoc est ꝙ accidēs nō diffiniẗ esse res q̄ actu inheret: sed q̄ naturaliter apta nata est inherere: ⁊ hec diffinitio cōuenit accidēti siue inhereat siue nō: ⁊ est cōuertibilis cū accidēte: q2 nō pōt esse accidēs q̄n natū sit inherere. Hec rñsio est de mēte sancti Bonauen. in quarto dis. xij. q. j. ¶ Ad secūdū dr̄ ꝙ maior nō est vera/ nisi esse in alio dicat aptitudinē ad inherendū. Sic verū est/ sicut substantia totalis est ꝑ se/ idest nō apta nata inherere. Si aūt vtrūqꝫ dicit actū: nō est bona diuisio entis/ in ens ꝑ se/ ⁊ ens per accidēs. ¶ Preterea esse ꝑ se/ nō videẗ substantie esse essentiale: nec esse de eius rōne formali: q2 nō cōuenit materie nec forme substātiali: q̄ tñ vere sunt sube ſm phm in p̄dicamentis. Nō cōturbent vos partes substātie ⁊c. Item nō videẗ plus repugnare totali substātie inherere alteri/ q̄ suppositari ab alio. Neqꝫ em̄ ꝑ se est q̄ ab alio suppositaẗ ideo sicut nō implicat cōtradictione ꝙ ꝑsona extrinseca terminat esse suppositale substātie totalis: ita nō videẗ implicare ꝙ substātia totalis quantū ad esse suū ꝑ se dependeat ad aliud: licet sibi cōueniat sine alio esse per se: sicut esse suppositale cōuenit substātie per se: ⁊ tamē potest quantū ad illud esse dependere ad aliud. Si hoc nō placet: sufficit solutio prima. ¶ Ad tertiū cōcediẗ/ ꝙ deꝰ posset substantiā facere sine accidente: ⁊ cū inferẗ de homine sine qualitate ⁊ figura: cōceditur quantū ad figuram ⁊ quātitatē/ ⁊ cetera accidētia. Sed de organis/ carne ⁊ ossibus dr̄. Si illa distinguūtur ꝑ formas substantiales diuersarū rationū: sic hō sine illis esse nō posset. Nō em̄ est homo sine forma sensitiua/ vegetatiua/ intellectiua ⁊c. siue sit vna siue plures. Si autē tñ distinguuntur per dispositiones accidētales: cōcediẗ: q2 hoc nullā implicat cōtradictionē: vñ pōt hominē cōseruare sine manibꝰ ⁊ pedibꝰ: immo sine capite qđ est principiū mēbroꝝ. Vñ legiẗ de sanctis Albano ⁊ Dionysio/ ꝙ decollati capita sua manibꝰ portarūt per longa spacia ad locū sepulture: ⁊ si ad tēpus vixerūt sine capitibꝰ: poterūt similiter viuere ꝑ miraculū ꝑ tēpus quātūlibet magnū. ¶ I Ad quartū ꝯcediẗ illatū: nō em̄ plus repugnat diuine essentie ꝓducere aut cōseruare accidēs spūale sine subiecto/ q̄ materiale. ¶ Ad quintū dicerēt ꝙ negarēt oēs respectiuos: q2 ratio illa falsū supponit: Supponit em̄ esse aliquas res respectiuas distinctas ab absolutis: qđ illi nō admitterēt. Scđm illos vo q̄ admittūt hmōi res paruas respectiuas/ habēt cōsequēter dicere ꝙ non possunt esse sine fundamentis ⁊ terminis: q̄uis sint extrinseci respectui. Cuiꝰ ratio est: q2 respectꝰ est essentia quedā/ vel natura cuiꝰ essentia est habitudo īter duo extrema: ⁊ vtrūqꝫ extremoꝝ est de rōne essentiali respectꝰ: ideo tollere alterū extremū siue terminū siue fundamētum/ est tollere essentialē rationē respectꝰ: ⁊ ita destruere naturā eius. Vñ nō q2 respectꝰ est accidēs: ideo requirit subiectū vel fundamētū: sed q2 respectꝰ est respectꝰ: ideo requirit cuiꝰ sit ⁊ ad qđ sit: etiā in diuinis vbi nō est accidēs: ⁊ ideo licet deꝰ supplere posset causalitatē fundamēti ⁊ termini: vt si respectꝰ esset a solo deo causaliter effectiue: nō posset esse respectꝰ sine illis: q2 eiꝰ natura essentialiter dependet ab illis: nō sic q̄cunqꝫ res absoluta depēdet a causis extrinsecis scđis. Forsitan etiā dici posset/ ꝙ deus posset respectū conseruare absqꝫ inhesione: sed nō absqꝫ extremis: ⁊ ꝓpter hanc rationem nōnulli negant respectus. ¶ Ad vltimū de simitate nasi dr̄/ ꝙ simitas non est accidens absolutū distinctū a naso: sicut nec generaliter figura a re figurata. Sed illi termini simitas/ figura ⁊c. sunt termini cōnotatiui/ cōnotantes certū ordinē partiū rei extense: qui ordo nō est accidēs distinctū a partibꝰ ⁊ a toto: sed partes ipse sic vel sic distātes ⁊ ꝓpinque: ⁊ ideo q̄nqꝫ predicanẗ de re: q̄nqꝫ nō: ideo dicūtur accidētia nō realia sed logicalia. i. nō res ille significate/ scꝫ ꝑtes substantiarū: sed cōceptus hec represētātes sunt accidētia idest accidētaliter p̄dicabiles. Hec de possibili. ¶ L Sꝫ quid de facto: an oīa accidētia panis ⁊ vini sint sine subiecto: an vnū accidēs inhereat alteri in sacramēto. Ad hoc ſm diuersimode opinātes de quātitate diuersimode rñdetur. Nā tenētes quātitatē nō distingui a re quāta: sed quālibet rem extēsam/ per suas partes ⁊ nō per accidēs superadditū extēsā: quā opinione tenet ockā: cōsequēter habēt dicere ꝙ oīa accidentia sint simpliciter sine subiecto: q2 nō est ibi quātitas aliqua distincta a q̄litatibꝰ ⁊c. sed q̄libet q̄litas puta albedo/ sapor: rei/ est suamet quātitas: ⁊ cū qualitas nō sit in q̄litate/ manifestū est ꝙ nulla q̄litas est in quātitate: ⁊ per ꝯñs q̄libet q̄litas simpliciter est sine subiecto. ¶ Qui vo tenēt ꝙ quātitas sit accidens absolutū: possent adhuc dupliciter dicere. Vel ꝙ sola quātitas sit simpliciter sine subiecto: cetere qualitates sint in quātitate tanq̄ in subiecto ꝓximo vel imediato. Aliter ꝙ sicut quantitas est simpliciter sine subiecto: ita ⁊ cetera accidētia. ¶ Cōsequēter ꝙ q̄litates materiales in quocūqꝫ corpore sunt/ sunt immediate in materia siue substātia tanq̄ in subiecto/ ⁊ nō in quātitate: extenduntur tñ ad extensionē subiecti. Vñ primo subiectū extendiẗ per quātitatē sibi inherentē. Cetera accidētia per eandē quantitatē sibi in eodē subiecto coexistētē. Et nō oportet dicere ad saluandā accidētiū extēsionē/ ꝙ inhereant quātitati: sed sufficit ꝙ coexistat eis quātitas in eodē subiecto/ ꝑ quā habēt partes extra ꝑtes. ¶ L Et hoc dictū/ scꝫ ꝙ accidētia oīa sint ꝑ se in sacramento sine subiecto: magis videẗ posse ꝓbari autoritatibꝰ originaliū doctoꝝ. Nā magister in. iiij. dis. xij. Si queriẗ inq̄t/ de accidētibꝰ que remanēt/ scꝫ de speciebꝰ sapore ⁊ pōdere/ in quo subiecto fundenẗ: potius mihi videẗ fatendū esse sine subiecto/ q̄ in subiecto. Nec valet hec euasio si diceẗ ꝙ vult ꝙ q̄litates nō sint in aliq̄ substātia: ꝓ eo ꝙ magister q̄si rationē sui dicti: q̄re q̄litates non sint in subiecto assignās subdit: q2 ibi nō est substantia nisi corpus ⁊ sanguis dñi/ q̄ nō afficiẗ illis accidētibus. Hec rñsio nō sufficit: q2 nunq̄ dici pōt accidens sine subiecto/ q̄ diu subsistit in suo subiecto primo ⁊ immediato: ideo q̄litates nō possunt dici esse sine subiecto si sunt in quātitate: q2 quātitas est subiectū immediatū earū. Nec possent dici subsistere ꝑ se si essent in quātitate. Sed magister vbi prius loquēs de q̄litatibꝰ de quibꝰ priꝰ dixit ꝙ sunt sine subiecto/ dicit. Remanēt illa accidētia ꝑ se subsistentia ad mysterij ritū: ad gustꝰ fideiqꝫ suffragiū: quibꝰ corpꝰ christi habēs formā suā ⁊ materiā tegiẗ. ⁊ subdit. Ne mireris vel insultes si ibi accidentia videantur frangi: cū ibi sint sine subiecto. ¶ Item ecclesia solennizans festum corporis christi legit sic. Accidentia sine subiecto in eodē existūt: vt fides locū habeat dū visibiliter inuisibile sumiẗ aliena specie occultatū: ⁊ sensus a deceptione immunes reddanẗ: q̄ de accidentibꝰ iudicāt sibi notis. Ecce generaliter de accidentibꝰ sensibilibꝰ loquiẗ ꝙ illa sine subiecto existunt. Nec estimo ꝙ reperitur ab aliquo sanctorū patrum originalium doctorum traditū: sed nec a phō ꝙ accidentia aliqua/ scꝫ qualitates sint in quātitate tanq̄ in subiecto:

magis pbs ad oppositũ loquitur: vnde .iiij. Metaphy.
Accidens nõ accidit accidẽti nisi q: ambo accidũt eidem
subiecto. Nihil eñ hoc illi magis ꝙ illud huic. Siñr in
predicamẽto substãtie dicit. Maxime ꝓpriũ esse substan
tie: cũ sit idem numero: ꝟm sui mutationẽ esse susceptiuũ
cõtrarioꝝ. Si ergo accidẽs puta quãtitas etiã susciperet
cõtraria accidẽtia ꝟm sui mutationẽ: nullo modo esset ꝓ
priũ substãtie: q: nec omni: nec soli cõueniret: vñ cũ dicit
ꝙ maxime ꝓpriũ est substãtie ⁊c. ꝑ hoc videt᷑ velle substã/
tiã ab oĩbus separare/ q̃si ꝑ illud qđ soli substãtie cõue/
nit: licꝫ vtraqꝫ autoꝛitatũ ꝑbi ab aliis exponat᷑ ⁊ glosel᷑.
⁊ ex lectione ꝓbat ꝙ nõ ꝯuenit quãtitati: replicat eñ de
oꝛõne quam ponit specie quãtitatis: ꝙ ei insunt cõtraria
ꝟm sui mutationẽ/ scꝫ verũ ⁊ falsuꝫ: ⁊ soluit cõcludẽs ꝙ
suscipere cõtraria soli substãtie sit ꝓpriũ ⁊ nõ alteri con
ueniat. Hec de respicientibus p̄dicamentum relationis.
¶ M Quãtũ ad ea q̃ respiciũt p̄dicamẽtuꝫ q̃litat, oc
currit duplex cõsideratio. Una de q̃litatib⁹ panis ⁊ vini
remanẽtib⁹. Altera de q̃litatib⁹ substantiã corpis christi
cõcomitãtib⁹: ⁊ de vtrisqꝫ põt esse cõsideratio: vel q̃ad se
vel in oꝛdine ad opationes earũ ⁊ passiones. Scđa cõsi/
deratio locũ habebit sequẽti lectione: vbi dicet᷑ de his q̃
respiciũt p̄dicamẽta actiõis ⁊ passionis. ¶ Quoad p̄mã
videdũ est vtrũ oẽs q̃litates substãtie panis ⁊ vini inhe
rẽtes ante cõsecrationẽ/ maneãt facta cõsecratiõe. Et ibi
dr̃ ꝙ nulla q̃litas accidentalis q̃ fuit in pane ⁊ vino ante
cõsecrationẽ: mutat᷑ quantũ ad suũ esse per ipsam panis
⁊ vini cõuersionẽ. Manẽt eñ oẽs q̃litates q̃ fuerunt in
pane ⁊ vino etiã post cõsecrationẽ in eisdẽ sitib⁹: sed nõ
in eisdẽ subiectis: sicut prius istud satis ꝓpositiõe prima
p̄sentis lec. declaratũ est. ¶ Et dr̃ notãter: nõ mutant᷑ ꝑ
cõuersionẽ: q: fieri possunt mutatiões illarũ qualitatuꝫ
ꝟm diuersas spẽs mutatiõis. Possunt eñ intẽdi: possunt
remitti/ rarefieri/ cõdensari/ cõgelari ⁊c. vt experiẽtia do
cet: sꝫ he mutatiões nõ fiũt virtute cõuersionis: nã ꝯuer
sio illa est trãssubstãtiatio: vt .s. dictũ est: in q̃ sola substã
tia desinit esse nõ accidẽtia. Un autẽ accidentiũ mutatio
nes fiant: dicetur lectione sequẽti. ¶ N De qualitati/
bus corpoꝛis christi dictũ est .s. lec. xlij. Et potest summa
rie repeti: ꝙ oẽs q̃litates: immo oĩa accidentia absoluta
corpori christi in celo inherentia quoꝝ rationib⁹ formali
bus modus existẽdi sub sacr̃o diffinitiuus nõ repugnat:
inherẽt etiã corpori christi sub sacr̃o: ⁊ qm̃ ille modus ex
istẽdi q̃litatib⁹ nõ repugnat nõ plus ꝙ substãtie: ideo cõ
Ro. vj. comitant᷑ corpus christi in sacramento q̃litates sue oẽs.
¶ Ad hoc posset adduci congruentia. Nã corpus christi
glorioſum resurgens ex mortuis nõ moritur. deponẽdo
animã que est vita: ita nec moritur deponẽdo aliquã ꝑfe
ctionem vel gloriã corpoꝛis. Moreretur autẽ illi perfe/
ctioni qualitatiue quã deponeret in sacramento. Sic eñ
mori dicit᷑ res ei a quo separat᷑: ꝟm quẽ modum loquitur
ap̃ls ad Roma. vj. Existimate vos esse mortuos pctõ: vi
uẽtes autẽ deo in christo iesu. ¶ Preterea sicut in natu/
ralib⁹ nihil ponit᷑ frustra: ita nec in gratuitis/ ⁊ maxime
in sacramẽto salutis: nihil autẽ ꝓficeret saluti vtentium
hoc sacramẽto dimissio cuiusqꝫ q̃litatis corp⁹ christi ꝑsi/
ciẽtis: ideo nõ est asserẽdũ: vt etiã .s. tactũ est lec. xliij. Nec
obstat ꝙ figura corpis christi/ ⁊ quantitas nõ manet ꝟm
aliquoꝝ opinionẽ: q: illic repugnãt modo existẽdi in sa/
cramẽto: q̃ multũ vtilis est ⁊ magnũ fidei fructuꝫ pariẽ/
dũ presentie corpis christi nullã habemus experiẽtie cui/
dentiã: sed simpliciter credim⁹ in obsequiũ christi intel/
lectũ nostrum captiuãtes. ¶ O Sed diceres cõtraria
nõ sunt simul etiã in hoc sacramẽto. Qualitates autẽ pa
nis ⁊ vini cõtrarie sunt qualitatib⁹ corpoꝛis christi: nõ er
go erũt simul cũ speciebus sacramẽti. Ad hoc dr̃: ꝙ qualita
tes cõtrarie nõ sunt simul in eodẽ subiecto: nõ autẽ sim/
pliciter repugnat eis simul esse in eodeꝫ loco. Nulle eñ
qualitates cõtrarie sunt in eodẽ subiecto adequate in sa
cramẽto: nã qualitates cõtrarie panis ⁊ vini nõ sunt si/
mul: neqꝫ subiecto/ nec situ/ nec loco. Sed qualitates pa
nis ⁊ vini cõtrarie qualitatib⁹ corpoꝛis christi sunt simul
cũ illis loco non subiecto: ille eñ sunt sine subiecto: iste
sunt in corpoꝛe christi subiectiue. Siñr quia mẽbra cor
poꝛis christi sunt simul in qualibet parte hostie etiã qua
litates mẽbroꝝ sunt simul: ⁊ tñ alique sunt cõtrarie: pu/
ta frigiditas cerebri/ ⁊ caloꝛ epatis: non tamẽ sunt in eo/
dem subiecto. Nam mẽbra manẽt distincta quib⁹ inherẽt
qualitates cõtrarie. Et hec breuiter cõmemoꝛata esse suf
ficiat: quia partim in p̄cedentib⁹ habita sunt: ⁊ cetera
sequentibus reseruantur. ¶ Lectio. xlv. A



Onsequẽter cõside
randũ est de actione et passione que fiunt
aut fieri possunt/ per vel circa qualitates
taꝫ sensibiles in sacramẽto/ ꝙ insensibiles
corpus christi afficientes. Primo autẽ de qualitatib⁹ sen
sibilibus sine subiecto remanẽtibus videndũ est: vtrum
possunt habere oẽm actionẽ/ quã habere poterũt in sub
iecto. Ac deinde an oĩs trãsmutatio passiua possit causa/
ri ab agẽte naturali circa accidẽtia in eucharistia manen
tia que fierẽt si essent in subiecto. ¶ Circa p̄mũ aduer/
tendũ ꝙ triplex actio põt cõuenire accidentib⁹. Una re/
spectu substãtie generãde: ⁊ due respectu accidẽtis ꝓdu
cendi: vna respectu cognitionis causande in potẽtia co/
gnitiua: altera realis in passum habẽs realiter cõtrariũ.
¶ Quantũ ad p̄mũ est quorundã opinio ꝙ accidẽs se
paratũ nõ põt esse principiũ generãdi substãtiã/ nec p̄n/
cipale nec instrumẽtale: sed nec corrũpẽdi substãtiã/ in/
tantũ ꝙ si tota substãtia ignis in sphera sua destrueret᷑:
remanẽtib⁹ oĩbus accidentib⁹: ⁊ ita maximo caloꝛe/ gut/
ta aque ibi posita nunqꝫ corrũperet᷑ ab illis: q: sicut ge/
neratio substãtie: ita ⁊ corruptio ei⁹ nõ põt fieri nisi a sub
stãtia. Huius p̄ncipale motiuũ est: q: totale causans nõ
põt esse imꝑfectius causato. Cuꝫ ergo spẽs essent totale
agẽs. nõ eñ cũ eis cõcurrit aliq̃ substãtia: cũ substãtia pa
nis ⁊ vini nõ sint: nec alia: ergo spẽs q̃ sunt accidẽtia nõ
possunt esse cause respectu substãtie generãde vel corrũ
pẽde. Qđ nõ corrũpẽde: q: nihil põt corrũpere substan/
tiã nisi habeat v̓tute ꝓducẽdi substãtiã: ⁊ ꝑ h̃ patet ꝟm il
lã opi. ꝙ spẽs sacr̃ales nõ possunt ꝓducere substãtiaꝫ in
quacũqꝫ materia. ⁊ hec est opi. Sco. dis. xij. q. iij. q̃rti scri/
pti. ¶ Aliter opinat᷑ beat⁹ Tho. in .iiij. scripto ea. dis. q. j.
quã Sco vbi .s. recitat ⁊ impꝛobat. Tenet aũt ꝙ spẽs in
v̓tute forme substãtialis possunt agere ad formã substã/
tialẽ tanq̃ ad terminũ sue actiõis: quã virtutẽ receperũt
a forma panis ⁊ vini: dũ primo in pane ꝓducte sunt ⁊ vi
no: q̃ virt⁹ in eis manet desinẽtib⁹ pane ⁊ vino: sicut eis
manet idẽ esse qđ in eis receperũt. ¶ B Sed q̃c̃q̃d sit
de illis opinionib⁹/ põt hic dici post Guil. ocãm/ ꝙ acci/
dẽs põt esse cã partialis substãtie generãde ⁊ corrũpen/
de tã cõiunctũ ꝙ separatũ: nec opoꝛtet refugere ad vir/
tutẽ a substãtia receptã. Sed h̃ cõuenit sibi a ꝓpria natu
ra. Nã eadẽ rõne/ qua ꝑsuadet᷑ substãtiã esse cãm substã/
tie: eadẽ etiã ꝓbat᷑ accidens esse cãm substãtie: licet neu/
trũ põt demõstrari: nã sicut ad p̄sentiã substãtie sequit᷑ ꝓ
ductio vel corruptio substãtie: q̃ nõ corrũperet᷑ vel ꝓdu
ceret᷑ in ei⁹ absentia: ⁊ ideo substãtia dr̃ ꝓductiua vel cor
ruptiua substãtie: vt pꝫ de igne ꝓducẽte ignẽ ⁊ corrũpẽ
te aquã. Sic etiã ad p̄sentiã caloꝛis ꝓducit᷑ ignis ⁊ cõsu/
mit᷑ aq̃. Qđ non fieret sine p̄sentia caloꝛis: imo aliq̃ñ ad
presentiã caloꝛis sine igne ꝓducit᷑ ignis: vt in motu foꝛti
cõfricationis: vt in molẽdinis nõnunq̃ cõtingit: nunqꝫ
autem ad presentiã ignis sine caloꝛe. Nec aliqua alia via
põt ꝓbari aliq̃d esse causam alteri⁹. Uerũ ratio nõ demõ
strat: q: instantia est de aĩa intellectiua/ q̃ a solo deo cau
sat᷑: ⁊ tñ ꝓductionẽ ei⁹ p̄cedit cõmixtio maris ⁊ femine
sicut in generatione bruti: vnde si esset hec materia infoꝛ
mata forma ignis: ⁊ alia esset infoꝛmata foꝛma aque sine
omnibus accidẽtibus hincinde: tũc posset quis experiri

certitudinaliter/vtrū substantia generaret substantiam
sine accidentibꝰ. ⁊ si sic: tūc posset sustineri ꝙ accidentia
nō essent cause partiales illius generatiōis substātie. Si
nō: tūc necesse foret ponere ꝙ accidentia essent cause ad
minus partiales substātie: sic etiā si ad p̄sentiā accidētiū
separatoꝝ ꝓduceret̄ substātia: posset certe sciri ꝙ accidē
tia ꝓducerēt substātiā principaliter sine substātia cōcur/
rente: sed q: nullibi est inuenire substātiā sine accidētibꝰ
nec accidētia extra substātiā naturalr̄: ideo certitudo ha
beri neq̇t. ¶ E Neq̧ videt̄ posse demōstrari ex se no/
tis/ꝙ aliqua creatura causet quēcūq̧ effectū efficienter:
q: posset ꝓteruiēs dicere: ꝙ oīs effectꝰ positiuꝰ immedia
te est a solo deo/quantūcunq̧ cōcurrūt cause scd̄e: sicut
d̄r de productione aīe intellectiue: cui posset applicari il
j.Cor.iij. lud apl̄i. Ego plātaui: apollo rigauit: deꝰ autē incremen
tū dedit. quasi diceret. Et si a creatura actiua passiuis ap
plicant̄: deus tm̄ est q̄ operat̄ oīa in omnibꝰ. Et posset ra
tio addi: q: sine deo nihil ꝓducit̄: vt patet in igne chal/
Dan.iij. deoꝝ pueros nō cōburente: ⁊ in similibꝰ multis miraculis:
⁊ ipse solus in p̄ncipio creatiōis mūdi oīa ꝓduxit. Ideo
videt̄ ꝙ eque ꝓbabile est accidētia partialiter ꝓducere
substātiā: sicut ꝙ substātie ꝓducāt substātias: cū neutrū
sine altero ꝓducit. ¶ Nec ratio Scoti aliq̇d ꝓbat: quia
admisso ꝙ cā totalis nō sit imꝑfectior causato/nō sequit̄
ideo ꝙ cā partialis nō possit esse imꝑfectior causato. Nul
la autē creatura pōt esse cā totalis efficiēs cuiuscūq̧ effe
ctus: q: deus est cā principalis cuiuslibet effectꝰ positiui:
qui sine alteriꝰ cause cōcursu pōt ꝓducere effectū: ⁊ nul/
la causa scd̄a sine ea: ideo in omni actione cause totalis/
efficiēs est perfectior causato/ꝓpter deū p̄ncipaliter cō/
currentē. Et si illa ꝓpositio ꝙ cā nō est imperfectior cau
sato/restringeretur ad causas scd̄as: tunc patitur multi/
plicē instantiā: vt patet de ꝓductione animaliū ex putre
factione: vbi nō cōcurrit animal viuēs. Et si dicit̄ ꝙ con/
currit celū: celū nō est perfectiꝰ essentialiter viuente: s̄m
beatū Aug. dicentē/ꝙ viuentia in perfectione p̄ponūt/
tur nō viuētibus. ¶ D Per hoc ad ꝓpositū dicit̄ post
Alexā. de ales parte. iiij. q. xl. arti. j. mēbro. ij. §. ij. ꝙ speci
es sacramētales habent eandē virtutē agēdi in materiā
exteriorē: quā haberēt si essent cōiuncte substātie panis
⁊ vini. Ad h̄ allegat Alexāder Innocentiū dicentē. Spe
cies prout sunt mirabiliter nō priuant̄ virtute nec ꝓprie
tibus naturalibꝰ: naturaliter exeūt in hmōi opera: quia
eis sunt ꝓpria per naturā: ⁊ ꝑ hoc patet ꝙ spēs tanq̄ ob
iecta possunt ꝓducere sensationē sui cū potētia: puta vi/
deri possunt/odorari/tangi ⁊c. q: ad illas actiones nihil
cōfert subiectū. Non em̄ sentiūtur ꝓpter subiectū: sed ex
ꝓpria natura sunt q̄litates sensibiles. Suo modo dicen/
dū est de accidētibꝰ realibus. Potest em̄ caliditas hostie
ꝓducere caliditatē in aere circūstante/aut alio tāgente:
humiditas humiditatē naturalr̄. Sic ergo patet ꝙ spēs
ille agūt naturalr̄ ad ꝓductionē substātie/⁊ eiꝰ corrupti
onē: vt ad corruptionē musce cadentis in calicē. ad gene
rationē gutte aque ex aere: si spēs panis essent cōgelate
⁊ stupe calide illate: possunt producere q̄litates reales:
silr̄ ⁊ sp̄uales in potētia sensitiua ⁊ intellectiua tanq̄
obiecta. ¶ Et notāter additū est in materiā exteriorē: q:
an spēs ille seipsas alterari possunt: h̄ est vna aliā corrū/
pere: ⁊ aliā in locū corruptū adducere: vt si spēs panis
cōgelate mitterent̄ in vini spēs calidas: an spēs vini re/
mitterēt frigiditatē ⁊ ꝓducerēt caliditatē in particula cō
gelata: dicet̄ statim infra. ¶ E Per hoc cōsequēter di
cit Alex. q. xl. pte. iiij. arti. ij. mēbro. ij. §. ij. ⁊ post eū sanctꝰ
Bonauē. ꝙ spēs vini inebriari possunt: licet nō possunt
naturaliter reficere vel nutrire. vñ dicit. Virtꝰ naturalis
relicta in speciebꝰ naturaliter pōt imutare sensus. vñ bñ
cōcedo ꝙ virtꝰ vini mirabiliter relicta in specie pōt natu
raliter agere in gustū: ⁊ in tāta quātitate posset sumi/ꝙ
inebriaret naturaliter. Virtꝰ em̄ hmōi q: est naturaliter
diffusiua/pōt se naturaliter diffundere per aerē vsq̧ ad
cerebrū ⁊ perturbare spiritū/⁊ sic inebriare: sicut etiam
qñq̧ ex forti odore vini quidā inebriātur: qui tm̄ vinū nō
biberūt. Et ad hoc adducit̄ illud qḋ habet̄ in textu ⁊ in
glo. ꝙ aliqui inebriati sunt ex vsu specieruꝫ: quos notat
aplūs cū dicit. Alius quidē esurit: alius autem ebrius est. j.Cor.xj.
vbi glo. Notat eos qui munera: que offerebāt altaribꝰ
pro sacrificio cōficiēdo: peracto illo sibi resumebāt: nec
aliis nō habētibꝰ cōicare sinebant: sed soli sumebant: vt
inde etiā inebriarētur aliis esurientibus. Hec glo. Non tm̄
naturaliter reficiunt et nutriunt: nam refectio est qñ lo/
ca euacuata per caloris naturalis actionē/replētur nu/
trimento digesto: ⁊ sic precedit nutritionē. Nutritio dici
tur qñ alimētū simile factū vnitur alendo: ⁊ informatur
forma partiali viuētis. Hec ergo refectio ⁊ nutritio fieri
nō potest ex solis speciebꝰ ⁊ accidentibus: de quo statim
dicetur. ¶ F Nūc de mutatione passiua/que fieri pōt
circa illas species. Quedā mutatōes fieri possunt in spe
ciebꝰ manēte nihilominus eucharistia. Quedā fieri pos/
sunt circa spēs ꝓpter quas desinit esse eucharistia: q̄ aūt
sint ille vel iste/notari pōt ꝑ hāc regulā. ¶ Per nullam
trāsmutationē factā circa spēs sacrales desinit esse corpꝰ
christi sub eisdē: cū qua maneret substātia panis aut vini
si nō fuisset facta cōuersio: ⁊ qñcunq̧ fit trāsmutatio cir
ca spēs sacrales ꝑ quā corrūperet̄ panis substātia aut vi
ni si essent: desinit esse corpꝰ christi i eo instāti in quo desi
neret panis aut vinū. Instituit em̄ deus sub eucharistia
idest sub speciebus panis ⁊ vini: quā ex nimia charitate
dedit spōse sue ecclie: tādiu cōseruare spēs eisq̧ succedē/
tes sine subiecto: ⁊ sub illis ac q̇buscūq̧ in locū earū suc
cedētibꝰ presentiā sui corpis ⁊ sanguinis exhiberet: q̄diu
sub illis maneret substātia panis ⁊ vini/si conuersi non
essent. ¶ Scd̄a regula. Deus ea voluntate qua euchari
stiā esse voluit in ecclesia: disposuit oēs trāsmutatiōes et
effectꝰ circa illas spēs p̄sente actiuo naturali causare im/
mediate: ad quos agēs naturale ꝓpter subiecti defectuꝫ
nō pōt attingere: quos tm̄ agēs naturale causaret si sub/
stātia cōuersi ꝑmaneret: ⁊ h̄ nō nouo miraculo: sꝫ volun
tate qua instituit eucharistiā: ne si spēs viderent̄ intrās/
mutabiles/meritū fidei euacuaretur. Voluit em̄ dñs vt
nulla naturali experiētia ꝓbari posset p̄sentia sui corpis
sub istis speciebꝰ: sꝫ sola fidea cerneret: vñ meriti sui fru
ctum reportaret. ¶ G Et ideo oēs trāsmutationes q̄
fierent naturalr̄ circa istas spēs: siue in subiectis: siue in
quantitatibꝰ: siue q̄litatibꝰ ꝑ generationē/corruptionē/
alterationē/rarefactionē/vel cōdēsationē: si nulla facta
fuisset cōuersio: etiā nūc fiūt facta cōuersione/quedaꝫ a
causis naturalibꝰ: quedā a solo deo imediate supplente
actionē causarū naturaliū: nec ꝑ hoc aufert deꝰ ab agēte
naturali suā propriā actionē. Nō em̄ aufert q̄ sibi cōpete
re possunt: scꝫ trāsmutatiōes de forma in formā/existen/
te subiecto/terminos hmōi trāsmutationum deferente.
Actiones aūt q̄ naturalibꝰ agētibꝰ cōpetere nō possent:
scꝫ vbi nō est subiectū vtriusq̧ termini trāsmutationis ꝓ
pter desitionē substātie panis ⁊ vini cōuersoꝝ/illam sua
potētia imediate supplet: siue nouo/siue antiquo mira/
culo parū refert. Nō em̄ deꝰ laborat faciēdo miracula ad
suoꝝ salutē fideliū. Si em̄ effectꝰ super naturā a deo im/
mediate ꝓductus de nouo/ideo d̄r nouū miraculū: quia
nō producit̄ volūtate noua: sed volūtate antiqua cuꝫ ex
parte dei nulla sit voluntas noua: sed quecūq̧ de nouo
fiunt a deo/sunt ab eterno inmutabili volūtate volita:
nullū erit miraculū nouū. Si vo d̄r nouū miraculum: q:
effectꝰ nouus est: totiēs fiunt a deo miracula noua: quo/
tiens a deo ꝓducitur effectus immediate supra naturaꝫ.
¶ H Potest addi tertia regula. Nulla trāsmutatio ac
quisitiua potest fieri a causa naturali nisi in subiecto pre
supposito. Patet: q: nisi sic/creatura posset creare: quia
quicquid ꝓducitur ⁊ nō de potētia subiecti/creatur. naꝫ
qḋ nō producitur de potentia subiecti/ꝓducit̄ de nihilo
qḋ vo de nihilo producitur/creatur. s̄m magistrū dist. j.

Differūt creare et facere.

Quia in hoc discernit creare a facere: quia creare est aliquid de nihilo ꝓducere. Facere vo aliqd ꝓducere siue de nihilo siue de subiecto ꝑsupposito. ¶ Dicit notāter/ nulla trāsmutatio acquisitiua: quia sm Guilhel. ockam. Trāsmutatio deꝑditiua fieri pōt nullo etiā presupposito subiecto. Creatura eñ sm eum: licet nō possit creare: potest tñ annihilare. Cui ratione in suo quarto scripto q. vij. assignat: q: qñ agēs naturale equaliter τ indifferēter se habet ad multa seu infinita sub aliqua specie causabilia: equaliter vel eque primo facit oia vel nullū. Cū autē agēs creatum equaliter τ indifferēter se habeat ad oēs effectus causabiles in aliqua specie: puta ad infinita indiuidua sub specie humana: τ quia omnia creabilia sunt purū nihil: nō plus appropinquat vnū creabile agēti naturali/ q̄ aliud: τ per cōsequens equaliter oia talia respicit: τ ita si posset creare: ratio assignari nō posset q̄re plus crearet vnū/ q̄ mille: immo q̄ infinita. Quia aūt creatura nō potest simul creare infinita: nō potest aliqd creare. Agēs autē naturale aliter respicit vnū annihilabile/ q̄ aliud/ eo q quodlibet eoꝝ est in actu: τ vnū pōt plus appropinquare agenti naturali q̄ aliud: ideo plus pōt annihilare vnū q̄ aliud. Vñ mirabile sit videtur/ si modicū frigus separatū approximaretur maximo igni/ q ignis ille nō posset illud frigus modicū destruere. Non potest aūt destrui nisi per annihilationē. ¶ Verū illa ratio videt eque ꝓcedere de generatiōe forme de potētia subiecti: ideo sicut ibi dr: ita in proposito: q cā naturalis determinat quoad indiuiduū a causa prima scz deo: qui quia est causa volūtaria: in volūtate sua est cōcurrere ad ꝓductionē vnius τ nō alterius. ¶ I Ideo aliq̄ dicūt cōiter/ q sicut creatura nō potest creare: ita nec annihilare: q q oīs virtus creata ꝑsupponit subiectū in omni sua actione/ tam acq̄sitiua q̄ deperditiua. Et hoc tenēdo quia vtrūq ꝓbabile/ nō oportebit addere in regula acquisitiua. ¶ Per hoc descēdēdo ad particularia/ dr: primo q nulla trāsmutatio passiua ad substātiā in loco specierū sacramētaliū ꝓducendā/ potest fieri virtute agētis naturalis: hoc est dictu/ q nulla virtus naturalis pōt ꝓducere substantiā in loco specierū/ sub speciebꝰ spēs sacramētales succedētibꝰ. Patet: quia illa substātia cū nō ꝓducat de potētia subiecti: creat. Nulla aūt virtus creata attingit effectiue ad terminū creatiōis: vt nūc supponitur. Ex quo patet q illa substātia immediate ꝓducit a deo per scdam regulā suprapositā. Gratia exēpli. Si per putrefactionē spēs sacramentales alterant intantū q si ibi esset substātia panis: ipsa corrūperet τ generaret vermis: in illo casu vermis ꝓducit immediate a deo. Sic si ꝓducitur ignis/ cinis aut puluis/ aut nutrimentū in corpus sumētis species cōuertēdū. ¶ Z Sed querit an in casu totuz cōpositū ꝓducat a deo: an sola materia. Et si materia: an illa redeat que cōuersa est in substātiā corporis christi: hoc est materia panis τ vini eadē numero. ¶ Quāuis hic varie respōdent doctores: tñ breuiter dr post Sco. τ ockam/ q deꝰ pōt creare totā substātiā: pōt creare solā materiā: τ eandē que cōuersa est vel aliā de nouo. ¶ Primū patet: q: ibi necessario ꝓducit cōpositū qd afficiat accidētibꝰ panis/ si mansisset i cōpossibilibꝰ: illud autē a virtute naturali ꝓduci nō potest: cū ibi ꝓducatur simul materia τ forma. Materia autē a virtute naturali ꝓduci nō potest. Qd autē cōpositū necessario ꝓducat: patet: quia deꝰ statuit nulla accidētia cōseruare sine subiecto: nisi ea sub quibꝰ cōtinet corpus christi: ideo alteratis speciebꝰ sacramētalibꝰ vsq ad gradū incōpossibilē substātie panis/ si ibi esset/ desinit corpus christi esse presens. Et q: illa accidētia sm gradū incōpossibilē non erūt sine subiecto: necesse est igit redire materiā: illa aūt nō redit nuda. Nec tali inesse possunt accidētia naturaliter: ergo redit informata substātiali forma et ita cōpositum. ¶ Scdm patet: q: creata materia/ in eodē instanti dispositiōes q̄litatiue possunt cōcurrere cū deo ad educendā formā quā eduxissent de materia panis si ibi esset: tūc aūt ꝯcurrissent ad ꝓductionē forme vermis/ ignis/ cineris/ pulueris/ vel nutrimēti: ergo τ nūc. Tenet ꝯña: q: nullū impedimētū assignari pōt: nisi diceret q ꝑsupponūt materiā vt priorē: τ ideo in instāti creatiōis materie nō sufficiūt agere: q: deficit prioritas. Sed h nō impedit q: ista ꝑsuppositio τ prioritas nō est tēporis sed nature. Vñ si existente sole ꝓduceret aer: vel etiā simul cū sole: in eodē instāti illuminaret aer quo ꝓduceret sol et aer. Instāti dico tēporis/ nō nature. Cōcurrētibꝰ ergo dispositionibꝰ qualitatiuis cuz deo ad ꝓductionē forme/ sola materia imediate creat a deo: τ forma naturalr generat. Verū sm opi. Sco. tenētis q accidētia nō attingūt substantiā tanq̄ terminū sue actionis: oportet dicere q prima forma substātialis a solo deo creat: sequētes vo naturalr ꝓducunt. ¶ Tertiū patet/ scz q pōt reproducere eādē materiā numero q̄ cōuersa est/ ꝯ eos q̄ dicūt corruptū vel annihilatū idē numero redire non posse: q: nihil sequēs annihilationē materie/ nō est alteriꝰ rōnis cū nihilo ꝑcedēte creationē materie: sicut terminꝰ annihilationis ad quē: τ terminꝰ creatiōis a quo/ nō sunt diuersi: τ nō est maior distātia ad nihil sequēs/ q̄ ꝑcedēs annihilationē τ creationē: ergo eadē potētia pōt sup hāc τ illā: g̃ q̄ pōt creare de nihilo: pōt etiā redactū ad nihilū recreare. ¶ Itē vnū non plꝰ implicat ꝯdictionē q̄ aliud: g̃ sicut primū pōt deꝰ scz creare de nihilo: ita pōt τ illud qd trāsiuit in nihil recreare: pōt nihilominꝰ nouā materiā q̄ priꝰ nō fuit: creare sicut placuerit sue sapiētissime voluntati. ¶ Z Ex illo patet quō spēs sacrāles nutriūt: τ q̄d in nutritiōe sumētis eucharistiā cōuertit in substātiā corporis sumētis: nō eñ spēs ille: q: spēs in substantiā cōuerti nō possunt. Sed nutrimētalis substātia de nouo ꝓducta in instāti desitiōis corpis christi/ reficit τ nutrit ꝑ oia: ac si panis cōuersus fuisset i nutrimētū. ¶ Quartū/ q pōt nouā materiā creare/ dubiū apud fideles nō hz. Et his satis videt ꝯcordare dñs Inno. li. iiij. de eccle. offi. di. Si vo q̄rat q̄d a mure comedat: vel q̄d incineret cuz sacrm crematur. Rñdet q sicut miraculose substātia panis ꝯuertit in corpꝰ dñicū/ τ incipit esse sub sacro: sic ipsa q̄dāmodo miraculose reuertit: cū ipm corpꝰ dñicū ibi desinit ee. Sicut eñ in alijs opibꝰ mirabilibꝰ expleto officio ꝓpter qd cōdita erāt: illa q̄ mirabilr erāt condita/ redacta sunt in primū statū: sicut dr de colūba in q̄ apparuit spūssanctus: videlz q ꝑacto officio suo/ in preiacētē rediit materiaz vñ assumpta est. Sil̄r τ de stella magoꝝ ductrice/ q ꝑacto officio/ moꝝ esse desijt reuertēs in piacētē naturaz vñ sumpta fuerat: vt habet in glo. Mat. ij. Sic dicūt esse in ꝓposito q qñ spēs desinunt esse sacrm: substātie naturales specierū in suū reuertūtur statū/ sicut priꝰ fuerunt miraculose trāsmutate. Huic cōsentit Alex. τ sanctꝰ Bonauen. ¶ Verū nō est omni mō sile de speciebꝰ sacralibꝰ q: in illis apparitionibꝰ colūbe τ stelle materia nō desijt nec cōuersa est: τ ideo ꝑacto officio desinēte forma colūbe τ stelle/ materia manet eadez ante τ post: sola forma mutata. Dico vo tota panis substātia q̄ad materiā τ formā trāsit: q: totū cōuertit in totū: τ ita nulla materia manet. Et ideo si illi de reditiōe substātie intelligūt hoc de materia im: ita q materia redit ipsa eadē q̄ fuit in pane numero vel specie ꝑ nouā creationē: veru est dictū illoꝝ. Si vo itelligūt q etiā forma panis redeat/ τ ita totꝰ panis: nō videt posse sustineri: q: vel in eo instāti rediret i quo qualitates sunt forme panis incōpossibiles: vel ante vel post. Nō primū: q: tūc q̄litates essent in subiecto sibi incōpossibili/ qd implicat. Nec post/ eadē ratione: nec ante q: tunc panis esset simul cū corpore christi: q: corpꝰ christi manet vsq ad instās incōpossibilitatis: ideo materia redit ꝑ nouā creationē ipsa q̄ prefuit: vel alia eadē specie cū priore de nouo creat τ forma nō panis: sz cui ꝯueniūt qualitatiue dispositiōes puta vermis/ ignis/ cineris/ pulueris/ vel nutrimēti generat in materia redeūte: vel etiā

Mat. iij.
Mar. j.
Luc. iij.
Joh. j.

reuerentiā. Stant erecti nō attendentes illud apli Phil. ij.
vbi post cōmemoratā christi humiliationem vsque ad mor
tem crucis: subdit: Propter quod et deus exaltauit illū: et do
nauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in noie eius
omne genu flectatur celestiū terrestrium et infernoꝝ. Et ois
lingua cōfiteatur: quia dñs iesus christus in gloria est dei pa
tris. Quibus rogo cōparandi sunt qui hunc honorem chri
sto exhibere cōtemnūt: quem demones omittere nō audēt
Sed quam detestādi sunt: qui etiā in summi sacrificij ostensio
ne capita sua nudare negligūt. Et cum aplus virū velato
capite orare nō permittit. Ois eñ vir inquit/orans vel pro
phetans velato capite: deturpat caput suum. j. Cor. xj. Ca
put aūt viri christus: quanti contemptus arguitur: qui etiā
christuz in sacramento sub oculis presentem velato capite
adorare presumit. Contra tales procedit verbū dei per Esa. c. j.
Filios enutriui et exaltaui: ipi aūt spreuerūt me. Exaltauit
dum nostrā naturā assumpsit. Enutriuit: dum se nobis in
hoc sacramēto cibū vite tradidit. Et sequitur: Cognouit bos
possessorem suū: et asinus presepe dñi sui: israel aūt. i. vidēs
deum per fidem/me nō cognouit: et populus meus nō intelle
xit. Quō eñ cognoscūt in sacramento cōtineri redemptoꝝ
rem suū: Quo suū iudicem intelligūt: qui debitā subtrahē
do reuerentiā viso sacramēto: nec amore liquescunt in gra
tiarum actiones: Nec timore humiliantur in iudicis sui recor
gnitione. Hec de populo circūstante. ¶ Sacerdos vero cele
brans platis vbis cōsecratiōis/humiliter se inclinet: ac prius
xpm in sacro deuotissime adoret: nō vocali sono: sed corde at
tento: hec vel silia ruminās. Adoro te preciosum preciū redē
ptiōis nostre/hostia pacifica: que sola odore tui suauitate ini
estimabili/patrem qui in altis habitat: ad respiciendū hu
milia inclinasti; et filijs ire placabilem reddidisti. ¶ Eleuā
do vero hec cogitare poterit. Respice dñe sancte pater de
sanctuario tuo: et de excelso celorum habitaculo: et intuere
hanc sacrosanctā hostiā quā tibi offert magnus pōtifex no
ster sanctus puer tuus dñs iesus pro peccatis fratrū suorū
et esto placabilis super multitudine malicie nostre. Et ita
deuote et humiliter deponat oblatā: ponens in loco suo in
palla mūdissima corporalis. ¶ O Sz occurrūt hic duo
dubia. Primū/vtrū peccator videns sacramentū/vidēdo
peccet: sicut peccat tangendo et sumendo propter eius indi
gnitatem. Secundū: quia potest error cōtingere in cōsecratio
ne: propter quem effectus cōsecrationis impeditur: ita vt non
fiat cōuersio panis in corpus christi: vt si cōsecrans nō sit sa
cerdos: aut quia errat in forma: aut quia deficit cōficiendi intē
tio et c. Nec potest circūstans esse certus de transsubstātia
tione facta: immo nec ipse sacerdos celebrans: quia euidens
ter scire nō potest se esse sacerdotem: quia incerta est sibi intē
tio sui ordinatoris. Quō adorans sacramentū euadere po
test periculū idolatrie. Si eñ adorat hostiā nō cōsecratam
quā putat cōsecratā: idolatriā cōmittit. ¶ Ad primū dicit
sm Alex. par. iiij. q. lij. mē. vj. et alios doc. quod quia ordinatū est
ab ecclesia vt sacramentū eucharistie imediate in altum ele
uetur vt videatur: et saluator christus adoretur: nō tantū a
iustis/sed ab oibus: inspicere ergo corpus sub sacramēto
intentione adorandi: nulli est illicitum. ¶ Rationabiliter
aūt hoc instituit ecclesia: quia ex illa inspectione accedit spiri
tuale cōmodū inspicienti: nō tantū iusto: sed etiam pecca
tori. Tum ex pōderatione charitatis saluatoris. Tum ex sub
uentione beneficij reparatoris. Tum ex recordatione passio
nis redemptoris. Hec eñ debet et iustus et peccator in cor
poris christi intuitione recordari: quantū fuit beneficium
reparationis: quanta passio redemptoris: quāta charitas
saluatoris. Ex qua recordatione cordis compūctio oritur:
ac mentis deuotio accenditur. Unde nōnunquam peccator ad
contritionem mouetur: et gratiam consequitur. Nec est si
mile de sumente in peccato et inspiciente. Tum quia nō est
tanta irreuerentia in videndo sicut in sumendo: quia videns
non pertingit videndo ad substantiā corporis christi: sed
tantum ad sacramentales species. sed qui manducat/non

solum sumit species: sed christus sub speciebus vere cōtentum. Tum q: sumens in pctō abutitur sacramento: nō sic videns. Abutitur quidem in peccato sumens: q: impedimentū ponit spūali cibationi: ad quā ordinata est corporalis manducatio tanq̄ ad effectū proprium. Videns aūt in peccato nō abutitur: q: adorare pōt visum ꝛ colere ꝑ fidez ꝛ que dicta sunt in memoria reuoluere: ad que ipā sacramēti ostensio est ordinata. Tum tertio q: manducans in peccato transgredit̄ preceptū apostoli: immo christi ꝑ apostolum precipientis. Probet aūt seipm homo: ꝛ sic de pane illo edat: ꝛ de calice bibat. j. Cor. xj. Hoc aūt negligendo peccator transgredit̄: nō sic peccator inspiciens sacramentum intentione adorandi cōtrauenit: sed magis concordat institutioni ecclesie. Nec̄ em̄ adorando irreuerentiā facit: nec se nō preparando ad gratiā negligentiā cōmittit: eo q̄ nō tenetur se ad gratiā preparare ꝑpter visionem sacramēti. q: ostensio nō ordinat̄ per se ad gratiā videntibus cōferendam: vt vult sctūs Bonauē. in. iiij. dist. ix. q. vj. ¶ P Sic etiā nō est par ratio in tāgente: q: visio sacramenti fit in distantia: tactus vero in coniunctiōe. Nā etsi tangēs nō attingit substantiā corporis christi: attingit tamen ipās species immediate corpus christi cōtinentes. Tum etiā q: tangēs in peccato abutitur sacramento: q: tangendum nō est nisi ꝑpter dispensationez sumentis. Hoc aūt est actus ordinis quem laicus facere presumens grauiter peccat: officiū sibi indebitū vsurpando. Sicut legit̄ de saule/ qui offerens holocaustū dño quod sacerdotū erat: regnum perdidit: vt habetur. j. Reg. xiij. Et ozias lepra ꝑcussus est: eo q̄ incensuz adolere presumpsit in altari thimiamatis: vt habetur. ij. Paral. xxvj. Similiter ꝛ sacerdos tangens in pctō grauiter peccat: sicut fm beatū Tho. ois exercens actū ordinis sui in mortali/ peccat mortaliter. Agit etiā contra preceptū

Esa.lij. quo dicit̄: Mundamini vos qui fertis vasa dñi. Si itac̄ ferens vasa dñi sanctificata mundus esse precipit̄: quātomagis qui fert seu tangit in sacramento sanctū sanctoꝝ dominum ipsum. In casu tñ licet laico/ vel sacerdoti peccatori tangere: vt si iaceret in luto vili: aut vbi expositum esset imminenti periculo comestionis a porco vel cane. In illo casu si peccator sacerdos vel laicus motus fide ꝛ reuerentia/ ipsum tolleret: ꝛ poneret in loco cōgruenti: nō peccaret. In tali em̄ casu tangere ꝓhibitū non est: sed multomagis preceptū: q: tenetur irreuerentiā ꝛ inhonestā eius collocationez impedire. ¶ Oza vō tangēs arcā dei declinantē: bobus calcitrantibus: ꝛ ideo percussus contra preceptum fecit: q: temere cognita vxore illa nocte tetigit/ vt quidam dicunt: qḋ nō licebat. Vel vt lyra dicit in postilla. ij. Regū vj. q: sua ordinatione vehebatur in plaustro: que leuitarū humeris portari precepta erat. Ideo dum calcitrabant boues/ ꝑcussus est: ideo nō propter tactum precise: sed ex causis dictis ꝑcussus est. Ubi nihilominus fm glo. Notandum est quantū delinquat qui ad corpus dñi reus accedit: si ille morte mulctatur qui arcā dominici corporis figurā minori q̄ debuit veneratione corripuit. ¶ Q Si replicatur de bethsamitis qui ꝑcussi sunt plaga magna: ꝓ eo q̄ viderūt arcam dei reductā ad philistijm. vt habet̄. j. Regū. vj. Sed longe dignius est sacramentuz eucharistie arca federis in lege/ Rn̄detur q̄ q: preceptū fuit/ ne arca nuda videretur. vnde Nume. iiij. legitur q̄ aaron ꝛ filijs eius mandatū est vt intrarent sanctuariū ꝛ inuoluerent arcā: ipsamq̄ sic inuolutam traderent leuitis portandā. Et dicit̄ ibidem. Alij nullis curiositate videant que sunt in sanctuario priusq̄ inuoluant̄: alioquin morientur. Ideo bethsamite: q: curiositate ducti arcā nudam cōtra preceptū viderunt: a dño sunt ꝑcussi. Quod nihilominus etiam in figura illis contigit nostri: significans q̄ simplicioribus nō licet arcana dei ꝑscrutari: que in sacra latent scriptura per arcā significata. fm illō Prouer. xxv. Qui scrutator est maiestatis: opprimet̄ a gloria. ¶ Dupliciter aūt est videre maiestatē dei: scz ꝑ fidem: ꝛ sic videre licet omnibus/ Alio mō per scrutiniū: ꝛ sic nō licet nisi prouectis ꝛ instructis in diuina scientia. De non videndo autem sacramentū/ nō est preceptū nisi his qui nōdum baptismatis sacramento sunt initiati. illi em̄ admittēdi nō sunt: sed finita missa cathecuminorum expellendi. de quo. s. lec. xv. Unde ad videndū admittunt̄ oēs qui fide ꝛ sacramentis christo iuncti sunt: ad manducandū soluz qui charitate dño sunt vniti. Verūtamen si quis ex humilitate nō figeret visum ad sacramentū: sed in terrā oculos deflecteret se indignū reputans tanti sacramenti visione/ nō reprobatur: similis in hoc publicano: qui oculos ad celum leuare nō audens: pectoris ꝑcussione/ ꝛ humili oratione veniam impetrabat: vt refert Lucas. c. xviij. Potest em̄ quis opus bonum superogationis ex humilitate omitti: qua tamen omissiōe alter nō tenetur abstinere. vt vult bea. Tho. in. iiij. scripto. dist. ix. q. iij. ¶ R Ad secundū dubiū. Respondet̄ fm Alex. par. iij. q. xxx. mē. ij. arti. j. §. iij. ꝛ post eū bea. Tho. ꝛ sanctus Bonauen. in. iij. dist. ix. q̄ hostia siue eucharistia in altari adorari debet sub cōditiōe: si seruata sunt seruanda: hoc est oia requisita ad consecrationē. Et hoc habituali: hoc est tacita vel expressa. Non em̄ oportet q̄ adorans hostiā in missa actualiter seu expresse cōditionem apponat. Nec forte expedit maxime simplicibus: ne dubitationi circa fidem sacramenti locū dare assuescant. Sed sufficit q̄ habeat cōditionem illam habitualiter siue tacite. Ita q̄ intentio sua taliter sit instituta: q̄ si sciret defectū circa necessaria ad cōsecrationem requisita fuisse cōmissuz/ nō adoraret. Vel si cōditio predicta tpe adorationis in cogitatiōe occurreret: ipsum apponeret. Hac itac̄ habituali ac tacita cōditione existente: adorans sine actuali cōditiōe: vt puta de ea nō cogitans adorando nō peccat: etiā si hostia nō fuerit cōsecrata: q: nō adorat purā creaturā: sed christū fm intentionem suā: q̄uis sacerdos nō consecrans/ aut voluntarie aliquid ad cōsecrationem requisitū omittens: quantuz in se est facit populū idolatrare: q: offert purā creaturā ad adorandum: vt dicit Tho. ¶ Hec aūt habitualis intentio nō sufficeret: si quis adoraret angelū sathane transfigurantem se in christū. Nam si ille adoret̄ sub conditione/ si tu es christus: nō peccat sic adorans: q: tunc nō adorat sathanā: sed christū: q: nō stat oratio nisi stet cōditio. Nec ad aliū refertur oratio: nisi etiā ad quem refert̄ orationis intētio. Si aūt habitu tantū habeat̄ cōditio: nō actu: nō vitatur idolatrie peccatū: nec excusat̄ homo rōne ignorātie facti. ¶ Habet em̄ triplex adiutoriū talem vitandi errorem: scilz sacre scripture monitionem: q̄ nobis significat q̄ angelus tenebrarū se transfert in angelū lucis. ij. Cor. xj. Item q̄ multi venient in noie meo dixit dñs/ dicentes: Ego sum christus: ꝛ seducent multos ꝛc. Matth. xxiiij. ¶ Secundū adiutorium est oratiōis remediū. Nam si oraret deū toto corde vt reuelaret̄ ei veritas: non ꝑmitteret deus eū decipi. In hoc em̄ casu intelligit̄ illud Joh. xvj. Si qd petieritis patrem in noie meo dabit vobis. In noie meo qḋ est iesus: qḋ interpretat̄ salus. Hoc est: Si qd petieritis ꝑtinens ad salutē vt exponit bea. Aug. Unde qui in casu nō orat: nō adhibet oēm diligentiā quā debet. ¶ Tertiū est suspēsio actus adorādi fm Bonauē. Sic legit̄ de sctō luciano presbytero: q̄ reuelationē sibi verā factā ꝑ gamalielē beati pauli didascalū nō statim acceptauit nec credidit: sed se suspēdit donec premissa oratiōe visio ipa tertio sibi manifestaret̄. Vel tertiū adiutoriū fm Alex. est appositio actualis conditionis: cuius appositione pōt vitare periculū. Ut si tu es christus adoro te. ¶ S Si ergo talis apparitio ostendit̄ alicui: quia res insolita est ꝛ noua: ideo nō debet precipitare sententiā: sed diligenter cōsiderare priusq̄ adoret: fm illud. j. Johis iiij. Probate spiritus si ex deo sunt. premisit autem. Nolite omni spiritui credere. rationem subiungens: quia multi pseudo prophete exierunt in mundum. Sic virgo prudentissima audita salutatione angelica/ non statim assensit: sed turbata in sermone angeli cogitabat qualis esset illa salutatio. Propter quod etiam legitur de quodam sancto patre: cum apparuit ei diabolus in specie christi clausit oculos/ dicens se nolle christū videre in hac vita; cuius humi-

litate diabolus confusus abscessit. Quo contra narraẜ de
multis qui leues corde/ad tales reuelationes se reputātes
idoneos desiderauerūt eas: ⁊ sunt in insanias ⁊ stulticias
et pericula precipitati. Quomō autē discerni debeant visio
nes vere a falsis: multa scripserūt patres opuscula: inter q̄
singulari preconio dignū est opus quod cancellarius pari
sis Gerson de probatione spirituū cōpilauit. Ubi plurimū
valere docet humilitatē: qua hō visionibus hmōi iudicat se
indignū. Quia ergo visiones huiusmodi ⁊ apparitiones
insolite sunt: non excusat errantē in earū adoratione inten/
tio habitualis. Sed sese suspendat cui talia cōtingunt: do/
nec certificetur: vel ad minꝯ sub cōditione actualiter appo
sita adoret. Cōsecratio vero hostie solita est ⁊ cōsueta: ideo
sufficit ibi habitualis cōditio: si consecratio debito mō fa/
cta est. Unī nulli vel pauci in hac adoratione peccant. Oēs
em̄ hanc conditione tacite aut habitualiter habent. Qđ ex
hoc manifestū est/si adorans requireretur: quid faceres si cō/
secratio debito modo facta nō esset. Haud dubiū quin fide
lis quisq̄ requisitus responderet: nequaq̄ adorarem.

¶ Lectio.lj. A

Restat circa hanc ma
teriā adhuc dubiū: quid agendū si in loco ho
stie appareret alia species: puta carnis vł pue
ri: cruoris vel agni aut similis. Utrū sub his
speciebus debeat christus adorari: ⁊ an ibi christus conti/
neatur et quomō. ¶ Pro pᵐi solutione notandū ꝙ hmōi
apparitio ex duplici causa fieri solet: Qñq̄ propter ardētes
amātes: qui magno ⁊ estuanti desiderio christum sub sacra
mēto sibi ostendi humiliter ⁊ deuote deprecanẜ: quorū pre
cibꝯ diuina pietas qñq̄ cōdescēdit: vt sic eoꝝ deuotio am/
plius accendaẜ. Uel ꝓpter hesitātes in fide sacramenti: vt
ad veritatē fidei miraculo inuitenẜ ⁊ solidenẜ. Pōt ⁊ fieri
diuina ꝑmissione illusione demonis ad decipiendū ⁊ fallē/
dū incautos. Quēadmodū in conuētu quodā fratrū mino
rū obseruantiū oppidi ysennac partiū thuringie: nostris tē
poribus cōtigisse relatione accepi. Fratricellū vnum laicū
celebranti astitisse: ⁊ dū tēpus cōionis quo sacerdos sumē/
re sacramentū solitus est: aduenerat ꝙ frater ille laicus ex
quadā indiscreta deuotione cōmunionem sacre eucharistie
desiderabat: apud se putans se bene dispositū ad tanti sa/
cramēti perceptionē. Et sic minus caute in seipso cōplacen
te: apparuit quidā in specie angeli particulā apparēter por
rigens. Aperuit stultus ora: sumēs de manu porrigentis ap
parentē hostie particulā: ⁊ continuo a diabolo obsessus est
et grauiter vexatus. Postea tm̄ elapsis aliquot diebus: fra
trū orationibus liberatus est. ¶ B Sed de primo ꝓse/
quamur: qui adhuc dupliciter pōt cōtingere: Aut cū diui/
na reuelatione: ꝙ sub specie tali christus veraciter cōtineẜ.
Aut ꝙ fiat apparitio sine tali reuelatione. Si primo modo
cū tali reuelationi falsum subesse non possit: sicut nec fidei
nostre: quā ꝑ reuelationē accepimus: dubitandū non est ei
cui facta est reuelatio: christū sub tali specie veraciter cōti/
neri. Quapropter potest ⁊ debet a tali catholice ⁊ laudabi
liter adorari. de quo Pascha. de quodā ꝓsbytero narrat: q̄
cū digno moderamine sanctā christo ꝓpitio duceret vitā:
Cepit omnipotētem deū precibꝯ pulsare: vt sibi monstra/
ret corporis christi naturam: nō ista inquit ex infidelitate:
sed ex mētis pietate petiuit. Fuit em̄ a puericia diuinis le/
gibus imbutus: ⁊ ꝓpter amorem superni regis olim patri
os fines dereliquit: et dulcia liquerat arua: vt expui seduio
christi disceret mysteria. Idcirco eius amore succensus: ma
gis quotidie ꝓciosa munera offerens/ poscebat sibi ꝓmon/
strari: que foret species latitās sub forma panis ⁊ vini. Ue
nerat ergo dies vt idē celebrans pie solēnia missaruꝫ: more
solito ꝓcubuit genibꝯ. Te precor oipotens inquit: pande
mihi exiguo in hoc mysterio naturā corporis christi: vt mi/
hi liceat eū cōspicere presentē corporeo visu: et formā pueri
quā olim sinus matris tulit vagiētē: nūc manibꝯ cōtrecta/
re. Qui dū talia ꝓcareẜ: angelus de celo veniēs affaẜ sacer
dotē. Surge inqͭt ꝓpere: si christū videre placet: adest pre/
sens corporeo vestitus amictu: queꝫ sacra puerpera gessit.
Tūc venerabilis ꝓsbyter pauidus vultu se erigēs: vidit su/
per arā prīs filiū puerū quē symeon infantē portare suis vl
nis meruerat. Cui angelus inquit: Si christum videre pla/
cuit: quē prius sub specie panis verbis mysticis consecrare
solebas: nūc oculis inspice: manibꝯ attrecta. Tūc sacerdos
celesti munere fretus: qđ dictu mirū est: vlnis trementibus
accepit pueꝝ: ⁊ pectus ꝓpriū pectori xp̄i ꝯiunxit. Deinde ꝑ
fusus in amplexū dat oscula deo: atq̄ suis labijs pressit pia
labia christi. Quibꝯ sic actis ꝓclara mēbra filij dei restituit
in verticē altaris: ⁊ repleuit celesti pabulo christi mensam.
Tūc rursus hō prostratus deprecatus est dn̄m vt dignareẜ
ipse iterū verti in pristinā speciē. Qua expleta oratione/sur
gēs e terra inuenit corpus christi in formā remeasse prioreꝫ.
Et cōcludendo dicit: Mira oipotentis dispēsatio: qui ob
vnius desideriū/ita se prebere dignatꝯ est visibilē: ⁊ nō in/
formē sicut alijs quibusdā: sed in forma pueri: quatenꝯ ⁊ ve
ritas patesceret in ostenso: ⁊ sacerdotis desideriū impleret
ex miraculo: nostraq̄ fides firmaretur ex relatu. Hec ille.
¶ C Utrū aūt talis effigies pueri apparentis sit ꝓpria
species ⁊ figura christi: aut sit aliqua forma miraculose aliū
de creata sub q̄ christꝯ latet: dubitari pōt. Silr̄ vtrū sub tali
specie apparēte sit christus: eo mō quo in hostia sub specie
panis: totꝯ scꝫ sub toto: ⁊ totus sub qualibet parte. Aut sit
sub illis dimensionibꝯ circūscriptiue: caput videlicet sub ca
pitis figura: ⁊ pes sub figura pedis: ⁊ ita de alijs partibus.
¶ Beatus Tho. aliā distinctionē ꝓ respōsione ad ꝓncipa/
le dubiū motū: scꝫ an ibi christus vere contineaẜ: in ꝗe.iij.
q.lxxvj.ar.vj.ponit/dicēs: ꝙ dupliciter contingit talis ap/
paritio qua quandoq̄ miraculose videẜ caro: aut sanguis:
aut puer in hoc sacramēto. Quādoq̄ contingit hoc ex par
te videntiū: quoꝝ oculi immutanẜ tali immutatiōe: ac si vi
derent expresse exterius carnē vel sanguinē aut puerū: nul
la tamē mutatiōe facta ex parte sacramēti. Et hoc quidē vi/
detur contingere: quando vni videtur sub specie carnis vel
pueri: alijs tamen videtur sicut prius sub specie panis: vel
quando ad horam videtur sub specie carnis vel pueri: post
modum sub specie panis. Nec tamen hoc pertinet ad ali/
quam deceptionem: sicut accidit in magorum prestigijs:
quia tales species diuinitus formantur in oculo ad aliquā
veritatem figurandam: ad hoc scilicet vt manifestetur ve/
re corpus christi esse sub hoc sacramento. Sic etiam chri/
stus sine deceptione apparuit discipulis euntibꝯ in emaus
sub specie peregrini. Dicit enim bea. Aug. in lib. de.q.euan
ge. ꝙ cum fictio nostra refertur ad aliquam significationē/
non est mendacium: sed aliqua figura veritatis. Et q: per
hunc modum nulla immutatio fit ex parte sacramenti: ma
nifestum est ꝙ non desinit esse christus sub hoc sacramen/
to tali apparitione facta. Quandoq̄ vero contingit talis
apparitio nō per solā immutationē videntiū: sed specie que
videẜ realiter exterius existente: et hoc tunc videẜ esse: qñ/
q̄ sub tali specie qđ ab omnibꝯ videẜ: nō ad horā tm̄: sed ꝑ
longū tp̄s ita permanēte. Et in hoc casu quidā dicūt: ꝙ est
ꝓpria species corporis christi. ¶ Nec obstat ꝙ qñq̄ nō vi/
deẜ ibi totus christus: sed aliqua pars carnis. Uel etiam ꝙ
nō videẜ in specie iuuenili: sed in effigie puerili: q: in pote/
state corporis gloriosi est ꝙ videaẜ ab oculo non glorioso:
vel sm̄ totū: vel sm̄ partē: ⁊ in effigie ꝓpria vel aliena. Hoc
aūt sctūs Tho. reprobat: q: sm̄ eū/corpꝯ christi nō pōt vide
ri nisi in vno loco: in quo circūscriptiue cōtineẜ. Unī cū in
ꝓpria specie videaẜ in celis: nō sic videẜ in hoc sacramēto si
ue in terris. Etiā/q: corpus gloriosum qđ apparet vt vult:
post apparitionē cū voluerit disparet: vt dī Luc. vlt. ꝙ ab
oculis coꝝ discipuloꝝ euanuit. Hoc aūt qđ sub spē carnis
apparet/diu ꝑmanet q̄nimo qñq̄ legiẜ inclusuꝫ: ⁊ multoꝝ
epoꝝ cōsilio in pixide reseruatum: qđ nefas esset de christo
sentire sm̄ ꝓpriā speciē. ¶ D Ideo dicendū/ait Tho. ꝙ
manentibus dimensionibꝯ q̄ prius fuerunt: fit miraculose
quedā mutatio circa alia accidentia. puta figuram ⁊ colo/

rem ⁊ alia hmōi:vt videaꝛ caro vel sanguis:aut etiā puer.
Et sicut.ā.dictū est:hec nō est deceptio:quia fit in figurum
cuiusdā veritatis:scȝ ad ostendendū ꝑ hanc miraculosam
apparitionē ꝙ in sacramento est vere corpus christi ⁊ san-
guis.Et sic patet ꝙ remanentibus dimēsionibus que sunt
fundamēta illorū accidentiū/remanet vere corp⁹ christi in
hoc sacramento. Nec videꝛ ꝓpria species corporis christi:
sed species miraculose formata/vel in oculis intuentium:
vel etiā in ipis sacramentalib⁹ dimēsionibus/qua manent
etiā in mutatiōe facta circa eas quantum ad alia accidētia.
Hec oia bea.Tho. ¶ Et pōt hic dicendi modus sic intelli-
gi:ꝙ sicut in sacramēto saluanꝛ dimensiones panis:q̄ sub
qualitatib⁹ sensibilibus/colore scȝ ⁊ odore/sapore ⁊ ceteris
ꝓtendunt ⁊ indicāt speciē panis:Ita in hac transformatio-
ne diuina virtute supadduntꝛ alia accidētia sensibilia:q̄ in-
dicāt spēm carnis vel pueri.Et ſm hoc dimēsiones ille que
prius erant figure rotūde:aliā figurā postea acquirūt/ſm
diuinū beneplacitū.Et forte in hac supfusiōe accidētiū car-
nis ad illas dimēsiones siue quātitatē panis:accidentia sen-
sibilia panis que ꝑfuerunt/cedūt:quia forte idē subiectuȝ
hec ⁊ ille qualitates pro eodē tēpore afficere non possunt.
¶ E Egidius de ro.theo.xxiij.videtur dicere:ꝙ illa spe-
cies pueri nō est ꝓpria species ⁊ figura christi:sed quedam
forma miraculose facta:⁊ in hoc concordat cū sancto Tho.
Sed in hoc discordat:quia dicit ꝙ dimēsiones panis diui-
na virtute cōuertunꝛ in accidentia carnis siue pueri:⁊ non
in accidētia corporis christi:⁊ ita dimensiones priores non
manēt.Et sub illis accidētibus est corpus christi:sicut ꝑus
fuit in accidētib⁹ panis.Et sicut accidētia panis q̄ prius ap-
parebāt:nō erāt accidentia ⁊ dimēsiones ꝓprie christi:ita
nec dimēsiones ille pueri vel carnis post apparētes/sunt
dimensiones christi:ꝗuis sub illis vere christus cōtineaꝛ:
sicut et continebaꝛ sub priorib⁹ accidentibus panis. Fun-
dat se etiā doctor iste in ratiōe Thome quātū ad id in quo
concordat:quia vnū corpus nō pōt localiter ⁊ ſm ꝓprias
dimēsiones esse nisi in vno loco. Cū autē christus sit sic in
celo:nec verisimile sit ipm ꝓpter hmōi apparitiones dese-
rere celū:dimēsiones ille carnis vel pueri nō sunt ꝓprie di-
mēsiones corporis christi.Qđ si aliquis nō haberet ꝓ incō-
uenienti christū ꝓ tali tpe deserere celū corporaliter:quia ta-
men eodē tpe ꝯtingunt apparitiones ille in diuersis locis:
sequiꝛ nihilominꝰ vnū corpus ſm ꝓprias dimēsiones esse
in diuersis locis quod reputat impossibile. Sed quicquid
sit de illo dicto in se:patet ex premissis/ꝙ ratio illa nullum
habet fundamentū:cū supra sufficiēter ꝓbatum est:idē cor-
pus esse in diuersis locis nullā includere cōtradictionē:et
ꝑ cōsequēs nō esse simpliciter impossibile. ¶ F Aliorȝ
modus est cui videꝛ cōsentire Alexā.ꝙ in istis apparitioni-
bus:dū tñ a deo fiunt:⁊ nō humana ꝓcuratiōe/aut diabo-
lica illusione:apparet christus:seꝗ ostēdit in ꝓpria specie ⁊
accidentib⁹ suo corpori inherētib⁹:qualiter ostēdit se disci-
pulis suis post suā resurrectionē:⁊ petro post ascēsionez:et
qđ apparet est caro christi vera. Nec obstat ꝙ nō semꝑ vide-
tur tot⁹ christus:sed aliqua pars carnis. Sicut in miraculo
beati Grego.quo petēte panis christi formam accepit digi-
ti.Aut ꝙ nō semper apparet in forma virili quā habet in ce-
lo:in qua apparuit ⁊ petro/dicenti sibi:dñe quo vadis:sed
aliqñ in forma pueri:vt in apparitione paschasij.ā.posita.
Quia in potestate corporis glosi est:vt ab oculo non glo-
rioso videaꝛ ſm se totū vel ſm partem in quātitate magna
vel parua:forma illa vel alia:sub fulgore claritatis glorie
vel sine:etiā vt appareat vni/⁊ ab vno videaꝛ/⁊ nō alteri:
nec ab alio cernaꝛ. ¶ Et quicq̄d sit de corpore glioso gene-
raliter:hoc tñ esse in potestate christi:in cui⁹ potestate sunt
oia corpora:⁊ quātū ad eē ⁊ quātū ad sic:vel sic esse seu ap-
parere:nullus habet ambigere fidelis:⁊ ad illā positionez
arguit Alex. Cū hmōi reuelatiōes fieri solent in misericordi
cōdescensiōe defect⁹ fidei alicui⁹:vt fides hui⁹ sacramēti ro-
boreꝛ. Si aūt caro aut sanguis sic apparēs/eēt caro vel san-
guis alicui⁹ aialis vel subito creata:nullū argumētū veri-
tatis induceret ad fidē ꝓbandā vel roborandā:sed solūmō
caro aut sanguis christi. Unde non videꝛ ꝙ ob causam pre-
tactā debeat apparere caro vel sanguis nisi ipsius domini.
Qm̄ licet virtute aliqua ostenderet alicui hesitāti caro vel
sanguis alienus(Licȝ forte ex hac ostensione excitareꝛ ad
credulitatē) nō tñ hec fides ꝑueniret ex signo vel ostēsiōe
veritatis:sed poti⁹ falsitatis:qꝛ ex hoc ꝙ in tali apparētia/
tale apparens crediꝛ esse corp⁹ dñi vel caro christi:credereꝛ
veritas ipsius sacramenti.Si eñ crederet esse caro vel san-
guis bruti:nūq̄ ꝓpter hoc credereꝛ:nec credi deberet veri-
tas sacramēti. ¶ G Quia ergo ostensio veritatis ipsius
sacramenti debet fieri ꝑ indicia vera ⁊ nō simulata vel ficta:
videꝛ dicendū ꝙ caro vel sanguis in hmōi apparitione est
vera caro dñi/aut verus sanguis christi. ¶ Et si obijciꝛ ꝙ
aliquādo apparuit caro in loco sacramēti diuturnitate tem-
poris corrumpi ⁊ denigrari:sicut accidit in marchia ceruisi-
na:vbi a multis dieb⁹ videꝛ corrūpi:vt patet ex certitudine
sensuū.Caro aūt christi est icorruptibilis ⁊ gloriosa.Respō-
det ille doc. ꝙ illō nūq̄ accidit qñ a dño fit ista apparitio:
sed solū qñ fit ꝓcuratione humana vel operatione diaboli-
ca. ¶ Nec obstat si diciꝛ ꝙ christ⁹ nō est nisi duob⁹ modis:
scȝ manifeste in propria forma in celo:aut velate sub specie-
bus panis ⁊ vini in sacramēto.Quia hoc verū est regulari-
ter.Dispēsatiue tñ ꝓpter fidei robur:aut deuotionis somē-
tum:aut aliā causam ostendit se qñq;:aut corpus suum sine
velamine:ſm ꝙ noscit fidelib⁹ expedire. Unde cōtingit ꝙ
vno tēpore vni ostēdit carnē suam sub sacramēti velamine:
alteri in se ⁊ nude. Uñ accidit vt vnus videt ⁊ hostiā ⁊ car-
nē velatā sub panis specie:ali⁹ carnē reuelate:vt sic ex facti
noticia ⁊ relatione fide digna certū habeaꝛ. Nec hoc est im-
possibile deo:cū ⁊ angel⁹ in corpore assumpto vni se osten-
dit et nō alteri eque presenti:vt patet Dañ.x.vbi diciꝛ:Ui-
di ego daniel solus visionē. Porro viri qui erāt mecū:nō vi-
derunt. Loquiꝛ aūt de visione angeli apparentis in specie
viri/lineis vestiti:⁊ in alia forma vni q̄ alteri. Quod ergo
pōt angel⁹ in corpore alieno:potest christus in corpore suo.
¶ Differētia etiā quaȝ bea.Tho.supra ponit qñ apparitio
manet ⁊c.nō est probabilis:qꝛ in miraculo bea.Grego.vbi
ad firmandū plebis fidē:sacramentū versum est in cruentā
carnē:et statim ad orationē eiusdē redijt in panis speciem.
¶ Hec sententia sic pōt ꝑsuaderi. Quia diuina misericordia
que hāc apparitionē facit:cōdescēdēs infirmitati hominū/
vt fides recta de sacramēto eluceat ac roboreꝛ:nequaq̄ de-
cipit:neq; ad idolatriā cōmittendā nos incitat: que tamen
cōmittereꝛ:dum homines miraculo inducti/in adorationē
tanq̄ veri corporis ⁊ sanguinis christi procumberēt et ado-
rarent:dum miraculum tale appareret vel in sacerdotū ma-
nib⁹/vel in loco hostie. Ad idolatriā autē homines prouo-
care deū/nefas est cogitare:cū idolatrie vltor est deus ⁊ pu-
nitor. ¶ H Ex harū opi.recitatione satis apparet:ꝙ om-
nes illi modi in hoc cōcordant: ꝙ sub illa specie miraculose
apparente vere est corpus christi:nisi ꝙ bea.Tho.sentit:ꝙ
desinentibus dimensionib⁹ panis/non manet corp⁹ christi.
Nō autem in tali apparitione desinunt: qꝛ eis manētibus/
possunt alia accidētia mutari. ¶ Sed an species illa appa-
rens sit species corporis christi:ita ꝙ accidentia illa appa-
rentia inhereant corpori christi:varianꝛ opiniones. Nā pri-
me due opi. hoc negant: sed dicunt esse species miraculose
productas: sub quibus non aliter est corpus christi/q̄ fuit
prius sub speciebus panis: scilicet totum sub toto ⁊ quali-
bet eius parte. ¶ Scđm tertiā opinionē diceret ꝙ species
ille apparentes/sunt proprie corpori christi et ei inherētes:
sub quibus corpus christi totum vel pars est circūscriptiue
tanq̄ sub proprijs dimensionibus. Nec obstat ꝙ corp⁹ chri-
sti est simul in celo et in terra/et vbiq; ſm proprias dimen-
siones. Neq; ꝙ ibi magnum:hic paruum:hic talem habēs
colorem et figuram:ibi alium et aliam. Quia non oportet
ꝙ si corpus idem ponatur in diuersis locis:ꝙ vtrobiq; ha-
beat eandem quantitatē/qualitatē et figurā:vt supra lati⁹
deductū est lec.xlvj. Omnes ergo modos illos esse possi-

biles infinite potentie dei:puto fideli nō dubitandū. Nulli⁹
enī illorū cōtradictionē includit:ꝛ rationes hincinde addu
cte nō demōstrant:et facile soluūtur. ℂ I Quid aūt de
facto dicendū sit:q̄d ego homūcio dicere possum:vbi tan
ti doctores disceptant. Sed imitādus est mihi doctor irre/
fragibilis Alexan. ꝓfitendo ꝓpriā ignorantiā. vnde ait: In
casu posito nihil me scire cōfiteor. Unde nihil definiēdo vel
asserendo dico:sed salua sentētia meliori tn̄ opinādo. Hinc
videt̄ cauti⁹ pie dubitare facti huiusmodi modū:q̄ꝫ curiose
et temere aliquē predictorū sine ratione sufficiēti ꝛ autori/
tate determinare. Hinc dicit venerabilis Hug. lib. de sa. et
post eū Innocen̄. Ego diuina mysteria ꝛ sacramēta magis
venerāda q̄ꝫ discutienda ꝓfiteor. Scriptum est enī: Nō cō/
Exod. xij. edetis ex eo crudum q̄d:nec coctū aqua:sed assuz tn̄ igni.
Crudū quid comedit/qui temerario ausu de agno isto im/
maculato diffinire non erubescit:q̄ꝺ neqꝫ per rationē:neqꝫ
per autoritatē:neqꝫ ꝑ sanctorū patrū ꝓbabiles sentētias di
gestum esse dinoscit̄. Ille vero comedit agnū coctū aqua:
qui ex instabili ꝛ nō fundata ac phantastica quasi ratione ꝛ
impertinēte autoritate diffinit de hoc sacramēto sub quo ve/
rus agnus latitat:q̄ꝺ veris rationibus ꝛ scripturis nō pro/
bat. Ille vero bene sentit de hoc sacramēto:q̄ sine ambigui
tate nō profert sentētias:nisi quas christus sua charitate:et
euāgeliste ac apl̄i spūsancto succēsi docuerunt:aut feruens
sanctorū studiū lucidauit. Tūc quidē agnū comedit assum
igne: q̄n doctrine tales tāta refulgent veritate:tāta sunt di
gesta maturitate:vt nihil pestiferꝫ:nil eis noxiū q̄ꝺ officere
poterit ministret̄. Hinc q: neuter modoꝝ ꝑfatorū solide in/
nitit̄ autoritati aut indeclinabili rationi:securi⁹ videtur s̄m
predicta pie dubitare:q̄ꝫ sine hesitatione aliq̄d temere diffi
nire. Om̄s etsi in hoc satis cōcordant q̄ꝫ sub illis specie mira/
culosa verū corpus christi contineat̄:ꝛ hoc pia credulitate
sustineri possit:dū ꝓbabiliter cōstat illas apparitiones di/
uino miraculo fieri. Quia tn̄ nō semꝑ de miraculo constat:
nemo leuis esse debet ad adorandū. Sed poti⁹ animū suū
suspēdere:quousqꝫ a deo/ab hoīe vel scriptura doceat̄. Aut
sub cōditione(si nihil fraudis appareat)adorare. Ut dicē/
do: Si tu es christus:te vt christū adoro:ꝛ hoc cōditiōe nō
tn̄ habituali:sed etiā actuali. ℂ L Et ꝑ hoc patet respō
sio ad scđam diuisionis partē supra in respōsione ad primū
dubiū partitā:scꝫ quid agendū dū apparitio fit sine reuela
tione diuina:an tunc adorandū. Cui cōcordare videt̄ factū
q̄ꝺ recitat Alexā. ex narratiōe magni ac fide digni viri lau/
franci. Cū enī ꝑsbyter quidā missam celebrans inuenerā su/
per altari verā carnē:ꝛ verū in calice sanguinē/s̄m propriā
carnis ꝛ sanguinis speciē sumere formidaret: rem ꝓrimus
episcopo suo consiliū quesiturus aperuit. Episcop⁹ aūt cū
multis coepiscopis ad hoc cōuocatis:calicē illū cū eadem
carne ꝛ eodē sanguine dn̄i diligēter opertū ꝛ sigillatum in
clusit in medio altaris: ꝓ summis reliquijs reseruādis ꝑpe
tuo. Q̄ꝺ hodie obseruat ecclesia:q̄n aliq̄ negligētia vel mi
raculū nouū in tantis mysterijs accidit. ℂ L Ex hoc etiā
datur informatio sacerdoti:si cui hoc accideret:vt celebran
ti hostia in forma pueri ꝛ in calice sanguis appareret. De/
bet enī talis ꝑmo p̄ces fundere ad deū ꝛ ip̄m deuotius exo
rare: vt sua misericordia dignet̄ sacramētū hoc reducere in
ꝑstinam formā māducationi cōgruētē/exēplo bea. Grego.
et Pascha. Et dū forma panis redit:debet reuerēter sacra/
mētum illud sumere. Q̄ꝺ si forte sacerdotis p̄ces nō exaudi
rent̄:cū tūc q̄ꝺ apparet rationē ac speciē cibi ac potus non
haberet:rationabiliter abstinet a sumptiōe. Un̄ dicit bea.
Hiero. suꝑ Leui. ꝛ habet̄ de ꝯse. distin. ij. de hac q̄dem. De
hac quidē hostia que in christi cōmemoratione mirabiliter
fit edere licet:de illa vero quā christus in ara crucis obtu/
lit:s̄m se edere nō licet. Q̄ꝺ expōnēs Alexā. dicit. De hostia
quā obtulit christus in cruce s̄m illā formā in qua appare/
bat cū inter nos cōuersabat̄ visiōe corporali:nulli licet ede
re. quasi diceret: Si deus faceret vt appareret sanguis in ca
lice:aut caro in altari/sumendū non est. Nec tamē ex hoc sa
cerdos transgressoꝝ fieret p̄cepti ecclesie:quod ponitur ea/

dem distin. relatū. vbi dicit̄. Quicunqꝫ sacerdotū sacrificiū
oblaturus accesserit: ꝛ se a cōmunione suspenderit: repul/
sum se nouerit anno vno. Intelligitur quidem hoc decretū
quando illud sacramentū permanet in sua forma manduca
tioni apta. Leges namqꝫ ꝛ statuta ad ea que cōmuniter ac/
cidunt:adaptātur. ℂ Dicunt tamē quidam q̄ꝫ sacerdos in
hoc casu debet accipere aliam hostiam: ꝛ illam de nouo cō/
secrare:que si iterū apparet in specie carnis:debet secundā
accipere:vt manducet consecratā ꝓpter canonē allegatuꝫ:
et. c. sequēs/cōperimus. Ubi precipit̄ q̄ꝫ aut integra sacra/
mēta ꝑcipiāt:aut ab integris arceant̄. Priores tn̄ dicunt q̄ꝫ
in casu sufficit manducatio spūalis:et nō requirit̄ secunda
ria cōsecratio. Sacramentū vero transformatū recōdendū
erit cum alijs reliquijs:sicut factum fuerat in simili casu su
pra recitato. Et hec salua in oībus saniori sentētia dicta suf
ficiant:quantū ad omnia diuisionis supra Lec. xxxviij. po/
sita membra. Sequitur nūc textus sacri canonis.

ℂ Lectio. liij. A

S Imili modo post/

q̄ꝫ cenatū est/accipiens et hūc preclarū cali/
cem in sanctas ac venerabiles manus suas.
Item tibi gratias agens: benedixit dedit di
scipulis suis:dicens:accipite et bibite ex eo oēs. ℂ Postq̄ꝫ
in quarta principali canonis parte: in q̄ de sacrificij hui⁹ ꝑ/
fectione agitur:determinatum est de idonee ac sanctificate
materie cōsecratiōe qua panis substantia in verū christi cor
pus cōuertit̄ in prima eiusdē partis particula: In hac par/
ticula secunda agitur de cōsecratione vini:qua eius substā/
tia in verū christi sanguinē transsubstantiat̄. ℂ Et subdi/
uidit̄ in tria huius particule mēbra. In primo tangitur mo
dus institutionis hui⁹ sacrosancte cōuersiōis. In scđo sub
dit̄ forma cōsecrationis. In tertio additur significationis
efficacia ꝯsecrati sanguinis: Scđm ibi:hic est calix. Tertiū
ibi:hoc facite. ℂ Circa primū ꝑmo tangit̄ huius sacrosan/
cte cōuersionis tp̄s ꝛ hora cū dī: Simili modo postq̄ꝫ cena
tū est. Secūdo huius cōuersionis materia cū sequitur. Ac/
cipiens et hūc preclarū calicē in sanctas ac venerabiles ma
nus suas. Tertio adiungit̄ hui⁹ tā sancte institutionis mo
dus ꝛ circūstantia:cum infert̄. Item tibi gratias agēs ꝛc.
ℂ Circa ꝑmū dicit: Simili modo quo christus cōsecrādo
panē istum in carnē suā cōuertit:ad vini cōsecrationē acces
sit. Modo inquā sili quātū ad ei⁹ bonitatē:quātū ad cha/
ritatē:quātū ad virtutem:ꝛ quātū ad gestorum cōformita
tē. Siquidem bonitas que fecit vt corpus suum nobis tra
deret in cibum:eadem operata est/vt sanguinem suū:quo
tenus pleno frueremur cōuiuio:cōmunicaret nobis in po/
tum:quia s̄m beatum Dionysium. Boni est bona adduce/
re. Charitas fecit vt sanguine nos redimeret:s̄m illud Hie
remie. xij. Reliqui domum meam:dimisi hereditatem me/
am:dedi dilectam animam meam in manus inimicoꝝ eius.
Sedes anime in sanguine est:s̄m illud Leuitici. xvij. cap̄.
Anima omnis carnis in sanguine est. et ego dedi illum vo/
bis:vt super altari in eo expietis animas vestras et san/
guis pro aīe piaculo sit. Et sicut pane in suum corpus con
uerso:ita vino in sanguinē suū trāssubstātiato:nos nutri/
ens eiusdē redēptionis sue memoriā:ꝛ fructū in nobis re/
nouaret. Hinc zacha. ix. dī. Quid enī bonū ei⁹ est:ꝛ q̄d pul/
chrū ei⁹:nisi frumentū electoꝝ:ꝛ vinū germinans virgines.
Uirtus diuina fecit/vt ea potestate infinita/q̄ panē in cor/
pus:etiā vinū cōuerteret̄ in sanguinē. Ut sicut caro ei⁹ hac
cōuersione vere facta est cibus:ita et cōuersione simili san/
guis fieret vere pot⁹. Ioh. vi. Caro mea vere est cib⁹:ꝛ san/
guis meus vere est potus. Gestorū cōformitas fecit vt eisdē
cerimonijs seruatis/id ip̄m corp⁹ scꝫ ꝛ sanguis sub diuersis
q̄ꝫ speciebus crederet̄ ꝛ esset. Ideo sicut ibi panē in manus
suas venerabiles ꝛ sanctas accipiēs/ac patri gratias agēs/
benedixit:in corpus suum conuertit:discipulis suis dedit.
Ita et hic calicē in easdem manus sumens:ꝛ itē patri gra/
tias agens ꝛ benedicens in sanguinē suū vinū conuertit.

et eisdē suis discipulis ministrauit. Quia ergo similis effectus in vtraq₃ conuersiōe: ideo similes cerimonie. ¶ B Igitur simili modo postq̄ cenatū est. a christo sc₃ ꝛ apostolis: vtraq₃ cena: agni sc₃ paschalis typici: ꝛ corporis sui, accepit ꝛc. Nam vltimo post oēs cibos legales sacramentū instituit et tradidit. Et vt proiectis veteribus vmbris legis, noua gratia institueret sacramenta: ꝛ ipa arctius figeret in suorū discipuloꝝ ac fideliū corda. De tempore vero hui⁹ institutionis facte. xiiij. luna mensis primi: et de ieiunio celebrando ac cōficientib⁹ ꝛ sumentib⁹ hoc sacramentuꝫ: supra dictū est lec. xxxiiij. ꝛ lec. x. ideo nunc rescindunt. Sequit: Accipiens sc₃ christus: et hunc preclarū. i. pre alijs clarū nō figuralē vmbrosum ꝛ nubilū: vt vete. testa. sacrificia fuere: sed lucidā veritatē cōtinentē. Ideo de calice ve. testa. tanq̄ non satis claro dixit Luce. xxij. Nō bibā de generatione vitis donec regnū dei veniat. Matth. xxvj. Nō bibā amodo de hoc genimine vitis vsq₃ in diē illū: cū illud bibā vobiscū nouū in regno patris mei. i. in ecclesia: que regnū dei dicit ꝟm Grego. cōfirmata eius potestate. Hunc em̄ preclarū calicem quotidie bibit: et sibi imbibit in mēbris suis que hoc potu salutifero corpori suo mystico incorporantur: ꝛ ei per huius sacramenti gratiā vniunt. Hinc in ps̄. Calix me⁹ inebrians q̄ preclar⁹ est. Ad quā sobriā ebrietatē virgineos (vt statim dictū est) germinantē: hoc est fidē incorruptam ꝛ perfectam charitatē tribuentez: spiritussanct⁹, Canti. v. inuitat amicos, dicēs: Comedite amici ꝛ bibite: ꝛ inebriamini charissimi. ¶ Calicē. Calix ꝟm Albertū a calore dicit: q: calorē charitatis accendit: Hinc in ps̄ dicit: Calicē salutaris accipiam: ꝛ nomē domini inuocabo. ¶ Hinc notandū q̄ calix accipit tripliciter. Uno modo pro vase receptiuo pot⁹ vel liquoris. Et ita dn̄s christ⁹ calicē recepit in sanctas suas manus: vt referūt euāgeliste: hoc est vasculū illud in quo fuerat potus. Secūdo accipit pro passionis amaritudine. hoc modo accipit Matth. xx. cū dixit dominus filijs zebedei. Potestis bibere calicē quem ego bibitur⁹ sum: hoc est potestis subire passionē ꝛ mortē quā ego patiar ꝓ redemptione humani generis. Et dicit calix passio: iuxta veterē cōsuetudinē ad mortē cōdemnatis potus in calice offerebat. ꝟm illud Prouerb. xxxj. Date sicerā merentib⁹: et vinū his qui amaro sunt animo. Bibant ꝛ obliuiscant egestatis sue ꝛ doloris sui nō recordent ampli⁹. ꝛ Amos. ij. Uinū dānatoruꝫ bibebāt. Tertio modo sumit pro poculo in calice cōtento. Et sic accipit Hiere. xlix. Quib⁹ nō erat iudiciū vt biberēt calicē. ꝛ Marci. ix. Quisquis potū dederit vobis calicem aque frigide: i nomine meo: q: christi estis: amē dico vobis nō perdet mercedē suam. Sic in cōmuni locutione accipit quo dicim⁹: ille ebibit totū calicē. i. totū potū vel liquorem qui fuit in calice. Et ita videt cepisse christ⁹ cū dixit: Hic est calix sanguinis. In proposito vero accipit primo mō, cum dicit ex ꝑsona euāgeliste: Accipiēs ꝛ hunc preclarū calicem in sanctas ac venerabiles man⁹ suas: id est vas: nō vtiq₃ vacuū sed cū vino: q: premisit: Nō bibā amodo de genimine vitis. Per quod expressit vini liquorē fuisse in calice cōtentum. ¶ C Ponit aūt hic circa sanguinis cōsecrationē calix, siue vas cōtinens vinū cōuertendū in sanguinē: plus q̄ circa cōsecrationē corporis: vbi absolute dicit: Accipiēs panē nō dicit in sportella vel disco: q: cōsecrat sanguis in rōne pot⁹. Null⁹ aūt liquor cōuenientēr est potabilis nisi i aliquo vase aut receptaculo cōtineat. Corp⁹ aūt cōsecrat in ratione cibi. Cib⁹ ꝟo solidus rationē cibi habet: etiaꝫ si in nullo vase cōtineat. Et q: ad litterā nō cepit christ⁹ vinū in man⁹ immediate sicut panē: sed accepit in calice cōtentū: ideo nō dicit: accepit vinū: sed calicē. ¶ Addit etiā ꝓnomen hūc, demōstratiuū. Accipiēs nanq₃ sacerdos calicē in manu: de christo loquēs dicit: Accipiēs sc₃ christ⁹ hūc calicē: hunc sc₃ eundē quē ego accipio. Sed q: dictū est: q̄ calix aliquando accipit ꝓ vase: et aliqñ pro poculo in vase cōtento: pōt hec idēitas referri ad ipsum vas vel ad vasis liquorem. Si refert ad vas: nō est idē quod sacerdos accipit: ꝛ quod christ⁹ accepit quantū ad materiā ꝛ substantiā metalli. Sacerdos

em̄ accipit calicē factū de auro ꝛ argēto: vel vbi paupertas ecclesie cogit: de stanno: vt. s̄. dictū est Lec. xij. Christ⁹ aūt qui apostolis suis possessionē auri ꝛ argēti interdixit: non credit fuisse vsus calice argēteo vel aureo: sed forte nec stanneo: qui paupertatē suam nobis declarās, ait: Uulpes foueas habēt: ꝛ volucres celi nidos: fili⁹ aūt hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Est ergo hic demōstratio nō ad sensum: sed ad intellectū: vt sit sensus: Hunc calicē: id est calicē eiusdē rationis quātū ad liquoris cōtinētiā. Si vero calix accipit pro potu in calice cōtento: aut pro vino cōuertendo in sanguinē: iterū erit demōstratio impsonalis. Hūc calicem. i. vini liquorē eundē non numero: sed specie vel genere ꝓpinquo: tenēdo aliqua vina differre specie essentiali. Uel si acciperet ꝓ vino cōuerso: id est christi sanguine precioso: in quē cōtinuo per cōsecrationis verba vinū cōuertit: sic est demōstratio ꝑsonalis: q: eiusdē rei numero. Nā idē sanguis numero ꝛ nō alius, est in quē vinū quod in man⁹ suas cena facta suscepit: cōuersum est: ꝛ in quē, vinū quod nunc sacerdos in suas manus accipit: cōuertit. ¶ D Accipiēs itaq₃ christus calicē cū vino. Utiq₃ preclarū ꝓpter preclari ac corusci sanguinis sui puritatē in quē vini liquor: nō in sanguinem hircoꝝ aut vituloꝝ qui in veteris testamenti sacrificio offerebat vertēdus est: instituit vinū in materiā cōsecrationis sui sanctissimi sanguinis suo facto: dū ipsum vinū diuina sua virtute, in verū ꝛ ꝓpriū cōuertit sanguinē: ꝛ apostolis suis, eoruq₃ successorib⁹ vini sic cōuertendi cōtulit potestatem. Naꝫ postq̄ ineffabili amore suos discipulos refecit cibo angeloꝝ: ꝓpria scilicet carne sub specie panis vsui humano congruentissima: vt ampli⁹ charitatis sue immēsitatē exprimeret: instituit ꝛ eosdē reficere potu sacratissimo: sanguine suo dignissimo sub specie vini potui cōuenientissima: vt sic nobilissima spiritualis nutritio aie, perfecta corporis refectione significaret. Ad nutritionē em̄ corporis ꝑfectaꝫ, nō pertinet sol⁹ cib⁹: pertinet etiā pot⁹. Idcirco postq̄ accepit panē: sub cui⁹ specie tradidit in cibū propriā carnē: accepit ꝛ calicē vini: sub cui⁹ specieb⁹ in potū tradidit ꝛ sanguinem. Et qm̄ human⁹ sanguis in propria specie sine horrore nō est potabilis: clemētissim⁹ redemptor: volēs illū tradere in potū: sapiētissime eum extranea velauit specie: vt sic ꝟm Hugonem sensus foueret in vno: ꝛ fides in alio edificaret. Fouet sensus, dū solitā ꝛ cōsuetā ac gratā speciē potus percipit. Edificat aūt fides in altero: dū in eo quod videt: quale sit illud quod non videt: agnoscit. Alijs quoq₃ ex causis cōmendauit ꝑciosum sanguinē suū sub aliena specie: que. s̄. lec. xxxv. sunt cōmemorate. Quib⁹ addunt cōgruentie que sequunt. Quia em̄ christ⁹ sacerdos erat in eternū ꝟm ordinem melchisedech, in sacrificiū panē ꝛ vinū offerentis: cōgruebat vt adinstar eius quē premisit postq̄ obtulit panē: acciperet et vini calicē: vt figure figuratū responderet. Expressior em̄ sacramenti corporis et sanguinis christi figura erat sacrificiū melchisedech sacerdotis. Amplius vt hoc sacrificiū vere ꝛ propinque gereret similitudinem eius quod significat: accepit calicē vini. Uoluit quidē christus hoc sacramentū significare suū corpus verū ꝛ sanguinē naturalē, ꝛ spūalē refectionē, ꝛ mentis inebriationē. ¶ E Idcirco postq̄ accepit panē habentē congruā significationē corporis ꝛ refectionis spiritualis: accepit ꝛ vinū habens cōgruētiam ad significandū sanguinē ꝛ spiritualē inebriationem. Uinū quippe ex vite succrescit: in vua colligit: in ea ꝑ solis ardorem maturat: ꝛ in torculari prelo exprimit: vt fiat pot⁹ reficiēs: ꝛ sitis ardorē restringēs. Et per hoc plene cōpetit sibi christi sanguinē significare. Naꝫ ꝛ ipse succreuit ex vite fecundissima: virgine scilicet bñdicta: de qua et caro et sanguis christi traxit origineꝫ. Christus quoq₃ ipsemet vita est salutaris: quā primo protulit virgo gloriosa: ꝛ viri exploratores, apostoli sc₃ ꝛ prophete, ad nos humeris suis fortiter ꝛ cōstāter gestantes, per fidē ꝛ predicationē detulerūt. In quo liquor ille ꝑciosus sanguis, immēso ardore amoris est maturat⁹ vsq₃ dū passiōis ꝑlo i torculari: patibulo videlicet crucis exprimeret: et ꝓflueret in potū toti⁹ humani generis

Luc. ix.

referūtur: sed pro instanti plationis forme cōsecratiōis.
Nō em̄ possunt simul dici q simul facta sunt τ fiūt. Licet
igitur pro diuersis tēporibus dicant: sunt tn̄ accipienda
ac si pro eodē instanti pferantur. Unde oīa verba cano
nis eucharistie cōsecrationē designātia/referēda sunt ad
instans cōsecrationis: τ intelligēda ac si pro eodē instāti
simul cū forma consecrationis fuissent plata. Ita φ vba
presentis tēporis in illis successiue plata: idē tēpus/scilz
plationis forme cōsecrationis: quasi tūc presens impor/
tent: vt exēpli gratia. Per quē hec omnia dn̄e semper bo
na creas/sanctificas/viuificas/benedicis/cōuertēdo in
sanctū viuū τ benedictū corpus τ sanguinē eius: nō mo
do cum hec proferūtur: sed tunc cum verba cōsecratiōis
proferūtur seu prolata fuerūt. Similiter cū dicitur. Fiat
hec cōmixtio τ cōsecratio nō que nunc fit: sed que facta
est in termino prolationis forme consecrationis.

¶ Lectio. lv. A

Supra que propitio
ac sereno vultu respicere digneris: τ acce/
pta habere. ¶ Hec est scd̄a pars principa/
lis partis que est pncipalis canonis: in qua
post rememoratiuā oblationē cōsecratoꝝ parte pcedēte:
addit petitio acceptatiōis oblatoꝝ. Et in duas subdiui/
dit particulas. In pma petit acceptatio. In scd̄a acce/
ptatiōis p patrū oblatiōes nostrā figurātes addit τ spe

cificatio: ibi. Sicuti accepta habere dignat⁹ es. ¶ Circa
primū ait. Supra que/scz dona τ data tibi in h sacrificio
oblata/corp⁹ scz τ sanguinē christi filij tui/o pater clemē
tissime respicere digneris de celo tuo habitaculo: sicut
olim pphēta tu⁹ orauit: vt in ecclesiā respiceres/dicens.
Respice de celo: τ visita vineā istam/sanguine filij tui su ps̄. lxxix.
pra quā hic respicere peteris piātatā. Supra. i. desup ce/
lesti venturo respectu: vbi tibi sedē esse esaias testat⁹ est.
Celū inqt/mihi sedes est: τ terra scabellū pedū meorū. Esa. lxvi
que dona τ data: panē scz vite τ calicē salutis ppetue: q
pluraliter referunt rōne ppriētatū p hec vba: hostiā pu
rā/sanctā/immaculatā cōsignatarū. Respicere digneris
Nā τ hoc pater clemētissime pollicitus es Esa. lxvi. Ad
quē respiciā inquiēs/nisi ad pauperculū τ cōtritū spū: τ
trementē sermōes meos. Hic aūt ppter nos oblat⁹: chri
stus scz pauperculus fuit: cū nudus tibi in cruce offere/
bat: oim tēporaliū rerū etiā necessariarū τ amicoꝝ pos/
sessione pariter τ vsu spoliat⁹ tot⁹/liuorib⁹/plagis/τ vul
nerib⁹ attrit⁹. Attrit⁹ est ppter scelera nostra: cui⁹ liuore
sanati sumus. Esa. liij. Tremebat φ sermonē patris dum
offerēs/dixit: Nō mea: sz tua volūtas fiat. ¶ Supra hūc
itaq oramus digneris respicere: nō nostris meritis: sed
tua misericordia dignatiōe ppitio ac sereno vultu. Pro/
pitio: idest placabili vultu: facilitate dimissionis peccati
pro quo offertur hostia: vt effectū remissionis peccatorū
nostroꝝ cōtra te cōmissoꝝ audire mereamur. Propitius
ero peccatis eoꝝ: τ iniquitatū eoꝝ nō recordabor amplī/
us. Hiere. iij. Pro hac siquidē remissione ipse fili⁹ tu⁹ pre
cabatur in cruce tibi se offerēs. Pater ignosce illis: quia
nesciūt quid faciūt. Ac sereno vultu. i. benigno et hilari.
Hec em̄ duo vultū faciūt serenū: qr iracūdiā tollūt: man
suetudinē ostēdunt: ac inferūt bonitatē τ misericordiā.
Hic in ps̄. dauid. Illuminet vultū suū sup nos τ misere
atur nostri. Et Numeri. vi. Sacerdoti aaron dictuz est a
dn̄o. Sic bn̄dicetis filijs israel. Bn̄dicat tibi dn̄s τ custo
diat te: ostendat dn̄s faciē suā tibi τ misereat tui. Cōuer/
tat dn̄s vultū suū ad te: τ det tibi pacē. ¶ B Nec ta/
men hoc rude estimandū est/deū patrē vultū habere ad
modū hoīs corporalē: quia deus spūs est: oīs lineamēti
figuralis expers: Dicitur tn̄ habere vultū per metapho/
ram. In vultu em̄ τ facie ai alis vigēt cognitiue potentie
obiectoꝝ apprehēsiue. Ita qr deo oīa aperta sunt. τ obie
ctiua presentia cognita dicitur habere vultū: hoc est oīm
intuitiuā cognitionē. Petimus igitur vt sereno vultu. i.
serena cognitiōe respicere dignet/supra dona sibi obla/
ta/cognitiōe nō nuda τ speculatiua: sed cōcomitāte diui
no bn̄placito: vt scz ex cognitiōe oblatiōis hui⁹ benigni/
tatē exhibeat offerētib⁹. Nec tn̄ putādū deū ex nostra pe
titiōe quoquo modo mutādū. Un̄ Inno. Nō est estiman
dū φ vult⁹ dei qn̄q immutet: quasi sit qn̄q seren⁹: qn̄q
nō serenus. Sed tūc vultū serenat τ sup nos illuminat:
cū misericordiā suā sup nos exhibet τ declarat. Sicq vul
tus dei serenatio nō est vult⁹ ei⁹ immutatio: sed singula/
ris doni τ bn̄ficij collatio: quo pcepto/humano mō de
deo iudicam⁹ ipm ad nos vultū habere ppitiū τ serenū.
Igitur respicere digneris oculo amoris: qr vbi amor: ibi
ocul⁹. Eccli. xxxvi. Miserere nostri de⁹ oim/τ respice in
nos: τ ostēde nobis lucē miserationū tuarū. Et accepta:
idest grata: habere/ipsum nostrū sacrificiū/ pro omnib⁹
que tibi clemētissime pater in ipsa offerūtur hostia: Ps̄.
l. Tunc acceptabis sacrificiū iusticie. hoc est qd̄ pro oib⁹
exhibuit iusticiā satisfactiōis. Petimus aūt vt acceptū et
gratū habere dignet pater clemētissimus h sacrificiū nō
in se tn̄: quia ipsuz sibi displicere nō pōt. Scriptū quidē
est de christo: qui in isto nostro offertur sacrificio: patris
ad ipm dilapsam esse vocē. Hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹ in quo Mat. iij.
mihi cōplacui. Quippe ppter hoc sacrificiū acceptū/re/ τ. xvij.
stitutū est genus humanuz in amicitiā dei: a qua lapsum Mar. i.
est per ade trāsgressionē. Deprecatio igitur qua petitur Luce. iij
acceptari ad offerētes pertinet; vt q peccatis suis terren

tur: ꝛ de propria diffidunt virtute: hostiam acceptabilē
offerentes/per eam se acceptos fieri postulant: quā ne
quaꝗ̄ acceptam dubitant. Orant igitur/vt acceptam ha
beat quantum ad offerentem. Unde Gen̄. iiij. Respexit
dominus ad abel ꝛ munera eius. Glo. Ex dantis corde
datum acceptatur vel refutatur. Subditur.

Sicuti accepta habere

dignat⁹ es munera pueri tui iusti abel: ꝛ sacrificiū patri
arche nostri abrae: et qđ tibi obtulit summus sacerdos
tuus melchisedech: sanctū sacrificiū immaculatā hostiā.
¶ Hec est scđa particula hui⁹ partis: in q̄ addit̄ specifica
tio hui⁹ oblatiōis nostre acceptatiōis/per oblationē pa
trū eā figurātiū. Adducunt̄ aūt figure tres: quarū semꝑ
vna plus manifestat de veritate ꝗ̄ alia. Prima em̄ mani
festat oblati passionē. Scđa oblati vnigeniti dignitatē.
Tertia sacrificij ritū ꝛ veritatē. Dicit igit̄: Sicuti ꝛc. Si
cuti aduerbiū fm̄ Inno. ꝛ Alex. ꝛ Alber. similitudinē innu
it/nō equalitatē. Multo q̄ppe accepti⁹ est h̄ sacrificiū/
ꝗ̄ qđ obtulit abel: ꝗ̄ qđ obtulit abraā: ꝗ̄ qđ obtulit mel
chisedech. Nulla em̄ oblatio hac potior: sed hec oēs pre
cellit. de cōse. dist. ij. c. nihil. ꝛ Hugo de sacris lib. ij. parte
viij. c. j. Sacramētū corpis ꝛ sanguinis christi vnū est ex
his in quib⁹ principaliter salus ꝯsistit: ꝛ inter oia singu
lare: q: ex ipso ois sanctificatio est. Hec em̄ hostia ꝓ mū
di salute oblata/oibus p̄cedentib⁹ ꝛ sequētib⁹ sacramen
tis virtutē dedit: vt ex illa sanctificarēt per illā liberādos
oēs. Valet enim res magis ꝗ̄ vmbra: veritas ꝗ̄ figura.
Ipsam igitur similitudinē magis debem⁹ attēdere ꝗ̄ quāti
tatē. Similitudinē dico talē: qualis esse poterat typi ad ve
ritatē. Ista em̄ sacrificia que hic annumerant̄ figure fue
runt hui⁹ nostri sacrificij veri: de quo hic habetur sermo.
Quapropter dignius est hoc ꝗ̄ illa. Istud nāꝗ̄ acceptū
est ex se/ꝛ ꝓpter se ex opere opato. Illa aūt tm̄ ex fide ꝛ
deuotiōe offerētiū. Nō igitur (sicut) notat equalitatē in
similitudine fm̄ eundē gradū similitudinis quantū ad ipsa sa
crificia in se: sed aliqualē quātū ad offerētes. Unde sen
sus est. Supra que pater cle. ꝛc. dig. ꝓpi. ac sereno vultu
ꝛ ac. ha. Sicuti accepta habere dignat⁹ es ꝛ accepta tibi
fuerunt/munera abel/abraam/ꝛ melchisedech ex fide ꝛ
deuotione offerētiū. Ita vt acceptū habeas nostrū sacri
ficiū vltra hoc ꝗ̄ ex se tibi placet: etiā gratuz sit ex nobis
offerētib⁹: hoc est tales nos offerētes facito fide ꝛ deuo
tione: quales fuerūt abel/abraā/melchisedech. Et vt no
stra petitio sortiatur effectū: conemur etiā nos his patri
bus: quoꝝ placuerunt sacrificia: assimilari. Assimilemur
inquā abel: quatenus qđ recte offerimus: recte diuida
mus: qđ q: cayn nō fecit: peccauit. Sua nāꝗ̄ recte cui de
bebat/obtulit: deo scz: sed retinēs sibi seipsum: ꝛ cor suū
auferēs deo male diuisit. Abel aūt acceptū deo in corde
intus obtulit holocaustum: q: nō se sibi retinuit: sed deo
totū se subdidit ꝛ impēdit. Ideo respexit deus ad abel ꝛ
munera ei⁹: ad cayn aūt ꝛ munera ei⁹ nō respexit. Gen̄.
iiij. prius ad abel: postea ad munera ei⁹ respexit: quia nō
offerēs placuit ex oblato: sed munus ex offerēte. Similiter
abraā egregia fide totū se prius offerebat altissimo: ꝛ ꝓ
pterea placidas hostias offerebat. ¶ D Et vt placi
dū sibi de⁹ faceret abrae sacrificiū: primo ab illo affectuz
exigebat. Tolle iq̄t/filiū tuū vnigenitū quē diligis isaac:
ꝛ offeres illū i holocaustū suꝑ vnū mōtiū quē mōstraue
ro tibi: statimꝗ̄ promptū iuenerat ad obediēdū: ꝛ ꝓ vnige
nito quē in corde obtulit: arietē iuenit quē occidit. Gen̄.
xxij. Melchisedech ꝗ̄ nisi se prius post munus acceptū
obtulisset: futuroꝝ causas minime puidisset: quarū intui
tu mysticū panē ꝛ vinū in sacrificiū obtulit. Erat em̄ sa
cerdos dei altissimi. Gen̄. xiiij. Nos igit̄ ad offerēdū assi
stentes/si recte diuidimus prius nos in sacrificiū offera
mus: ac deinde sicut munus abel: sicut sacrificiū abrae:
sicut hostiaz melchisedech: vota nostra dn̄s acceptabit.
Munera dr̄ pueri tui abel. Munera: scz que de suis do

nis accepit offerens de primogenitis ꝛ adipibus gregis
sui. Gen̄. iiij. Pueri: scz obedientia ꝛ puritate: nō sensu ꝛ
intellectu. Unde apl̄s. Nolite pueri effici sensu ꝛ intelle j. Corin.
ctu: sed malicia paruuli estote: sensu autē perfecti. Nam xiiij.
puer centū annoꝝ morietur: ꝛ peccator centū annoꝝ ma
ledictus erit. Esa. lxv. Tui: fm̄ quādam assimilationem.
Esa. xlij. Ecce puer meus electus quem elegi: posui suꝑ
eum spiritū meū. Iusti abel: in quo occisus est agnus il
le ab origine mūdi: qui est sacrificiū nostrū. Apocal. xiij.
Et sacrificiū patriarche nostri abrae: patris scz patrum:
ꝛ patris multarū gentiū. Nostri: quia nō tam israelitice
plebis/ꝗ̄ populi tui christiani est pater: illius per carnē:
istius per fidē. Unde dicit: Nō vltra vocabitur tibi nomē gen̄. xvij
abram: sed appellaberis abraā: quia patrē multarū gen
tium cōstitui te. qui tibi obtulit vnigenitū fm̄ illud: Per gen̄. xxij
memetipsum iuraui dicit dn̄s: quia fecisti hāc rē: ꝛ nō pe
percisti filio tuo vnigenito ꝓpter me: benedicā tibi. Se
quit̄. Et qđ: scz sacrificiū obtulit tibi: primus et summus
sacerdos tuus melchisedech: rex salem: ꝓferēs panē ꝛ vi
nū/reddēdo grās tibi deo de victoria abrae venientis de
cede q̄ttuor regū: vt habet̄ Gen̄. xiiij. Sacerdos tu⁹: nō
solū q: tibi ministrās: sz q: te significās. Glo. Gen̄. xiiij.
Melchisedech q̄ interpretat̄ rex iusticie: ꝛ dr̄ rex pacis
christū significat: ꝑ que recōciliati sumus: ꝛ qui in fine se
culi iuste iudicaturus est. Sanctū sacrificiū/immaculatā
hostiā. Illā clausulā vt Inno. refert/addidit ad canonez
Leo papa. Et pōt referri ad sacrificiuz melchisedech: qđ
dr̄ sanctū ꝛ immaculatū: nō in se formaliter: sed figurati
ue ꝓpter sacrificiū nostrū: qđ in illo expressius fuit prefi
guratū: quapropter ꝛ illi/nostri sacrificij cōditiones at
tribuūtur. Hoc quidē sanctū est ꝓpter plenitudinē gra
tie ꝛ virtutū copiā. (Nō em̄ dedit de⁹ spiritū filio suo ad
mensurā) qui in h̄ nostro sacrificio cōtinet̄. Joh. iij. Est
ꝛ sacrificiū immaculatū quoad innocētiā ꝛ pctī immuni
tatē. Christ⁹ em̄ nec pctm̄ fecit: nec inuentus est dolus in
ore ei⁹. Esa. liij. ꝛ. j. Petri. ij. Vel sanctuz est q̄ad nos: pro
quāto nobis ex h̄ sacrificio grā ꝛ spūalium virtutū dona
largiunt̄: qui sunt nostra sanctitas vie: ꝛ pignus future
glie: ꝛ perpetue sanctitatis. ¶ E Quia autez in textu
illo mētio fit de figuris/quib⁹ hoc sacrificiū prefiguratū
est: aliq̄d latius de figuris ipsis est tractandū: scz de figu
rarū rōne ꝛ cōgruētia/numero ꝛ sufficiētia/ordine ꝛ ex
cellētia. ¶ Circa primū ponit Alex. pte. iiij. q. xix. arti. j.
rōnes tres/quib⁹ cōgruebat p̄figurari: scz rōne difficul
tatis/significatiōis/dignitatis. Rōne difficultatis: q: il
lud sacramētū inter oia sacramēta: imo inter oia credibi
lia/difficillimū est ad credendū: ergo hoies debuerunt
manuductione assuefieri figurarū: ꝛ sic ꝓgredi ad eius
credulitatē. Propter significationem: q: christus passus
(quo dat̄ vita fidelib⁹) hoc sacramēto significat̄ ꝛ conti
net̄. Cōgruebat aūt christū passum plurib⁹ figuris prefi
gurari: eadē rōne cōueniebat illa sacramēta p̄figurari: in
quib⁹ christ⁹ passus p̄cipaliter significat̄. In duob⁹ aūt
sacramentis/scz baptismo/ꝛ sacro altaris p̄cipaliter si
gnificat̄ christ⁹ passus. Nā de baptismo dicit apl̄s. Conse
pulti sumus ꝑ baptismū christo in morte. De eucharistia Ro. vj.
vo ait dn̄s: Hoc facite in meā cōmemorationē. Un̄ ꝛ ista Lu. xxij.
duo sacramēta fluxisse dicunt̄ ex latere christi militis lan
cea aperto: q: in sanguine ꝛ aqua: q̄ de eodē latere fluxe
rūt: sacramētū eucharistie ꝛ baptismi. (baptismi quidez
in aqua: eucharistie in sanguine) significabat̄. Eadē igit̄
rōne qua baptismus: etiā eucharistie sacramentū debuit
prefigurari. Propter dignitatē: Prefiguratio em̄ rei at
testat̄ eius dignitati. Inter oia autē sacramenta noue le
gis/sacramentū eucharistie dignissimū est ꝛ excellentissi
mū: quia non tm̄ gratiā accidentalē significat sicut cete
ra sacramēta: sed gratiā substantialē cōtinet vere ꝛ reali
ter: christū scz dn̄m fontē oim̄ gratiarū. Et quia expecta
batur tanꝗ̄ donū dei excellētissimū: cōgruebat vt p̄figu
raret̄: quatenus sic quodāmodo certificarent̄ expectātes:
ꝛ ex hoc magis


et ex hoc magis cōsolarent̄: ꝛ expectati dignitas mōstrare-
tur. ¶ F De figurarum aūt pluralitate ꝛ numero dr̄ ſm
Alex. ꝛ Albertū/ꝙ ꝙuis multa fuerunt sacrificia et āte le-
gem et in lege deo oblata a patribꝰ: tn̄ illud vnū in oibꝰ est
significatū. Nā tot gratie/ꝛ salutares sunt huius sacramēti
effectus: ꝛ tāta legis imperfectio/ꝙ ꝑ vnā figurā siue signū
nō poterat expresse significari. Varijs ergo figuris signifi-
cat. Et quātū ad materiā que est signū tm̄: Cōtentū qd̄ est
res ꝛ signū: Rē ꝛ nō signū/scʒ diuersitatē gratiarum. Effe-
ctuū ꝛ opationū mltiplicitatē. ¶ Quātū ad materiā q̄ ē pa-
nis: significat̄ in panibꝰ/angelis ab abraā: Gen̄. xviij. obla-
tis. Propositionis/Exo. xl. Primitiarū/ Leuitici. xxiij. De-
lie subcinericio. iij. Regis. xix. Ordeaceo in hostes voluta-
to. Judicū. vij. In his qnꝗ panū generibꝰ significant̄ qn-
ꝗ q̄ sunt in christo per panē significata: scʒ nature puritas:
nature sanctitas: regalis dignitas: nutrimenti efficacitas:
sup inimicos triūphans humilitas. ¶ Nature puritas si-
gnificat̄ in pane angelis ab abraā oblato: de quo ita scribi-
tur: Apparētibꝰ angelis abrae sedenti in ostio tabernaculi
sui: festinauit abraā in tabernaculū ad saraʒ: dixitꝗ ei: Ac-
celera: tria sata simile cōmisce: et fac panes subcinericios:
qs et posuit corā eis vt sequēs textus declarat. In his tri-
bus satis simile commixtis: que sunt farinula purissima/si-
gnat̄ triplex puritas. Puritas deitatis sine furfure mutabi-
litatis. Jaco. j. Apud quē nō est trāsmutatio: nec vicissitudi-
nis obūbratio. Puritas anime sine furfure peccati origina-
lis. Sapiētie. viij. cap. Sortitus sum animā bonā. Puritas
corporis sine furfure libidinis. Ibidē. Cū essem magis bo-
nus: veni ad corpus incoinquinatū. ¶ Nature aūt sancti-
tas per panes ꝓpositiōis significat̄: de quibꝰ dr̄. j. Regum
xxj. Nō habeo laicos panes ad manū: sʒ tm̄ panē sanctum.
Si mūdi sunt pueri maxime a mulieribꝰ: manducent: dixit
achimelech sacerdos in nobe ad dauid. Nō licebat em̄ illuʒ
panē mādùcare nisi a sanctis. ꝛ in loco sctō. Sic ꝓpter huiꝰ
panis christi sanctitatē: nō licet euʒ comedere nisi sanctos.
Alioꝗn si indigne sumit̄: nō ad vitā sed ad iudiciū sumitur
sempiternum. j. Cor. xj. ¶ Regalis aūt nobilitatis digni-
tas significat̄ ꝑ panes ꝑmitiarū. Primitie em̄ nobiliores
Prouerbior. iij. fuerūt in fructibꝰ. Hiere. ij. Sanctus israel dn̄o ꝑmitie fru-
gū eiꝰ. ꝛ iterū: Honora dn̄m de tua substātia: et de ꝑmitijs
oīm frugū tuaꝝ da pauperibꝰ. De optimis nostris dn̄m ho-
norare iubemur. ¶ Nutrimēti efficacia ꝛ viatici virtꝰ signi-
ficatur in pane helie: q̄ in panis sibi ab angelo ꝑsentati for-
titudine: ambulauit quadraginta diebꝰ ꝛ q̄draginta nocti-
bꝰ vsꝗ ad montē dei oreb. Et ideo viaticū appellat̄: q: ꝑ to-
tā viā ambulātes nos cōfortat. vn̄ Josue. v. Per totā viam
deserti nō defecit cibus māna filijs israel. ¶ Triūphās
christi humilitas cōtra oēs inimicos: ac patientis mortali-
tas figurat̄ ꝑ panē subcinericiū/ordaceū in somnis visum
volui ī castris madiā: ipsaꝗ subuertere/ꝛ terre fundituꝰ coe-
quare. Judi. vij. Humilis em̄ christi passio oia inimicorum
castra subuertit. Phil. ij. Exinaniuit semetipm formā serui
accipiēs in silitudinē hoim factꝰ ꝛ habitu inuētꝰ vt hō: hu-
miliauit semetipm factꝰ obediēs vsꝗ ad mortē: mortē autē
crucis: ꝓpter qd̄ et deꝰ exaltauit illū: ꝛ donauit illi nomen
qd̄ est sup oē nomen: vt in noie eius omne genu flectat̄/ce-
lestiū/terrestriū ꝛ infernorū: ꝛ ois lingua cōfiteat̄: q: dn̄s
iesus in gloria est dei patris. Quāuis em̄ humilitas durus
cortex esse videatur: ꝛ mortalitatis passio decoctio videat̄
sub cinere: tn̄ virtus cōfortatiua latet intus q̄ diabolū vin-
cit: ꝛ inimicoꝝ castra subuertit. ¶ G Cōtentū vero huiꝰ
sacramēti christus passus: q̄ res est ꝛ signū: figurat̄ ꝑ obla-
tionē aialiū terrestriū simul ꝛ volatiliū. In agro quē obtu-
lit abel. Gen̄. iiij. Vacca trienni quā obtulit abraam. Gen̄.
xv. Per vitulū tenerrimū quē idē obtulit in cibū angelis.
Gen̄. xviij. Per agnū paschalē ꝛ hedū. Exod. xij. Per arie-
tes vitulos ꝛ hircos q̄ in leuitico ꝛ locis diuersis ꝑcipiun-
tur offerri. Precipue ꝑ immolationē veruecis seu arietis:
quē abraā patriarcha ꝓ vnigenito obtulit. Gen̄. xxij. Per
holocaustum vitule ruffe: cuiꝰ cineribꝰ ꝛ sanguine oia expia-
bātur: et cuiꝰ sanguis per pontificē semel in anno in sancta Leuit.
sanctoꝝ inferebat̄. Etiā in auibꝰ turture/colūba et passere. xvj.
Leuitic. j. ꝛ xiiij. In agno quidē ꝓpter patientis mansuetu-
dinē. Et ego tanꝗ agnꝰ mansuetꝰ qui portabat̄ ad victimā.
Hiere. xj. ꝛ Esa. liij. Sicut ouis ad occisionē ducet̄: ꝛ quasi
agnꝰ corā tondēte se obmutescet: ꝛ non aperiet os suū. In
hedo aūt ꝓpter passionis causam: que est duplex peccatū. s.
originale ꝛ actuale. Pergens affer mihi duos hedos opti- Gen̄. xxvij
mos: quibꝰ libēter vescit̄ pater tuus: quos cū coctos intule-
ris/benedicat tibi pater tuus. Hircus et capra duas seque-
las signant peccatorū: quas etiā xp̄s abstulit sua passione.
Hircꝰ em̄ peccati fetorē in vilitate eiꝰ ꝓpter cōsuetudinē eiꝰ
significat. Capra aūt per libidinē/ꝓnitatē ad peccatū repre-
sentat: que purgauit dn̄s in sua passione. Leui. iiij. de prin-
cipe dicit̄: Offer ꝛ hostiā corā dn̄o hircū de capris immacu-
latū. Solꝰ aūt christꝰ similitudinē carnis peccati habens et Puerbio
nulliū peccatū: est hircꝰ immaculatꝰ de capris: hoc est pecca- rum. xx.
toris et peccatricis/a patribus descendēs. Veruex aūt siue
aries dux gregis principatū xp̄i in regno fideliuʒ designat.
Vnū de bene gradiētibꝰ est aries dux gregis: nec est qui re-
sistat ei. Hūc offert abraā: quo representat̄ qualiter immor-
talis manet deitas sicut isaac: ꝛ immolata humanitas ducis
nostri gregis: quod significat aries immolatꝰ. ¶ H Cō-
memoratio aūt passionis/que quotidie fit in oblatiōe huiꝰ
sacrificij in altari: per iuge sacrificiū quod mane fiebat ꝛ ve-
spere de agnis: vt dr̄ Numeri. xxviij. Agnos anniculos im-
maculatos duos quotidie in holocaustū sempiternū: vnuʒ
offeretis mane: alterū ad vesperū. Mane quidē ad gratiaʒ
virtutis: q̄ mane in vita ista egemꝰ ad meritū. Vespere autē
in ꝑiculosa infirmitate: q: tūc egemꝰ sacramēto ad viaticū:
de quibꝰ in Ps̄. dicit̄: Dirigatur oratio mea sicut incēsum
supple matutinū. in conspectu tuo/eleuatio manuū mearuʒ Eccle. xj.
sacrificiū vespertinū: scʒ in recōmēdatione anime. Mane
semina semē tuū: ꝛ vespere non cesset manus tua: q: nescis
quid magis oriat̄ hoc aut illud: ꝛ si vtrūꝗ simul: meliꝰ erit.
In vitulis aūt boū representabat̄ hoc sacrificiū ꝓpter sagi-
nam/maturitatē ꝛ vtilitatē. Saginatꝰ est em̄ vitulus omni
pinguedine deuotionis. Luc. xv. Occidit pater vitulū sagi-
natū: q: saluū illū recepit. Mature etiā icedit bos ꝛ caute:
ꝛ fortiter vngulā figit: ꝛ vtilis est ad arandū. Sic christꝰ cau-
te pedē posuit: nulli malū: omnibꝰ bonū exemplum dedit:
hominuʒ corda vomere ꝑdicationis arauit. Prouerb. xiiij.
Vbi apparent plurime segetes: ibi manifesta est fortitudo
bouis. In auibꝰ aūt per turturē designat̄ per gemitū: ꝛ hoc
in oratione. ꝑ columbā: q: ad patriā reuolare christꝰ docuit:
quod pre auibꝰ ceteris columba nouit. Qui sunt hi qui vt Esa. lx.
nubes volant: ꝛ quasi colūbe ad fenestras suas. In passere
aūt: q: fugere ꝑsentiū insidias docuit. Passer em̄ aliud pre-
sidiū nō habet nisi fugā. Vn̄ i Ps̄: passeri se cōparat: Factꝰ
sum sicut passer solitariꝰ in tecto. In singulari tn̄ sacrificio
vitule rufe/Numeri. xix. signatur: ideo q: sicut in sanguine
vitule rufe vniuersa expiabant̄: ꝛ cuʒ sanguine eius erat in-
troitus in sancta sanctoꝝ: Ita ꝛ in sanguine christi vniuersa-
lis fit expiatio pctōꝝ: Et per sanguinē eiꝰ apertus est introi-
tus in regnū celoꝝ. Vn̄ ad Heb. xiij. Quoꝝ animaliū infert̄
sanguis ꝓ peccato in sancta per pontificē: hoꝝ corpora cre-
mant̄ extra castra: ꝓpter qd̄ ꝛ iesus: vt sanctificaret ꝑ suum
sanguinē populū: extra portā passus est. Et ibidē. ix. Nō em̄
in manufacta sancta introiuit iesus exēplaria veroꝝ: sed in
ipsum celū: vt appareat nūc vultui dei pro nobis. Sic igit̄
signat̄ in animalibꝰ cōtentū in hoc sacramēto christꝰ passus
res simul et signū. ¶ J Signat̄ tertio ꝓpter diuersitateʒ
gratiarū: quas cōtinet hoc sacramentū virtualiter ꝛ effecti-
ue: que sunt res huiꝰ sacramēti: ꝛ nō signū per oblationē et
sacrificia rerū inanimatarum: vt salis/similaginis/mellis/
olei/thuris/et adipis. Mel enim licet nō sit oblatio legis
Leui. ij. est tn̄ in verbis sapiētie: ꝛ ostendit dulcedinē sacri-
ficij: que in sacrificijs holocaustis ꝛ pacificis offerebant̄: si-
cut tāgit̄ Leui. j. ꝛ ij. et deinceps. ¶ In his igit̄ sacrificijs
ꝑfigmatū est sacrm̄ sex modis. In sale discretio rōnabilitas

Leuit. ij. tis: q: nihil fecit christus nisi cōgrua ratiōe. In oi sacrificio
offerēs sal. Ad cuius imitationē etiā apl's nos hortat rationa
bile obsequiū vestrū. Rom. xij. ¶ In similagine huius sacri
ficij mundissima puritas. Leuitici. ij. De simila purissima
Ecci. erit sacrificiū. ¶ In melle sancti spūs dulcedo. Spūs meus
xxiiij. sup mel dulcis: et hereditas mea sup mel et fauū. ¶ In oleo
Cant. j. aūt pinguedo figurat deuotionis. Oleū effusum nomen
Cant. iij. eius. ¶ In thure notatur odor orationis et virtutis. Que
est ista que ascendit de deserto sicut virgula fumi: ex aroma
tibus myrrhe et thuris. ¶ In adipe et pinguedine significat
hoc sacrificiū: quoad crassitudinis dulcedinē in spūssancti
Leui. iij. intima cōsolatione. Omnis adeps dñi erit iure ꝑpetuo. Et
in ps. Sicut adipe et pinguedine re. ani. me. et labijs exul.
lau. os meū. Hinc ecclesia canit. Pinguis est panis christi:
et ꝓbebit delitias regibus. Et ita sacramentū hoc quātū ad
multitudinē gratiarū suarū: ac pinguedinē et cōsolationem
spūs in his sacrificijs est signatū. ¶ L Figuratur quar
to quātū ad effectū suorū et opationū multitudinem in mo
dis oblationū. Sunt autē modi illi vniuersi numero quin
q: et sextus modus saluat in omnibus illis. Et sunt holocau
stū/pacifica/victima/hostia/immolatio. In omnibus istis
saluatur oblatio: quia quodlibet istorum deo offerebatur.
¶ Holocaustū em dr qd totū incendebat igne: sicut agni
iuge sacrificiū: et sacrificiū vitule rufe. ¶ Pacifica vero que
pro pacis ꝓpitiatione (vel iam facte vel in christo faciende:
tū p peccatorū recōciliatione) offerebantur. Et hec non to
ta incendebatur: sed pars cremebatur domino: pars cessit
sacerdoti offerenti: et pars in vsus eius qui obtulit pacifi
cam: et pro quo offerebatur. ¶ Hostia autem vt dicit Esi
dius vel ideo dicebatur q ad ostiū tabernaculi ducebatur/
manibus offerētium impositis capiti eius: vt sic significa
ret q per ipa ad sancta pateret accessus. Vel ideo: q: p vin
cendis/vel iā victis hostibus offerebat. ¶ Victima autē vt
idē Esidius dicit/dicebat: vel quia victa offerebat: vel quia
offerebat in victoria qua homo vicisse gaudebat. ¶ Im
molatio dicebat: q cum offerebatur molā quandam habe
bat in capite in signū q hoc animal ad dei sacrificia ptine
bat. Mola dr puls ex farina aqua et sale: qua olim victime
inter cornua pfundebant. hinc dr verbū immolare. i. victi
mā mola perfundere: vt dicit Januens. ¶ In omnibus au
tē his saluat oblatio: q: qdlibet illorū corā deo offerebat:
anteq in toto vel in parte incenderet. ¶ Hec oia in nostro
implent sacrificio spiritualiter. Nostrum quippe sacrificiū
totū in igne charitatis et spūssancti oblatū est: et offert qti
die. qd signatum est Gen. viij. vbi postq noe de arca egres
sus est saluatus ex aqua: qd salutē p baptisma cōsecutam si
gnificauit. fm illud. j. Petri. iij. In diebus noe cū fabricaret
arca: pauci id est octo aie salue facte sunt p aquā. Qd et vos
similis forme saluos facit baptisma. Postq igitur sic noe
egressus arcā saluatus edificauit altare: et tollens de cūctis
aialibus et volucribus mundis: obtulit holocaustū sup altare:
et odoratus est dñs odorē suauitatis: q: siue sint aialia dei q
laborāt in necessitatibus huius vite: siue sint volucres celi/co
tēplatione celestia petētes in holocaustū p ignē charitatis
et spūsscti incēsi in altari/hoc est in sacrificio altaris deo ob
lati: in odorē suauitatis acceptātur. Immūdi vero nihil cū
altari nostro habēt cōmune: q: sacrificio nro nō sunt vniti.
gen. xxij. Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis isaac: et vade in terrā
visionis: atq ibi offeres eū in holocaustū sup vnū montiū
quē mōstrauero tibi. Mons aūt ille eleuationem spūs re
presentat: quā in nobis operat virtus sacramēti. ¶ L Hec
Ad eph. hostia etiā inter oēs est singulariter pacifica: q pacē fecit in
ij. ter nos et deū. Ipse est pax nostra: q fecit vtraq vnū et me
diū parietē soluēs inimicitias in carne sua. et Joh. xvj. ait.
In mūdo pressurā habebitis: in me aūt pacē. ¶ Hec hostia
pacifica diuidit: q: pars deo ad laudē offert: pars aūt p ec
clesia laborāte: pars p purgādis in purgatorio participa
tur: de quo infra dicet. ¶ Hec etiā oblatio verissime hostia
est: q: et hostes potēter deuicit: et p seipm q ostiū est/in celū
introduxit. Hinc Esa. lxiij. Propugnator sum ad saluādū.

Et Joh. xvj. Ego vici mundū. Christus em exiuit vincēs vt
vinceret. Apoc. vj. De hōc dr Rom. v. Per ipm accessum
habemus ad deū et gloriamur in spe filiorum dei. ¶ Hec etiam
oblatio specialiter dr victima: q: christus victus obediētia
patris voluntarie se obtulit. Factus est obediēs vsq ad mor Ad phil.
tē: mortē autem crucis. His vinculis ligatus fuit quādo ait. ij.
Nō sicut ego volo: sed sicut tu vis fiat. His quoq paulus Math.
ligatus fuerat qn dixerat: Alligatus spū vado in hierlm que in xxvj.
ea ventura sunt mihi/ignorās. His vinculis vinciunt oēs q Actuum
seipsos victimāt p christo. Vincti manicis pergēt: et te ado xx.
rabūt: teq deprecabunt. Ideo etiā victima dicebat: q: in vi Esa. xlv.
ctoria offerebat. Per hāc em in christo oēs vincimus et mor
tē: et eū q habet mortis imperiū. Heb. ij. Vt p mortē destrue
ret eū q habebat mortis imperiū: et liberaret eos q timore
mortis p totā vitā obnoxij erāt seruituti. Vbi ē mors victo j. cor. xv
ria tua: vbi est mors stimulus tuus. Sequit. Deo aūt gratias q
dedit nobis victoriā p dñm nostrū iesum christū. Hec deni
q hostia singulariter immolatio vocabat: q: olim offerent
do mola imponebat: vt deo sciret esse oblata. Ita christus
in oblatione sanctā signatus est a deo patre et manibus offe
rentiū. A deo quidē sicut dr Joh. vj. Hūc em pater signauit
deus. A manibus offerētiū purpura/veste alba/arundine pro
sceptro/et corona spinea signatus est. Egredimini filie hieru Cant. iij.
sale: et videte regē salomonē in diademate quo coronauit il
lū mater sua. Ab hac mola/immolationis nomē cōgrue ac
cepit nra oblatio. ps. Immola deo sacrificiū laudis: et red.
de altissimo vota tua. Circū. et immola. in tabernaculo eius
hostiā vociferationis. Itē. Tibi sacrificabo hostiā laudis.
In oibus his saluat salutaris oblatio: qua ipe summus ponti
fex obtulit se in oibus his. Et ad oia hec q dicta sunt: Esa. liij.
Oblatus est q: voluit: cuius oblatio nostra scificatio fuit.
vn Joh. xvij. Ego p eis scifico meipm. hoc est: Ego p eis
sanctifico meipm: vt ipi in me sint scti et oblati. Oblati em
sumus semel in christo moriente in cruce: offerimur in eo qti
die in hac altaris hostia/ad celi ostiū nobis p hostiā hanc
apertū. Hec oia Alber. li. ij. de mis. officio. ¶ M Docto
r irrefragabilis Alexā. de ales. q. xxix. parte. iiij. mēbro. ij.
octo ponit ꝓfigurationes huius sacrificij. Prima fuit in ob
latione panis et vini melchisedech. Gen. xiiij. Scda i agno
paschali. Exo. xij. Tertia i māna. Exo. xvj. Quarta in aqua
que fluxit de petra. Nume. xx. et j. ad Cor. x. Quinta in di
uersis legis sacrificijs. Leui. ij. et sequētibus. Sexta in hedo
quē coctū obtulit manue. Judic. xiij. Tulit hedū de capris
et libamēta/et posuit sup petrā etc. Septima in fauo mellis
quē ionathas summitate virge cōuertit ad os. j. Reg. xiiij.
Octaua in fluxu aque et sanguinis de latere christi. Johā
nis. xix. Dicit em Aug. q fluxus ille figura fuit baptismi et
eucharistie. Prima figura fuit figura huius sacramēti quātū
ad exteriorē formā et effectū primū/scz refectionē spūalem.
In illa oblatione panis et vini repsentata fuit forma exteri
or sacri/et refectio spūalis. Vn sicut hic est in re: ita ibi fuit
in figura. ¶ In scda scz agno paschali fuit figura sacramē
ti et rei/hoc est christi: Nā sicut agnus paschalis datus fuit
in signū liberationis a seruitute egypti: ita agnus est in li
beratione a seruitute diaboli. Nō em dari debet hoc sacra
mētū nisi existētibus in gratia. Fuit etiā innocētia christi si
gnata p agnū cuius māducatio a calceatis ad iter ꝓcinctis ba
culos in manibus habētibus: cū lactucis agrestibus et azymis
panibus: dispositione eorū q māducant quatenus ad salutem
sumant significat: vt scz sumētes sint sine pcti fermēto. Pe
nitētia p peractis amaricati pctis: fide diuinitatis et huma
nitatis imbuti in inquirēdis mysterijs simplices nō curio
si: mēte et corpore casti: ꝓcedentiū patrū imitatores: aiarū
suarū custodes: ad patriā cū desiderio festinātes: q oia la
te ꝓsequitur btūs Grego. in homel. paschali. ¶ In tertia
scz māna signat effectus suauitatis. Sap. xvj. Panē de celo
prestitisti eis/oē delectamentū in se habentē: et ois saporis
suauitatē. Suauitas nāq in māna significat plenitudinē
grē in christo: de cuius plenitudine accipiens aia delectat.
¶ In quarta scz aqua que fluxit de petra significatur effe

tus huiꝰ sacramēti/q̄ est extinctio estus peccati: eiusq̄ ab-
lutio facta ꝑ sanguinē christi: vnde Amb. li. de sacra. Illis
aqua de petra fluxit: tibi sanguis fluxit de christo. ¶ In q̄n
ta .s. sacrificijs significaꝝ oblatio christi in hoc sacro repsen
tata. Oblatus em̄ fuit in passione tanq̄ holocaustū: tanq̄
hostia pacifica: ⁊ quasi victima ꝓ pctō. Inquātum em̄ in-
nocens fuit et nullius debitor: immolatio illius holocau-
stum fuit: quod non obtento aliquo: sed totū in obsequiuꝫ
dei offerebaꝝ. Totus inquā ꝓ nobis nihil ꝓ se. Inquātum
aūt fiebat in recōciliationē cū deo et angelis/fuit hostia pa
cificoꝝ. pacificans oīa/⁊ que in celis ⁊ q̄ in terris. ad Col. j.
Inquantū fuit redēptio nostra fuit victima ꝓ peccato. In
oblatione manus supra petra signaꝝ/ꝙ oblatio nostra fieri
debet in fide christi qui est petra. de qua aplus. j. Corinth. x.
Petra autē erat xp̄s. ¶ In septima scꝫ fauo mellis/qđ ad
os suū virga intincta ionathas applicuit: qualitas signifi-
caꝝ offerētis sacerdotis qui debet habere vite sanctitatem:
quod ꝑ ionathā significaꝝ/q̄ gratia interpretaꝝ: et ordinis
dignitatē quod per virgā importaꝝ: ⁊ xp̄i cuiꝰ ꝑsonā gerit:
fidei ⁊ vite imitationē: quod per intinctionē virge in fauū
mellis ⁊ applicationē ad os importaꝝ. Christꝰ em̄ fauū mel-
lis est ꝓpter duplicē naturā: diuinā in humana/qđ est mel
in cera. ¶ In octaua scꝫ effluxu sanguinis de christi latere
ostendiꝝ/vn̄ hoc sacr̄m habet efficacie sue ortū: scꝫ ex passio
ne christi q̄ in lateris apertione est cōsummata. Hec alexā. in
sentētia. ¶ N Qđ vero magister sniaꝝ dis. viij. quarti li-
bri ponit tm̄ quattuor figuras. s. māna: effluxū sanguinis
de latere christi: oblationē melchisedech: ⁊ agnū paschalē:
pōt breuiter dici ꝙ magr̄ nō voluit ponere oēs figuras: sed
magis expssas. Po sunt em̄ he quattuor figure distingui-
pentes quattuor ꝑncipales effectus huiꝰ sacri: scꝫ Uiuifica-
re: ⁊ quātū ad istū figuraꝝ ꝑ sanguinē q̄ est vita hois causa-
liter: quia aīa oīs carnis in sanguine est. Leuit. xvij. Et san
guis christi emūdauit cōsciētias nostras ab opibꝰ mortis.
ad Heb. ix. Aliꝰ est viuificata nutrire: ⁊ quātū ad hoc signifi
catur ꝑ māna. Sap. xvj. Angeloꝝ esca nutriuisti ppl̄m tuū.
Tertius effectus est vires restaurare: ⁊ quātū ad hoc signi
ficaꝝ ꝑ panē ⁊ vinū oblatū a melchisedech abrae reuertēti
de ꝓlio/in quo ꝑdita restaurauit. Quartus effectꝰ est ꝓtege
re a ꝑtāte aduersarioꝝ: ⁊ quātū ad hoc significaꝝ ꝑ agnuꝫ
paschalē: cuiꝰ sanguine custoditi sunt filij isrl̄ ab angelo ex
terminatore. ¶ Uel pōt dici ꝙ ille quattuor figure posite
sunt ꝯm quattuor q̄ in hoc sacro cōcurrūt: scꝫ signū tm̄: res
et signū: res tm̄: ⁊ causa: q̄ sunt spēs panis et vini/christus/
grā/sanguinis effusio. Primū ꝑ oblationē melchisedech. se
cūdū ꝑ agnū paschalē. tertiū ꝑ māna. quartū ꝑ effluxuꝫ san
guinis de latere repsentaꝝ. Alie ab alijs assignanꝝ cause: ꝫ
ille sufficiūt: ⁊ tm̄ de numero ⁊ sufficiētia figurarum. ¶ De
tertio scꝫ figuraꝝ ordine ⁊ excellētia: Diciꝝ aūt figura excel
lētior q̄ expssius significat: ⁊ quātū ad hoc dī ꝙ figure se ha
bēt sicut excedētia ⁊ excessa. Nā ꝯm diuersa in hoc sacramē-
to cōsiderata/nec hec figura excellit: nec illa. Nā quantū ad
sacr̄m tantū repsentandū/excellit figura melchisedech: quā
tū ad sacr̄m ⁊ rē/agnus paschalis: quātū ad rē tm̄/māna de
serti: quātū ad causam/effluxus sanguinis christi. Et hec sa
tis patēt ex ꝓmissis. ¶ O Sed sunt duo dubia. Primuꝫ/
cur plus sacrificia horum trium patrū abel/melchisedech/
abrae: q̄ ceteroꝝ cōmemoranꝝ. Scđm/cur potiꝰ hec sacrifi
cia de lege nature/q̄ de lege moysaica i canone assumunꝝ.
¶ Ad primū diciꝝ/ꝙ ideo horū patrū sacrificia cōmemorā
tur: q: sicut illoꝝ sacrificia typi fuere ⁊ figure sacrificij no-
stri: ita ⁊ patres ipsi fuere figura christi. Abel em̄ innocēs ⁊
iustus a fratre suo inuidiose interfectus est: ꝑ qđ significaꝝ
christus: q̄ a fratribꝰ suis iudeis inuidia obcecatis/malicio
se in mortē traditus: ꝓpter qđ dicit Ioh. apoc. xiij. ꝙ agnꝰ
christꝰ ab origine mūdi occisus est: in suis scꝫ i abel: in cuiꝰ
occisione prefiguratus est: vt dicit glo. Abraam quoq̄ fi-
gura fuit christi in magna sua obedientia/qua paratus fuit
offerre ꝓpriā suā substantiā in filio suo vnigenito. Et chri-
stus obediens fuit patri offerendo seipsum in mortem/ad

voluntatem et beneplacitū patris. Fuit etiā in hoc abraam
figura christi/ꝙ patriarcha fuit ⁊ ꝑnceps patrū/nō tantuꝫ
israelitice plebis: sed ⁊ ppl̄i christiani: illius ꝑ carnē: istiꝰ ꝑ
fidē: ꝯm illđ Geñ. xvij. Nō vltra vocabiꝝ nomē tuū abram:
sed appellaberis abraā: q: patrē multaꝝ gentiū te cōstitui.
Sic christus pater est omniū q̄ fecit vtraq̄ vnuꝫ: qui lapis
est angularis: duos in se parietes/iudeos et gentiles cōiun
gens in fidei vnitatē. In quo ⁊ oēs modo spūaliter renasci
mur: et filij dei efficimur per gratiā adoptionis: qui ⁊ iuxta
ꝓmissionem abrae factā de suo fuit semine ortus. Melchi
sedech quoq̄ figura christi fuit: q: fuit rex salem. i. rex iusti
cie ⁊ pacis. Fuit sine patre ⁊ sine matre/⁊ sine genealogia:
Sacerdos dei altissimi: bn̄dixit abrae: ⁊ obtulit decimas: ꝑ
que christū apte figurabat: de quo ꝓpheta: Orietur in die- Ps. lxxj.
bus eius iusticia ⁊ abūdantia pacis donec auferaꝝ luna. i.
ecclesie mortalitas. ⁊ Esa. ix. Ipse ꝑnceps pacis: pater futu
ri seculi. Hic princeps pacis fuit sine patre ex tempore: sine
matre in eternitate: sine genealogia in diuinitate. Benedi-
xit oībus fidelibꝰ: ⁊ occurrit pulsans ad ostium: ꝑueniens
singulos in benedictionibꝰ dulcedinis. Occurrit q̄dē pec-
catoribꝰ in multa miseratione ꝑ immissionē sanctaꝝ cogita
tionū: vt a peccatis se cōuertāt. Occurrit ⁊ iā conuersis in
multa dulcedine/ꝑ multiplicationē gratiarū donoꝝ ⁊ vir
tutū. Obtulit ⁊ decimas ꝑ restaurationē ruine angelice. Ce
cidit q̄dē draco magnus lucifer: ⁊ traxit secū tertiā partem
stellarū. iuxta visionē beati Iohānis in apoc. cap. xij. Chri-
stus autē ꝑ nature humane assumptionē/obtulit se deo pa
tri/q̄ illa pars angeloꝝ q̄ cecidit est integrata: ne vacuitas
esset in illa hierl̄m supna. Et sicut patres christi: ita eoꝝ ob
lationes figure fuerūt nostri sacrificij: vt patet ex supradi-
ctis. ¶ P Ad secūduꝫ dubiū respōdeꝝ ꝯm Alber. ꝙ ideo
sacrificia legis nature sunt adducta: q: illa in fide semꝑ fue
rūt accepta: Hostie aūt legis ve. minus accepte fuerūt: ⁊ ad
tempus tolerabanꝝ: vt eas carnalis ppl̄s magis deo offer
ret: q̄ idolis immolaret: eo ꝙ ppl̄s ille ꝓnus fuit ad idola
triā. Un̄ Leuit. xvij. postq̄ mādauit de bobus ⁊ eoꝝ adi-
pibꝰ immolari dn̄o: quasi causam assignās addidit: Et ne-
quaq̄ immolabūt vltra hostias suas demonibꝰ cū q̄bꝰ for
nicati sunt. Unde de sacrificijs ⁊ hostijs illius legis scribiꝝ
per Hiere. vj. ca. Holocaustomata vestra nō sunt accepta:
victime vestre nō placuerūt mihi. Et ꝑ Osee. c. vj. Miseri
cordiā volo ⁊ nō sacrificium. Et iterū in ps̄. Non accipiam
de domo tua vitulos: neq̄ de gregibꝰ tuis hircos. Nūquid
manducabo carnes tauroꝝ: aut sanguinē hircoꝝ potabo.
Et similia multa q̄ ostendūt sacrificioꝝ illoꝝ inacceptabi
litatē/quantū ad pctōꝝ remissionē ⁊ gratie collationē. Nā
quoad primū dicit apl̄s: Impossibile est sanguine tauro-
rū et hircoꝝ auferri peccata. ad Heb. x. Quoad scđm ait
Rom. iij. Ex opibus legis non iustificabiꝝ oīs caro. Et ad
Gal. ij. Si ꝑ legē iusticia: ergo christus gratis mortuus est.
Sed de hoc latius. s. lec. xxj. ¶ Potest etiā dici ꝙ nō tm̄ cō
memoranꝝ sacrificia horū patrū tanq̄ figure nostri sacrifi-
cij: quantū cōmemoranꝝ ꝓpter patrū illoꝝ acceptabilita-
tē. In quoꝝ primo cōmēdaꝝ ꝯstans iusticia: in scđo fides:
in tertio obediētia. Un̄ orat sacerdos vt accepta sint sacri-
ficia/sicut patrum illorum fuere. Sequitur. Q



Upplices te roga-

mus oīpotens deꝰ: Iube hec perferri ꝑ ma-
nus sancti angeli tui/in sublime altare tuū/
in conspectu diuine maiestatis tue: vt quot-
quot ex hac altaris participatione sacrosanctū filij tui cor-
pus et sanguinē sumpserimus: omni benedictione celesti ⁊
gratia repleamur. Per eundē dn̄m nostrū Amen. ¶ Hec
est tertia pars partis q̄rte ꝑncipalis canonis: in qua post
petitā oblatoꝝ acceptationē/petit sacerdos diuine gratie
⁊ bn̄dictionis participationē. Et habet tres particulas. In
ꝑma poniꝝ petitionis instantia. In scđa petitionis forma/
ibi: Iube hec. In tertia iungitur petitionis finis et substā
tia/ibi: Ut quotq̄. ¶ Quoad primū diciꝝ: Supplices. i.

humiles te rogamus. Allegamus aūt humilitatē nostrā
in petendo benedictionis grām: instructi doctrina iacobi
apłi dicētis: Deus sugbis resistit: humilib⁹ dat grām. Eius
dē. iiij. Hinc rogam⁹ nō ex nostra iusticia: qm̄ illa ante faciē
tuā est tanq̄ pānus mēstruate. Esa. lxiiij. sed innitētes hu-
militati/ ꝑ quā nihil de nobis p̄sumimus: sed solum de tua
misericordia rogam⁹ ⁊ petim⁹/ sciētes ꝙ oratio humiliū ce-
los penetrat: ⁊ non discedit donec altissimus eā inspiciat.
Eccl. xxxv. Rogamus igit̄ te omnipotens deus: qȝ nemo
potēs est p̄stare q̄ petim⁹. Quis em̄ impabit angelis vt vo-
ta nostra ꝑferāt ante cōspectū tue celsitudinis: nisi tu deus
oipotens: q̄ rex es ⁊ dñs angeloꝝ. Quis ꝑfundere pōt ce-
lesti bñdictione/ ⁊ imbre supne gratie corpus ⁊ sanguinem
christi filij tui participātes: nisi tu deus oipotēs q̄ pater es
misericordiaꝝ ⁊ totius cōsolatiōis: q̄ preuenis in bñdictio-
nib⁹ de mensa quā parasti māducātes. Jube hec perferri.
Tante sunt ꝓfunditatis hec verba/ dicit Inno. vt intelle-
ctus humanus vix ea sufficiat penetrare. Nā ⁊ btūs Greg.
tanti sacramenti dignus interpres in. iiij. libro dialo. cap. l.
tanq̄ de re ineffabili ineffabiliter loquēs: Quis inq̄t/ fide-
lium dubiū habere possit: in ip̄a immolationis hora/ ad sa-
cerdotis vocē celos aperiri: in illo iesu christi mysterio an-
geloꝝ choros adesse: summis ima sociari: terrena celestib⁹
cōiungi. Vnū quoq; ex visibilib⁹ ⁊ inuisibilib⁹ fieri. Idē:
Vno eodēq; tpe ⁊ momento ⁊ in celū rapit̄ ministerio an-
geloꝝ sociādus corpori christi: ⁊ ante oculos sacerdotis in
altari videt̄. ⁊ ponunt̄ hec verba de cōse. dis. ij. Quid sit san-
guis. Quoꝝ expositionē require. s. lec. xlvij. ¶ R Sub-
dit Inno. Saluo tn̄ occulto celestis oraculi sacro/ p̄nt hec
verba: licet simplicius/ tn̄ securius intelligi sic/ tripliciter
quidē: s̄m ꝙ ꝓnomē hec/ pōt demonstrare: vel fideliū vo-
ta: vel corporis ⁊ sanguinis sacra: vel per ea mystice signifi-
cata. Primo modo sic: Jube hec scȝ vota fideliū: supplica-
tiones ⁊ p̄ces Perferri. i. representari Per man⁹ sancti an-
geli tui. i. ꝑ ministeriū angeloꝝ: q̄ (vt apłs ait ad Heb. j.)
sunt oēs administratorij spūs. Hi quidē nunciant deo no-
stras orationes quas fundim⁹: iuxta illud qđ ait angel⁹ ad
tobiā eiusdē cap. xij. Qn̄ orabas cū lachrymis ⁊c. ego obtu-
li orationē tuā dño. Et s̄m Alber. Non di hic/ ꝑ scti angeli
tui ꝓ vno angelo tm̄: vel ꝓ vno angeloꝝ choro: sed pro oi-
bus. Oēs em̄ celestes essentie (vt dicit beatus Diony.) an-
geli vocant̄: quoꝝ innumera est multitudo: s̄m illud Dan.
vij. Milia miliū ministrabāt ei: ⁊ decies centena milia assi-
stebāt ei. Hoc aūt maxime intelligēdū est fieri/ dicit in sacra-
mēto altaris: allegās illud Grego. statim supra positū. As-
sistūt aūt angeli non ad hoc sacrm̄ cōsecrādū: qȝ ad hoc nō
acceperūt ptātem: sed in hac ab hoībus excedunt̄: vt. s. ha-
bitū est lec. iiij. Assunt aūt vt honorē ⁊ reuerentiā exhibeāt
j. Pet. j. regi suo christo: in cui⁹ vultū respicere (vt Pe. ait) semper
delectant̄: Vt quoq; vota ⁊ p̄ces et desideria sacerdotis/ et
totius ppł'i deo rep̄sentēt: s̄m illud Apocal. viij. Ascēdit fu-
mus aromatū in cōspectu dñi de manu angeli. Nō aūt hoc
perit̄ s̄m btūm Aug. vt deus ꝑ angelos noscat p̄mo q̄d peti-
mus aut desideramus: q̄ oia nouit anteq̄ fiāt. Dan. xiij. vn̄
et christus ait: Scit pater vester q̄d opus sit vobis anteq̄
petatis. Math. vj. Sed qȝ necesse habet rationalis creatu-
ra tpales causas in deū ⁊ ad eternitatē referre: siue petēdo
quid erga se fiat: siue cōsulendo q̄d faciat: aut q̄d deo iubē-
te implēdū esse cognoscat: hoc nobis euidēter vel latenter
angel⁹ reportet. Sic em̄ de⁹ iuxta ordinem sue sapiētie sta-
tuit/ vt infima ꝑ media reducant̄ ad suprema: vt vult Dio-
ny. in li. de ange. hierar. Sic docet hoīes ꝑ angelos: inferio-
res ꝑ superiores: vt ois illuminatio a p̄re luminū ordinate ꝓ-
cedat. ¶ Vel aliter exponit̄ hec particula: Jube hec perfer-
ri. Hec. i. corpus ⁊ sanguinē filij tui: In sublime altare. i. in
celū: nō s̄m realē loci translationem: qȝ iā ibi residet in forma
gloriosa: sed s̄m acceptationē gratā inquātū tibi hec corp⁹
et sanguinē offerim⁹: petētes vt ex eoꝝ participatione cele-
sti gratia repleamur. ¶ S Vel tertio/ Jube hec perferri.
Hec. i. signatā per sacramēta corporis et sanguinis: qđ est
ecclesia militans: Ecclesiam militantē eiusq; mēbra: Jube
tu pater celestis ꝑferri in sublime altare tuū. i. ecclesiam tri-
umphantē q̄ altare dicit̄: iuxta hoc Leui. vj. Ignis in alta-
ri meo semꝑ ardebit. i. feruor charitatis in eccl'ia triūphan-
te: ⁊ dicitur altare: qȝ ibi sacrificat̄ sacrificium laudis. Ps.
Beati qui habitāt in domo tua dñe: in secula seculoꝝ lau-
dabūt te. In cōspectu diuine maiestatis tue. i. supreme ⁊ al-
tissime diuinitatis tue: que in celo et ecclesia triumphante
singulari fulgore rutilat. Per man⁹ sancti angeli tui. i. ꝑ mi-
nisteriū ⁊ seruitiū angeloꝝ: vt. s. Vel ꝑ manus sancti an-
geli tui. i. christi filij tui qui est angelus magni cōsilij: s̄m il-
lud Esa. ix. Vocabit̄ nomen eius magni cōsilij angel⁹. Vt
quotquot/ de seruitute cleri vel voto ppłi: Ex hac altaris
participatione. hoc est ex sacrificij altaris cōione: Sumpse-
rimus: ⁊ hoc sacramētaliter vt celebrans: vel sp̄ualiter tm̄
vt ppłs circūstans: Sacrosanctū filij tui corpus: qđ opatio-
ne spūssancti de purissimis sanguinib⁹ virginis formatū/ in-
separabiliter mō ineffabili excellētissime diuinitati vnitū
est: propter qđ rectissime sacrosanctū dicit̄: quasi bis sctm̄/
ex plenissime gratie et verbi ꝑsonali vnione. Et sanguinē/
naturalē ꝓ nobis fusum/ eiusdem filij tui/ Omni celesti be-
nedictione. oim spiritualiū charismatū/ gratiarū/ donoꝝ ⁊
virtutū: Repleamur: qȝ sine horū largitione oē opus no-
strum est inualidū. Repleamur s̄m mentē a te patre lumi-
nū: a quo est oē datū optimū/ ⁊ oē donū ꝑfectū. Cōcludit̄:
Per eundē christū dñm nostrū. quē constituisti mediatorē
inter te ⁊ nos pctōres miseros: atq; aduocatū: vt causam
nostrā corā te pijssimo iudice et iustissimo ageret: ⁊ pro no-
bis efficaciter interpellaret: quasi diceremus: Nō ꝑ merita
nostra placere tibi poterit nostra oratio: Placeat igit̄ tibi
saltē per dñm nostrū iesuȝ christū filiū tuū in quo tibi bene
cōplacuisse testatus es. Per hūc ad te accedim⁹ quatenus
ad te ipse ꝑ semetip̄m accedat: cui ⁊ p̄us cōcessisti vt intro-
ret ꝑ sanguinē propriū in sancta tua eterna nostra redēptio-
ne inuenta. ad Hebre. ix. ¶ T Sacerdos aūt hāc dicens
orationē humiliter se inclinat: osculat̄ altare: man⁹ cōpli-
cat: et tres cruces format. Inclinatio illa s̄m Inno. ⁊ alex.
significat christi humiliationē ⁊ inclinationē: qua imminen-
te passione positis genib⁹ ꝓcidit in faciē orās: Pater mi si
possibile est transeat a me calix iste. Vel s̄m alios significat
illā in cruce inclinationē qua christus inclinato in cruce ca-
pite tradidit spiritū. Vel tertio sacerdos humiliter se incli-
nat: vt per signa sensibilia significet internā humilitatem/
qua debet supplicās vestiri: vt eius oratio sit acceptior ex-
audiri: vt q; humilitatē corpore demōstret quā sermone ex-
plicat se tenere/ dicēs: Supplices te rogam⁹. ¶ Cancellat
etiā sub hac oratione man⁹ suas ante pectus: s̄m quarundā
consuetudinē eccl'iarū. s̄m magistrum in rationali/ ad desi-
gnandū ꝙ humilitas orationis ꝑ inclinationeȝ designata/
tunc p̄mū digna est exaudiri: dum ex fide ꝓcedit pectoris
atq; mētis. Ex fide dico ꝑ dilectionē operāte: q̄ operatio ꝑ
manus intelligit̄. ¶ Vel s̄m aliarū cōsuetudinē eccl'iarū/
orat cancellatis manib⁹ ad altare: quasi facto ⁊ opere ipso
dicat: Obsecro te per passionē ⁊ crucē filij tui: iube hec ⁊c.
Cācellatio em̄ manuū ⁊ suppositio ad altare crucifixionē
christi significat: in quo se obtulit sacrificium ꝓ expiatione
peccatoꝝ. Rursus dum dicit: Vt quotquot ex hac altaris
participatione/ altare osculat̄: et rep̄sentās ꝑ hoc osculū
iude/ vt dicit Innocen. et vt sicut ad proditoris osculum se
christus inclinauit: ita inclinet se sacerdos ad osculū reue-
rentie et honoris. Secūdum Alber. vo vt se fieri participē
altaris sacrificio cū alijs omnib⁹ ostēdat. sicut olim dauid
se participē omniū bonoꝝ fieri petijt cum ait: Participeȝ
me fac de⁹ omniū timētium te: ⁊ custodientiū mādata tua.
¶ Secūdum alios/ osculū altaris significat reconciliatio-
nē nostrā cum deo/ factam in morte christi per hoc sacrifi-
cium cōmemoratā: nā osculū/ pacis est signū. Osculantur
aūt q̄dā ter altare: s̄m magistrū in rationali: agentes ꝑ hoc
gratias trinitati: cui per passionem christi humanum gen⁹
est reconciliatū. Alij autem bis/ ad rep̄sentandum gemi-

nam in christo naturam:seu ad significanduz ipsum in cor pore ⁊ aia passum. Alij semel/ad significandū illud vnicum osculū proditoris:vel vnicā christi morte et nostri reconciliatione. ¶ V Deinde facit sacerdos quartā crucis signationem:que licet multipliciter a diuersis exponat in ordine ad diuersa in corpore christi vero vel mystico significata:tñ sequens ordinez supra lec.xxj.in his signis expositū/dico post scm̄ thomā parte.iij.q.lxxxiij.ar.v.ꝙ in hac quarta signatione fit trina crucis signatio. Prima in verbo corpus:scda in verbo sanguine:tertia in verbo oī bñdictione. Prima fit sup oblatā quo corp⁹ christi:scda sup calicē/quo sanguis christi vi cōsecrationis pmo cōtinetur:tertia ante faciē sacerdotis. Per primā igit cōmemorat corporis christi rigidissima extensio:qua iuxta pphete vocē/oia eius ossa dinumerari poterāt. Foderūt inquit manus meas ⁊ pedes meos:dinumerauerūt oia ossa mea. Ps̄.xxj. Cui q̄si cōpatiētis affectu ecclesia canit: Flecte ramos arbor alta:tensa laxa viscera:⁊ rigor lentescat ille/quē dedit natiuitas:vt supni mēbra regis miti tendas stipite. ¶ Per scdam crucē effusio largissima sanguinis:qua oi defluxo humore/corp⁹ sctissimum torruit:qd idē ppheta nō tacuit/cū in persona christi ps̄.prealiegato ait: Sicut aq̄ effusus sum:⁊ dispersa sunt oia ossa mea:factū est cor meū tanq̄ cera liquescens in medio vētris mei. Aruit tanq̄ testa virt⁹ mea:⁊ lingua mea adhesit faucibus meis:⁊ in puluerē mortis deduxisti me.⁊ in hymno prefato Clauis mite corp⁹ perforat:sanguis vnda pfluit:terra/pont⁹/astra/ mūdus/quo lauant flumine. ¶ Per tertiā passionis fructus:vñ pfluit in nos ois benedictio designat:que ideo ante sacerdotis faciem figuratur. ¶ X Hanc aūt benedictionis plenitudinē/Alb.dicit per omnes illas tres cruces significari: vt per primā sup corp⁹ factaz/significet plenitudo benedictionis/a pmo pfectore sanctitatis scz christo in corp⁹ christi mysticū pcedere. Per scdam sup calicē signatā/significat in idē corp⁹ christi mysticuz gratiā recipi. Per tertiā ante faciē sacerdotis figuratā/significat eādē gratiā in sacerdote ⁊ eis p quib⁹ offert permanere. Scdm magistrū in rōnali/prime due cruces significant ꝙ christ⁹ p duob⁹ populis passus est. Vel sm alios/ꝙ per mortez christi ⁊ sanguinis effusionē a duplici morte/corporis scz ⁊ anime liberati sumus. ¶ Tertia aūt fit ante sacerdotis faciē:vt crucis et passionis xpi teneat memoriā:sicq̄ passionis socius fact⁹/fiat particeps ⁊ regni:sm illud apostoli: Si sustinebim⁹ ⁊ cōregnabim⁹. ¶ Vel per tertiā crucē significari pōt/ꝙ per christi passionē in cruce cōsum-
idoloꝝ:sed iure belli eis debebant:tamen p aliqualē auari
ciam venialiter peccauerūt:ideo nō fuerūt in inferno. ꝛ ita
suffragia eis poterāt valere. Vel ꝓbabilius/q in ipsa pu
gna videntes sibi imminere periculū: peccatū suū cogno
uerunt ꝛ penituerūt:ſm illud ps̄. Cū occideret eos quere
bant eū:ꝛ ita peccatū remissum fuit p pniam:ꝛ per ꝯn̄s nō
fuerunt in inferno: sed purgatorio. ¶ Ad aliud de sancto
machario ꝛ capite inuento: dicendū q illud adiutoriū nō
erat ad pene diminutionē:sed ad hoc solū vt ibidem dicit:
q eo orante cōcedebatur eis vt mutuo se viderent:ꝛ in hoc
aliquod gaudiū nō verum:sed phātasticū habere dicunt/
dum implerur illud qđ desiderant. Sicut ꝛ demones gau
dere dicunt/dum ad peccata pertrahunt hoies: q̄uis p hoc
eorū pena nullatenus minuat. Sicut nec angeloꝝ gaudiū
minuitur:dum nostris malis cōpatiuntur. ¶ Ad illud de
traiano potest dici q ad preces beati Gregorij/traian⁹ fuit
ad vitā reuocatus:ꝛ ad statum viatorū:ꝛ ibi gratiā conse
cutus:per quā peccatorum remissionem obtinuit: ꝛ per cō
sequens immunitatē a pena:sicut apparet in omnib⁹ illis
qui fuerunt miraculose resuscitati:quorū plures cōstat ido
latras ꝛ damnatos fuisse. De his omnibus similiter dicere

oportet q nō erant in infernū deputati finaliter:ſm presen
tem iusticiā propriorū meritoꝝ: sed ſm superiores causas/
quibus preuidebant ad vitā reuocandi:de eis aliter dispo
nendum erat. Et ita definitiua ꝛ irreuocabili sententia tra
ianus damnat⁹ nō fuit: que sola facit quem damnatū. Vel
dicitur q aīa traiani fuit simpliciter liberata p absolutam
dei potentiā. Qđ aūt dicit animas damnatorū iuuari non
posse: intelligit ſm legem cōem. Vel dicunt alij/q anima
traiani nō fuit simpliciter liberata a pena inferni:sed pena
eius fuit suspensa ad tempus/scz diem iudicij. Nec tn̄ opor
tet q hec fiant oībus p suffragia eccl̄ie:qꝛ alia sunt que legi
cōmuni accedunt: ꝛ alia q̄ singulariter ex priuilegio alicui
cōceduntur. Alij dicunt q liberatus fuerat a pena sensus:
nō damni. Sed qualitercūq̄ dicat/hec duo stabūt: Primū
q de potentia absoluta de⁹ posset oēs dānatos beatificare
Secundū q de lege cōmuni in inferno nulla est redēptio:
neq̄ quoad pene ablationē:neq̄ eorū diminutionē: ꝛ hoc
quoad pctā in via nō dimissa. ¶ X Ad penultimuz dicit
q quantū ad hoc magis acceptat suffragiū pro mortuo q̄
pro viuis in mortali existentib⁹:qꝛ magis indigent: cū sibi
non possint auxiliari:sicut viuus pōt. Sed quantū ad hoc
viuus est melioris cōditionis:qꝛ pōt transferri de statu pec
cati mortalis ad statū gratie: qđ de mortuis fieri non pōt:
ideo nō est eadem ratio orandi pro mortuis ꝛ viuis. Et est
aliqua ratio orandi pro viuis existentib⁹ in mortali: que nō
habet locū in mortuis. ¶ Ad vltimū negat ꝯn̄a:qꝛ non est
simile. Tū qꝛ dānati pena augeri pōt/manēte sua difformi
volūtate:qꝛ punit citra cōdignū: Sz ea manēte pōt minui
qꝛ vt dictū est manēte culpa/pena illi correspōdens culpe/nō
pōt tolli aut minui ſm diuinā iusticiā/penā p culpa ordi
nātē. Sz culpa in dānatis semp manet: scz volūtas puersa
cōtra deū: Ideo sicut opus bonū ab alio factū/ꝛ ad suffra
giū dānati ordinatū/nō minuit ei⁹ penā: multo min⁹ p op⁹
bonū qđ quis facit nō pro ipso: sed occasionaliter ex ei⁹ do
ctrina ipse iuuari pōt. Tum qꝛ pena infligit arrio pro puer
sa sua doctrina:que merito auget ꝓpter nouū malū ex ea
cōsequēs: sed ꝓpter sanā doctrinā quā damnatus reliquit
in terra non punitur:ergo ex bonis sequentib⁹ nulla pena
minuit. ¶ Vel breuiter dicit q ideo nō est simile: qꝛ dam
natus est in statu in quo pena ei⁹ non potest minui propter
volūtatis obstinationē. Pōt aūt augeri:qꝛ nunq̄ pōt vsq̄
ad cōdignū/ſm iusticiam dei strictissimā puniri. ¶ Si di
cis/q̄uis nulla pena tali remittit: tn̄ aliqđ bonū sibi cōfe
rendum est ꝓpter bona que occasione suoꝝ precedentium
operū fiunt. Sicut beatitudo accidentalis sanctoꝝ auget/
ꝓpter bonū qđ ex eoꝝ occasione agitur. Respondet q si
cut merita eterne vite (quib⁹ dānatus meruit: dum in gra
tia fuit) per peccatū mortale superueniens moriunt: nec ali
quid premij cōsequunt post mortem in beatitudine/ꝓpter
peccati mortalis obicem: quem volūtarie obtendit: ꝛ quo
impediunt ne cōsequātur beatitudinem: ac premioꝝ ipsis
meritis correspondere debentib⁹ se reddiderūt incapaces:
ita ꝛ premioꝝ accidentaliū. Vn̄ nullū bonū irremuneratū
nisi is qui remunerari deberet: impedimentū remuneratio
nis sponte preberet: sicut ꝛ in ꝓposito. ¶ Vel pōt dici/q
si dānatus bona remuneranda facit: de⁹ futuroꝝ prescius/
illa retribuit in presenti vita. Vn̄ dixit abraam diuiti refri
geriū petēti: Fili recor. qꝛ rece. bona in vi. tua. Nō sic in bea
tis/in quib⁹ radix boni opis manet/scz charitas: ideo sunt
maioris boni capaces. In dānat aūt manet iniq̄tas ꝛ ppe
tuū dei odiū imobilr ꝑseuerās: ꝓpter qđ capaces sunt ma
ioris pene: ꝛ iuste ab oī dei spāli dono ꝛ bn̄ficio nouo cōfe
rendo sunt seclusi. Vn̄ preceptū est ministris parabolice: vt Matth. xxij.
hoiem sine nuptiali veste ad nuptias ingressuz: ligat manis
bus ꝛ pedib⁹ ꝓicerēt in tenebras exteriores. p qđ significa
tur desertio dānati ab oī subsidio ꝛ suffragio/ꝛ imobilitas
in malo. ¶ Y Ponit tn̄ Alber. vnū modū/quo vt dicit:
sustineri posset suffragia ecclesie valere damnatis: vnde di
cit q vermis conscientie de tribus remordet: scilz de pecca
to a seipso cōmisso; secundo de bono a seipso omisso: ꝛ ter

tio de bono cuius ipse potuit esse causa vt fieret ab altero.
De primis duob⁹: q: preterita sunt: nulla est pene spiritua/
lis. De tertio ꝛ crescit ꝛ mitigat. Si eñ per malũ suũ cau/
sa est mali in alio: totiens crescit vermis: quotiens crescit
ꝛ dilatatur malũ illud in alijs quos inuoluit. Si aũt causa
fuit vt bonũ fieret p alios: totiens decrescit vermis quo/
tiens bonũ illud multiplicat. Decrescit/intelligo nõ quan
tum ad tristiciã vermẽ cõsequentem q̃ insuit: sed a tristicia/
que infieret si bonũ illud nõ multiplicaret. Per hoc autez
nulla pena minuit: sed aliqua pena accidentalis: ne infiat:
impeditur. ¶ Sanct⁹ Tho. etiã tangit vnũ modũ quo suf/
fragia possunt pficere dãnatis: nõ quantũ ad pene interru
ptionem vel diminutionẽ: sed qr ex hmõi suffragijs/eis ali
qua doloris materia subtrahit: que eis adesse posset: si ita
se abiectos cõspicerent/ꝙ sui pro eis nullã curã haberent:
sed hoc ipm beat⁹ Tho. reprobat: q: sm cõem legẽ ibi sunt
spũs defunctoꝝ: vbi nõ vident quecũq agũt aut eueniunt
in ista vita: vt dicit Augu. in de cura pro mortuis agenda.
Qd̃ precipue verũ est de damnatis: ꝛ ita nõ cognoscũt qñ
pro eis suffragia fiunt: nisi supra cõem legez aliquib⁹ dãna
torum illud reuelaret: qd̃ oĩno incertum est. Vñ tutius est
inquit/simpliciter dicere ꝙ suffragia non prosint dãnatis:
nec ecclesia intendit pro eis orare: vt ex autoritatib⁹ indu
ctis apparet. Cui cõsonat illud Ecc̃e. ix. Quodcũq facere
põt manus tua instanter operare: q: nec op⁹: nec ratio: nec
sapientia: nec scientia erũt apud inferos: quo tu properas.
Et tantum de illo dubio.

¶ Lectio. lvij. A

Nunc de tertio pri/
cipali scz quib⁹ suffragijs aie defunctorũ
iuuari possint: ꝛ si pluribus que horũ ma/
gis prosint. ¶ Ad primã hui⁹ questiõis
partẽ btũs Greg. ad Bonifaciũ (vt. xiij.
q. ij. aie. recitat) quattuor suffragiorũ genera annumerat:
ait eñ: Aie defunctoꝝ quattuor modis soluunt: aut obla/
tionib⁹ sacerdotũ: aut precib⁹ sctõꝝ: aut charoꝝ elemosynis
aut ieiunio cognatoꝝ. ¶ Per oblationes sacerdotũ misse
celebratio accipit. Per orationes sctõꝝ cuiuslibet boni ho/
minis/siue in via/siue in patria existentis deuota p defun/
ctis obsecratio. Elemosyna aũt p quecũq fiat/dicit elemo
syna chari: q: charus est qui beneficiũ impendit. Signum
eñ dilectiõis exhibitio est opis: sm eundẽ homel. xxx. Sic
a quibuscũq fiant ieiunia: aut alie corporis afflictiões/co
gnati sunt eoꝝ pro quib⁹ fiunt/carnales vel spũales. Dicit
nempe cognat⁹ quasi cõnatus: q: vi amoris ei agglutinat:
ꝛ quasi cõnascit aia defuncti tanꝙ veri amici. ¶ Sunt aũt
hi quattuor modi gñales/ad quos oẽs alij reducunt. Vñ
ad ieiuniũ oẽs carnis afflictiões: vt vestiũ asperitas/disci/
pline/pegrinatio/labor corporalis: ꝛ quecũq ad corporis
afflictionẽ assumunt ptinent. Ad elemosynas reducuntur
oĩa opa mie/corporalia ꝛ spũalia. Ad orationẽ reducũtur
oĩa spũalia exercitia: vt meditatiões sancte/gratiarũ actio
nes/theologie studiũ ac cõtemplatiões. Ad oblationes sa
cerdotũ oĩa sacrificia ꝛ oblatiões/que immediate deo aut
cultui diuino ac ecclesie ministris applicant: vt sunt obla/
tiones pecunie/cereoꝝ/aialiũ/ornatuũ/ꝛ similiũ. Beatus
vo Aug. in li. de cura pro mortuis agenda (ꝛ habet. xiij. q.
ij. nõ estimem⁹) tria annumerat: omittẽs ieiuniũ cognato/
rum: vñ ait: Nõ estimem⁹ ad mortuos p quib⁹ curã agim⁹ p
uenire/nisi qd̃ pro eis/siue altaris/siue orationũ/siue ele/
mosynarũ sacrificijs solẽniter supplicam⁹. ꝛ sequit: Corpo
ri aũt humano quicqd impendit: nõ est presidiũ salutis: sz
humanitatis officiũ: sm effectũ (ait apls) q: nemo vnꝙ
Ephe. v. carnez suã odio habuit. Ad hoꝝ intellectũ notandũ ꝙ (vt
docet btũs Tho. in quarto scripto dis. xlv. q. vj. arti. j.) suf/
fragia viuoꝝ psunt defunctis sm ꝙ vniunt viuentib⁹ cha
ritate: ꝛ sm ꝙ intẽtio viuentiũ refert ad mortuos. Et ideo
vniuersa opa pñt suffragari mortuis q̃ ptinẽt ad cõcatio/
nẽ charitatis; vel ad directionẽ in alterũ intẽtiõis. Capio/

pter vniuersa opa bona q̃ ex charitate fiunt: oĩa quoq que
ex intẽtiõe ꝛ intuitu subueniẽdi (q: quasi p illis ex psona
defunctoꝝ) fiũt eis pficiũt. Ad charitatẽ aũt (precipue eu/
charistie oblatio) ptinet: q: est sacrm ecclĩastice vniõis: cõ/
tinẽs illũ in quo tota ecclĩa vnit ꝛ solidat scz christũ: vnde
eucharistia est quasi quedã charitatis origo seu vinculum
Elemosyna vo ad charitatẽ ptinet tanꝙ ei⁹ effectus: est eñ
precipuus eius effect⁹. Sic ista duo eucharistia ꝛ elemosy/
na ex parte charitatis precipue mortuis suffragant. ¶ Ex
parte vo intentiõis in mortuos directe precipue valet ora/
tio: q: sm suã rõnem nõ solũ dicit respectũ ad orantez sicut
cetera opa: sed directi⁹ ad eũ pro quo orat. ¶ Ieiuniũ vo/
q: in rõne sua nõ cõtinet qd̃ ad charitatẽ/vel ad intentiõis
directionẽ ptinet: sed hec sunt ei quasi extrinseca: ppter qd̃
etiã Aug. nõ posuit: ideo ad vtrũq põt reduci. Et q: ex cha
ritate pot assumi: ꝛ q: corporis afflictiuũ est/põt tanꝙ pe/
nale opus satisfactoriũ p penis defunctoꝝ ex eorũdem pso
nis dñο cõferri. Et hoc respectu trib⁹ predictis sm Aug. po
sitis annumerauit Greg. ieiuniũ quasi suffragij gen⁹ quar
tum. Nec incassum: qm cũ aie in purgatorio nõ nisi satisfa/
ctorias penas soluũt: quib⁹ solutis/suffragijs nõ indigẽt:
multũ iuuant dũ pro eis opus penale (quale est ieiuniũ)
deo offert. Opus eñ penale eo ꝙ penale satisfactoriũ est.
¶ Ex his patet respõsio ad primã partẽ questiõis: scz qui/
bus suffragijs aie defunctoꝝ iuuari possunt. Vñ respõdet
breuiter ꝙ oĩbus operib⁹ bonis: nã oĩa opa bona fieri pñt
ex charitate. Sic etiã oĩa opa bona possũt eis applicari ex
intentiõis directione. Põt eñ quodcũq opus fieri ea intẽ
tione: vt psit spiritib⁹ defunctorũ. ¶ P Pro rñsione ad
secũdã partẽ. q. scz q̃ opa magis psint liberationi defuncto
rũ: Aduertendũ ꝙ suffragia habent effectũ vel ex gñe ope
ris: vel ex dispõne opantis. Ex gñe operis illa precipue vel
magis suffragant defunctis: in quib⁹ cõcurrũt plures vel
pauciores rõnes de supradictis. Ex opante vo illa magis p
ficiũt: q̃ ex psona magis accepta (ppter maiorẽ charitatez
aut deuotionẽ aut aliã dispositionẽ: ꝛ maius meritũ opan
tis) impedunt. Meritũ dico/vel opantis psonale: vel ec/
clesie totius gñale: cui⁹ psonã operãs in suo ministerio re/
presentat: vt tãgit Sco. in suo quodli. q. xx. circa principiũ
¶ Itẽ põt opus suffragij valere vel ex parte opantis prin
cipalis tale opus fieri pcurantis: vt testatoris/fundatoris
vel alterius opus fieri mãdantis/petentis vel ordinantis.
Vel ex pte opus hmõi exequentis: vt testamentarij amici
familie opus facientis ꝛc. Hanc distinctionẽ alij sic expri/
munt ꝛ in idẽ redit: Suffragiorũ quedã pficiũt ex opante
tm: alia ex opere opato: alia simul ex opere opato ꝛ opante
Ex opante tm q̃ ex sola dispositiõe ꝛ acceptatione agentis
acceptant a deo: vt sacrificia ve. tes. ꝛ opa non priuilegiata
que quisq ex spõtanea volũtate opat. Ex opere opato q̃ ex
ipso opere exhibito etiã circũscripta dispositione opantis
quãtũ ad ei⁹ esse acceptũ habẽt suũ effectũ: vt est sacrificiuz
altaris ꝛ ecclĩe sacrã/q̃ effectũ hñt ex institutiõe christi: nõ
ex dispositiõe ministri offerẽtis vel dispensantis: de quo. s.
lec. xxvij. ꝛ in alijs plurib⁹ locis. Sic nõ est impium sentire
de oĩone dñica: de horis canonicis ꝛ alijs oĩonib⁹/quas
ecclĩa dicẽdas instituit: q̃ quandã vim accipiũt ex parte di/
uini ꝛ ecclĩastici mãdati: vt dicit Gers. cãcel. paris. in trac.
de oĩone. Ita sunt quedã que effectũ sortiunt ex priuilegio:
vt indulgẽtie vel similia. Itẽ sunt opa q̃ etiã valẽt ex opere
opato/nõ ex sua institutiõe sicut sacra: sed ex effectu ex ipo
opere accidente: sicut elemosyna pauperũ indigentiã reue
lante: sequit oratio eorundẽ p anima defuncti ad deũ pro
eo cuius intuitu fiunt: vt dicit beatus Tho. ¶ C Ex his
potest respõderi ad hanc questionis partem magis ad par
ticularia descendendo per aliquas ppositiones. ¶ Prima
Inter omnia mortuorũ suffragia quantũ ad liberationem
defunctorum/excellit eucharistie oblatio per manus sacer
dotum/ecclesie ministrorũ. Hec ppositio est de mente Au/
gu. Grego. magistri/ꝛ ceterorũ: qui inter defunctoꝝ suffra
gia primo loco ponunt altaris sacrificium. Et potest illud
ostendi

ostendi rōnibus ⁊ exemplis. Ratione: nā illa magis suffragātur defunctis: in q̄bus ꝑncipaliores ⁊ plures rationes suffragandi ꝯcurrunt: vt statim supra dictū est. Sūt aūt rōnes ſm supra dicta charitatis cōmunio: intentiōis directio: meritū ⁊ pia supplicatio: ⁊ hoc tam ex efficacia operis operati: q̄ operis operantis: et hoc vel eius qui operatur: vel eius in cuius persona: vel eorum ex quorū personis operatur. Omnes ille rōnes perfectissime concurrunt in sacrificio altaris. Cū em̄ sacrm̄ eucharistie sit sacrm̄ ecclesiastice vnionis / ꝯtinens xp̄m in quo tota ecclesia vnitur: sitq̄ origo quedā ⁊ fomentū charitatis: vt dictū est: manifestū est q̄ in effectu hui⁹ sacrificij oēs cōmunicant: q̄ cū capite xp̄o ⁊ inter se ꝑ charitatis vinculū vniūtur. Nā hanc vnionē nō solū solidat ⁊ cōseruat: sed etiā expresse significat: vt dicit Augu. in de sacris fideliū ⁊ allegat magister dist. viij. quarti. Unus panis ⁊ vnum corpus ecclia dr̄ / ꝓ eo q̄ sicut vnus panis ex multis granis cōponit̄: sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante cōnectitur. Huius vnionis etiā corpus xp̄i sumptum de virgine est sacrm̄. i. significatiuū: q: sicut corp⁹ xp̄i ex multis mēbris purissimis ⁊ imaculatis constat: ita societas ecclesie ex multis ꝑsonis a criminali macula liberis aggregat̄. Propter qd̄ etiā sacrm̄ illud cōio nuncupatur: q: eius beneficiū cōicant oēs ecclie vniti: nō solū q̄ in terris viuūt: sed etiā q̄ trāsierūt: ⁊ q̄ iam beatitudinē adepti sunt: ⁊ q̄ in via purgationis ad eā tendūt. Un̄ dist. lx. quarti. ⁊ habetur de ꝯse. dist. ij. quia passus. §. Ita dn̄s noster. dr: Nulli ambigendū est tunc quēq̄ corporis sanguinisq̄ dn̄i participē fieri / qn̄ xp̄i mēbrū efficit̄: nec alienari ab illius panis calicisq̄ cōsortio: etiā si anteq̄ panē illum edat ⁊ calicē bibat / de hoc seculo in vnitate corporis xp̄i ꝯstitutus abscedit: q: illius sacri beneficio nō priuatur / qn̄ ille in hoc qd̄ sacrm̄ illud signat inuenitur. In hui⁹ rei testimoniū hostia sacra in tres partes in altari diuiditur: vt significet̄ effectū eius participare: ⁊ q̄ in beatitudine: ⁊ q̄ in purgatorio: ⁊ q̄ in hoc seculo delitescūt: de quo infra latius tractabit̄. Nullū g̊ opus tantū ꝓdest defunctis ꝑ cōmunionē charitatis: quātum eucharistie oblatio que huius cōionis signū est / fomentum ⁊ origo. ¶ D In hac etiā oblatione intentio dirigit̄ nō solum ad viuos: sed etiā ad mortuos. Intentio dico nō solū ministri celebrantis: sed ecclesie vniuersalis: que memoriā defunctorꝫ in missa fieri instituit: ciusq̄ ꝑsonā sacrificans minister gerit. In hui⁹ officij cōmissione / sacerdotali scꝫ ordinatione / dr: accipere ptātem offerendi ꝓ viuis ⁊ pro mortuis. Est ergo nūcius ecclie ad deum orando ꝓ mortuis: quare ꝑsonā rep̄sentat ecclesie se mittentis. Est etiā ibi ratio meriti. Nam si ꝓbatur q: opus aliquod meritoriū est in ecclesia / siue glorie / siue gratie / siue remissiōis culpe aut pene. poterit ne aliq̄d esse magis meritoriū illo sacrificio. In hoc em̄ illius vnici ⁊ ꝑfectissimi sacrificij fit memoria ⁊ inuocatio / per cui⁹ virtutē celi aperti sunt gratia datur ꝑ quā solam opera nostra esse possunt meritoria: oīm pctā hoim remittūtur: ac celestis gloria nostro pctō ꝑdita redonat̄. Ipse em̄ q̄ in hoc sacrificio patri offertur: clauis est dauidis: q̄ claudit ⁊ nemo aperit: aperit ⁊ nemo claudit. Apocal. iij. Ipse fons gratiarū et caput ecclesie. de quo solo gratia fluit in barbā aaron descendēs in oram vestimenti. psalmo. cxxxij. De eius nāq̄ plenitudine oēs accepimus / gratiā ꝓ gratia. Joh. j. Ipse est quē deus pater fecit pctm̄ ꝓ nobis. ij. Cor. v. Idē sacrificiū quo oīm pctā hoim expiant̄. Ipse est sine cuius vnione (quā hoc sacrificiū p̄stat) nemo glīam in celo cōsequit̄ ipso dicēte: Nemo ascendit in celū nisi q̄ descendit de celo: filius hoīs q̄ est in celo Johā. iij. Nec potest aut vnq̄ potuit post p̄mi hoīs lapsum / opus aliqd̄ gratum esse deo patri ⁊ acceptū: nisi in vtute hui⁹ sacrificij vesꝑtini / in fine hui⁹ seculi oblati. ad Col. j. Cōplacuit ꝑ eum reconciliari oīa in ipso pacificās ꝑ sanguinē crucis eius: siue que in terris: siue q̄ in celis sunt. Et ideo sacrm̄ illud sacrificium dr ⁊ eucharistia. Sacrificiū ꝓpter peccatorū remissionē: eucharistia ꝓpter gratie infusionē. Est autē ibi ratio meriti / nō tam ex operante q̄ ex opere: nō enim solū effectū habet expiandi pctā ex celebrantis deuotione: sed multo magis ex ipsa oblatione. i. xp̄o iterū in memoriā sue passionis benedicte oblato: q̄ effectus nō minuitur ꝑ quācūq̄ sacerdotis indispositionē / formā et intentionē ecclesie obseruātis. Et licet habere effectū ex opere operato cōmune sit oībus legis noue sacramētis magis tn̄ huic appropriat̄ sacrificio: in quo vere ⁊ realiter cōtinet̄ xp̄s / sacerdos ⁊ sacrificiū / seip̄m patri representans: ⁊ pro nobis offerēs in holocaustuꝫ: vt deducit aplūs ad Heb. ¶ In hoc quoq̄ sacrificio est ratio pie supplicationis: nā in eo fiūt expresse orōnes pro defunctis: ⁊ spālīter cōmissis: ⁊ generaliter pro vniuersis: vt pꝫ ex p̄missis. ¶ Hec aūt oratio ⁊ supplicatio q̄ fit in misse officio / ceteris oībus efficacior est: quoniā fit in ꝑsona non tm̄ sacerdotis (vt dictū est) sed etiā spālīter ex ꝑsonis eorū qui missam ipsam celebrari ordinauerūt: sic defunct⁹ ipse dum vixit: siue testamētarij: siue amici: siue circūstantes: siue offerentes. Generaliter vō ex ꝑsona toti⁹ ecclesie sponse xp̄i vnice: cui⁹ oratio repulsam nō patitur. Ex oīm horꝫ deuotione ⁊ merito efficaciā suā colligit oratio celebrantis. ¶ Preterea: si aliqua oratio p̄uilegiata est ſm p̄dicta: vel q: a xp̄o instituta: aut q: ab ecclia ordinata: nihil ita sicut misse officiū p̄uilegiatū esse cōstat. Hoc em̄ quoad essentialia a solo xp̄o institui potuit: ⁊ quātū ad supaddita / videlꝫ cerimonias / orationes / ⁊ cetera ab ecclesia noscitur ordinata. Nihil ibi sonat a sacerdote sua spōte dictatū: sed verba xp̄i in euāgelio / in cōsecratione ⁊ dn̄ica oratione: in ceteris verba ꝓferunt̄ ecclie. Non em̄ debet sacerdos verba sua miscere: aut de suis addere: aut de institutis minuere: sed vba xp̄i ⁊ ecclesie in ei⁹ ꝑsona / itegre / sollicite ⁊ deuotissime ꝑsonare. ¶ Denique quicq̄d poterit deuotio celebrātis cooperari: in hoc maxime officio exhibet̄. Nā qui ad hoc officiū celebrās vl' circūstās indeuotuꝫ se exhibet: vbi rogo deuot⁹ apparebit: Toti⁹ em̄ ecclie deuotio in hoc officio colligit̄ / nutrit̄ ⁊ auget̄: vt bene declarat Sco. in. iiij. dist. viij. q. j. ¶ E Posset etiā exemplis plurimis misse efficacia in subueniēdo defunctis ostendi: quorꝫ nōnulla recitat btūs Grego. lib. iiij. dialo. c. liiij ⁊. lvj. ⁊. lvij. ⁊ aliis q̄ relinquo p̄dicatoribus inquirēda. Rationē aūt efficacie idem Greg. allegato ca. lvij ponit: q: hec singulariter victima inq̄t / ab eterno interitu saluat: q̄ nobis mortē vnigeniti ꝑ mysterium reparat: q̄ licet surgēs a mortuis nō morit̄: ⁊ mors ei vltra nō dominabit̄: tn̄ in ipso imortaliter ⁊ incorruptibiliter viuens: iteruꝫ ꝓ nobis in hoc mysterio sacre oblationis imolatur. ¶ Sed circa hoc occurrit duplex dubiuꝫ. Primū vtrū ad aīe liberationē tantūdem valeat missa a quocūq̄ sacerdote bono vel malo celebrata. Scd̄o vtrū intersit aliquid quale officiū dicat̄. Requiē videlicet: vel aliud. de nostra dn̄a: aut de passione dn̄i: aut scto aliquo: ¶ Ad primū p̄suppositis his q̄ supra lectione. xxvj. dicta sunt: respondet̄ breuiter q̄ quantū est ex ope operato / tantundē valet missa ad liberationem defunctorꝫ / siue a bono sacerdote celebret̄: siue malo. Malum dico qui in mortali pctō de quo nō penitet irretitur. Sacramēta em̄ nō ex ministro: sed ex institutione xp̄i suā habēt efficaciā vt supra dictū est: Ideo dū missa rite ꝑficitur: fruct⁹ queꝫ ex vi sacramēti operat̄: nec minuitur nec auferet̄: dicente beato Aug in lib. de corpore xp̄i: In mysterio corporis ⁊ sanguinis dn̄i / nihil a bono malus: nihil a malo min⁹ ꝑficitur sacerdote ¶ Quātum vō est ex parte operis operantis (⁊ hoc vt gerit ꝑsonam ecclesie: vel vt est instrumentū morū ꝓ aliuꝫ ad celebrandū: q: vt sic nō gerit ꝑsonam suā: sed ꝑsonam ecclesie vel ordinātis missaꝫ) nō impedit malicia sacerdotis plus q̄ cuiuslibet alteri⁹ non celebrantis: sic em̄ fructus misse colligit̄ ex merito ecclesie / resultante ex membrorꝫ deuotione: vel spālīter eius

qui ordinat missam celebrari. de quo late dictū est lectio
ne. xxvij. circa principium. In quātum vo gerit psonā suaz
ppriam/malus sacerdos celebrando parū vel nihil pro
ficit defuncto. Sic enī locū habet verbū Greg. in pasto.
etiam supra allegatū ⁊ expositū. Si is qui displicet ad in
tercedendū mittitur: irati animus ad deteriora puocatur.
Unde ⁊ q̄ scienter malū sacerdotem in sua malicia pdu/
rantem ad celebrandū induceret: haud dubiuz grauiter
peccaret. Non tñ leuiter quisq̄ iudicandus est malus: cū
duodecim sint hore diei: in quarū singula pctōr potest
per penitentiā conuerti: ⁊ interior cōuersio ac iustificatio
nobis fit occulta. Bon⁹ vero sacerdos deuote celebrās
multū cooperatur liberatiōi aīe defuncte: quoniā si mul
Jaco. v. tum valet oratio iusti assidua: fm sententiā Jacobi aplī:
etiam vbicūq; fiat: quāto magis quādo fit in missa: ⁊ tā/
to iungitur sacramento. Ideo ceteris paribus ⁊ secluso
pusillor scandalo/magis optanda est ⁊ procurāda mis/
sa boni sacerdotis ⁊ deuoti/q̄ suspecti ⁊ vagi. Hec sunt
de intentione doctorū: beati Tho. in quarto scripto dist.
xlv. q. iiij. ar. iij. ⁊ dist. xiij. q. j. arti. v. simil'r Scoti dist. xiij.
quarti. q. ij. ppe finez. ¶ F Ad scōm dī q̄ in missa duo
sunt/scz sacrificiū ⁊ orōnes. Sacrificiū qd est precipuuz
in missa: idem est in oībus missis quecūq; officia dicantur.
Ideo ex hac parte idē valet defuncto quodcūq; officiuz
dicatur: siue requiē: siue de nostra dña. Sed quātū ad ora/
tiones/ille videntur efficaciores per quas magis excitatur
deuotio orantis: ⁊ intētio magis dirigitur ad eos p q̄bus
oratur. Et q: in officio requiē/orōnes ⁊ laudes ibi dicen
de expresse sonāt p defunctis: nō sic in aliīs: ideo ex hac
parte officiū requiē videtur plus valere. Potest tñ ex par
te deuotionis excitande plus valere officiū de dñi passio
ne: aut de nr̄a domina: aut alio scō: ad quē celebrans vl'
missam dici pcurans maiorē habet deuotionē. Similiter
ppter intercessionē sancti de quo missa dr: ⁊ q̄ ad subuen
tionē defuncti suppliciter imploratur: potest missa de scō
magis valere defuncto. ¶ Reducūtur etiā ad sacrificij
oblationē cetera que p defuncto offerūtur ad dei cultū
ptinentia: vt oleum/cerei/thura: vel cetera q̄ ad cultus
dei ⁊ ecclesiarū ornatū offeruntur. Hinc Dama. in sermo.
de morientibus/docet cereos/oleū ⁊ hmōi p defunctis
offerri. Dum enī cerei circa altare/feretrūz aut tumulos
incendūtur/ex psona defunctor xp̄m verū lumen ⁊ eter
nū eiusdēq; fidem: q̄ lumen est intellectus viatoris: pfi/
temur. Dum thura incendimus/ex eor psona xp̄m vna
cum patre ⁊ spūssancto vnū solum deū verum adoram⁹.
Dum aquā benedictā spargimus/demones ne orōnes
fidelium impediant: ⁊ ne corporibus illudant: fugamus
Sic quecūq; ad altare offerūtur: siue in pecunia: siue in
aliīs esculentis/poculentis ac ceteris vel ad prestatio/
nē fidei: vel cōmunionis tanti sacrificij: vel ad sustenta/
tionē ministror altaris ⁊ eccl'ie/plurimū valere aīabus
fideliū dinoscūtur. Unde vt allegatum est supra: Judas
machabeus pecunias misit hierosolymā offerri p pctīs
defunctor. Et ita quecūq; taliū ad honorē dei fm ritum
ecclesie/p defunctis offerūtur aut aguntur: ad oblationē
sacrificij reducūtur. ¶ G Propositio secūda: Post sa
crificij oblationē multū prodest p defunctis exorare/ac
deuotas pces fundere: maxime eas q̄ fiūt in psona eccl'ie
aut q̄ sunt puilegiate: vt supra dictū est. Simil'r ⁊ medita
tiones sancte p defunctis assumpte: studium theologie:
pdicationes: sacramentor participationes/eucharistie/
penitentie ⁊ alior. Sicut ⁊ quecūq; meritoria opera pos
sunt quātum ad meritū defunctis applicari: pōt enī quis/
libet meritū suū vndecūq; acquirat aīabus fideliū ipar/
tiri: vt īfra dicetur. ¶ Propositio tertia: Dehinc plurimuz
valent elemosyne tam corporales q̄ spūales: ⁊ ille non
tm̄ ex dantis deuotione: sed etiā ex pauperū q̄bus impē
dūtur: suffragiīs ⁊ oratione. ¶ Propositio quarta: Ua/
lent deniq; ieiunia/discipline/peregrinationes/ et que/
cūq; corporis afflictiua pro defunctis assumpta: q: eo q̄

sunt penalia: sunt pro pena defunctor satisfactiua. Pe/
na nāq; penā soluit: minuit: ⁊ si sufficit totaliter liberat.
Et tantū de illa q̄stione. ¶ H Ad quartā pncipalē. q.
Uerū indulgentie psint defunctis. Non querit hec q̄stio
de indulgentiīs quas defunct⁹ cōsecutus est dum vixit:
de his enī dubiū nō est quin plurimū pficiant. Ipse enī
sunt q̄ tollunt penā pctīs debitam: quor debito sublato
nō remanet in purgatorio pena soluenda. Sed de indul
gentiīs quas viui defunctis amicis impetrant vel cōseq̄
tiuntur. Gratia exempli: Papa oībus ptribuentib⁹ tan
tū ad huius ecclesie fabricā concedit relaxationē trium
annor: vel partē satisfactionis aut totius. est questio: si
quis cōtribuit pro patre suo: vtrū pater defunctus parti
cipet hmōi indulgentias. De isto sunt opi. apud docto.
Beatus Tho. in quarto scripto dis. xlv. q. vj. arti. ij. tenet
partē affirmatiuā: tñ sub quadā distinctione: quē sequitur
Aug. de anchona ⁊ Antonin⁹ parte. iij. ti. xxiij. ⁊ plures
aliī. ¶ Distinguit igitur: q: indulgētie possunt fieri sub du
plici forma. Uno mō largiūtur illis q̄ certum op⁹ pieta/
tis implent: vt q̄ visitat eccl'iam sancti petri: habebit ta/
les indulgentias. Aliqñ etiam extenduntur pro illis p qui
bus fit tale opus: vt si hec sit forma: quicūq; hoc op⁹ pie
tatis facit: ipse vel alius p quo facit/talem remissionem
ꝯsequitur. Primo mō indulgētie nō psunt defunctis: q: nō
pñt opera pietatis facere pro q̄bus indulgentie sub tali
forma emanantes ꝯcedūtur. Nec viuus tale opus perfi/
ciens/pōt fructum indulgentiarū in alios transferre: q:
ei⁹ nō est applicare ad aliquid intentionē eccl'ie per quā
cōmunicantur cōmunia suffragia thesauri spūalis: vnde
indulgentie vigorē habent. Hec enī applicatio ad papā
ptinet: ⁊ ecclesie platos/potentes ꝯcedere indulgētias.
¶ Secundo modo pficiunt defunctis/si opus pietatis
pro quo date sunt indulgentie: p facientē mortuis appli
catur. Illa enī applicatio fit fm intentionē concedentis
Non enī est aliqua ratio ait Thom. quare ecclesia possit
transferre merita cōia q̄bus indulgentie innituntur ad vi
uos ⁊ nō ad mortuos. Adducit ad hoc rōnem: q: meritū
totius ecclesie est efficacius merito vnius psone: sed me
ritum psonale suffragatur defunctis/vt dictū est: ḡ multo
fortius ecclesie meritū cui innitūtur indulgentie. Itē in/
dulgentie psunt existentib⁹ de foro eccl'ie: sed existentes
in purgatorio sunt de foro eccl'ie: alioquin ecclesie suffra
gia eis nō pdessent. Itē ꝯsuetudo eccl'ie dum facit pdica
re crucem: ꝯcedit q̄ assumens crucē habet indulgentias
etiā p duobus vel tribus: aliqñ p decē aīabus tam viuo
rum q̄ mortuor: qd esset deceptio nisi mortuis pdessent
¶ Alia est opinio hostien. q̄ indulgentie ex vi indulgen
tie nō valent defunctis: cū nō sint de foro ecclesie. Nam
for ecclesie ligandi ⁊ soluendi/tñ extendit se ad viuen/
tes in terris: dicente dño petro. Quodcūq; ligaueris su Math.
per terram/erit ligatū ⁊ in celis: ⁊ quodcūq; solueris su xvj.
per terrā/erit solutū ⁊ in celis. ¶ Et dī: notāter ex vi in/
dulgentie: q: opera illa bona p q̄bus indulgentie conce
duntur: possunt valere defunctis: sicut alia opera bona
⁊ meritoria: si eis applicātur: nō tñ plus valent propter
indulgentias: nec min⁹ q̄ si nulle indulgentie essent con
cesse. ¶ Et arguūt ad incōueniens: q: sic papa posset li/
berare quēcumq; vellet de purgatorio: imo dando ple/
narie remissionis indulgentias/posset euacuare totum
purgatoriū. Semp etiam inueniret causas rationabiles
ita p defunctis sicut p viuis: puta beneficia ⁊ auxilia im
pendenda necessitatib⁹ ecclesie cultui diuino augmentā
do: hospitalibus pauperib⁹: ⁊ sic de aliīs que reputātur
cause sufficiētes indulgentias largiendi. ¶ Item tūc ec
clesia ⁊ papa negligenter agerent: in tā crebris indulgē
tiīs tpibus nostris ꝯcessis: nō extendendo illas ad aīas
defunctor/p cōuenientes clausulas bullis inserendas.
De qua tamē tanq̄ de pia matre psumendū nō est/q̄ ita
obliuioni traderet filios suos defunctos: maxime cū nō
esset certior modus liberandi aīas a purgatorio: q̄ per

indulgentias plenarias. Sicut em̄ viuus qui consequit̄ indulgentias plenarie remissionis (si moritur sine recidiua) euolat: vt dicūt doctores. Ita defunctus tentus in purgatorio si ꝓ eo quis indulgentias plenarie remissionis cōsequeretur: simplr̄ liberaretur. Stulte igitur tanti sumptus fierent in exequijs: ac labores in sacrificijs/orationibus/elemosynis/ieiunijs: quoꝝ quātitas effectuū incerta est: cum ꝑ impetrationē indulgentiarū certe liberari possent ⁊ euolare. ¶ Item in oī genere suffragioꝝ apud beatū Aug. vel Greg. nulla fit mentio de indulgētijs. Cui hec opinio hostien. placet: posset respondere ad rōnes beati Tho. Ad primā que querit rōnē quare merita cōmunia ecclesie per indulgētias possunt a papa trāsferri ad viuos ⁊ nō ad mortuos. Dicit̄ ꝙ ratio est: q: hec translatio nō fit nisi rōne potestatis clauiū iurisditionis spūalis. Hec aūt data est tm̄ quoad viuos sup terram: nō quoad defunctos qui sunt extra ecclesiā militantē ⁊ eius iurisditionem. Non ergo extendit se vltra restrictionem qua a dn̄o qui eaꝫ dedit restricta est. ¶ Et per hoc patet solutio secūdi: licet em̄ meritū totius ecclesie sit efficaci⁹ merito vnius ꝑsone: tm̄ meritū cōmune ecclesie non est ita in potestate/sicut meritū persone quātum ad satisfactionē est in potestate facientis: nam opus satisfactoriū personale/est in potestate ꝑsone faciētis tanꝙ̄ suū: ideo potest illud reseruare sibi vel dare alteri cui maluerit/viuo vel defuncto. Sed meritū cōmune ecclesie/cui innitūtur indulgentie: est in ptāte pape ex cōmissione xp̄i quātum ad eius dispensationē que limitata est tm̄ ad viuos. ¶ Ad tertiū d̄r: ꝙ defuncti nō sunt de foro ecclesie militantis: nec sequit̄ ꝙ ideo ecclesie suffragia eis nō ꝓsint: q: illa suffragia que ꝓsunt sunt personalia merita: licet aliqua facta sint in persona ecclesie. Illa aūt: vt dictū est possunt transferri in viuos ⁊ defunctos: q: personali merito pōt quis satisfacere pro eo q̄ non est de foro suo: aut de eodem de quo ipse est. Non aūt iudex vt talis soluere vel ligare pōt eum qui nō est de suo foro. De hoc qd̄ additur de cōsuetudine eccl̄ie in p̄dicatione crucis ⁊c. Dico ꝙ nō ꝯstat de hoc modo: nā ⁊ ꝯtra turcos nostris dieb⁹ etiam cōtra bohemos crux predicata est. Similr̄ plenissime indulgentie in reductione grecoꝝ tēpore cōcilij Basilien̄. Item in anno iubileo tempore Nicolai pape anno ⁊c. M.cccc.l. Et nullibi apposite sunt conditiones ꝑ quas extenderetur ad purgandos in purgatorio. Estimo autem ꝙ in casu huius dubij esset necessaria determinatio ecclesie.

¶ Circa hanc indulgentiarū materiā defunctis applicādarū sequit̄ additio necessaria que nūc suo loco hic adiuncta est: ꝙꝙ̄ non ab re collector ⁊ post ipsum impressor in fine huius operis primaria impressione eam anneruerint: cuius tenor is est. ⁊c.



Um in lectiōe quinquagesimaseptima tractarem de indulgentijs/inquirens vtrū indulgentie ꝓsint aiabus defunctoꝝ: recitatis opinionib⁹ cōtrarijs doctoꝝ: in solutionib⁹ rōnū ꝓ opi. tenentiū partē. q. affirmatiuā/cōtra hostiē. q̄ tenet partē negatiuā. Respōdeo ad rōnē bti Tho. Dixi nō ꝯstare de hac cōsuetudine eccl̄ie: dum scꝫ p̄dicat crucē ꝙ assumēs crucē ꝓ certo numero aiarū assequit̄ remissiones plenarias petōꝝ. Presertim q: nostris tp̄ibus/ꝯtra bohemos tp̄e martini pape q̄nti/⁊ ꝯtra turcos tp̄e Pij secūdi p̄dicata sit crux: silr̄ tp̄e ꝯcilij Basilien̄. ꝓ reductōe grecoꝝ. Et anno dn̄i. M. cccc.l. quo fuit iubileus magn⁹: date sunt indulgentie plenissime remissionis: q̄ tm̄ ad aias defunctoꝝ extense non sunt. Dū itaqꝫ illa scripsi/nōdum venerat ad man⁹ meas declaratio dn̄i Sixti pape/nouissime de medio sublati: qua declarat indulgētias ꝓficere ꝑ modū suffragij etiaꝫ aiabus in purgatorio existentib⁹/dū ad ipsas ꝑ summū pontificē expresse extendūtur. Hinc ⁊ modernus pontifex dn̄s Innocentius octauus indulgentias hm̄ōi olim per Pium scd̄m ⁊ Sixtum p̄fatū/visitantibus ecclesiam xantonensem: ⁊ fabrice eius contribuentibus ad aias in purgatorio redimendas ꝑ modū suffragij exp̄ssas: etiam ad ꝯtribuētes ad sanctā cruciatā ꝯtra turcos extēdit. Similiter calixtus papa tales indulgentias dedit in hispania eccl̄ie tyrasinen̄. Sic ⁊ paschasius q̄ntus dedit indulgentias plenarias ꝑ modū suffragij aiabus in purgatorio: quas vndecim summi pontifices cōfirmauerūt: vt legit̄ in lr̄a autentica/in introitu capelle eccl̄ie scte Praxedis de vrbe: in qua ꝯtinet̄ colūna/ad quā saluator noster in domo pilati ligatus fuerat ⁊ flagellat⁹. ¶ Et fuit data indulgentia sub hac forma: Quicūqꝫ celebrauerit: vel celebrari fecerit q̄nqꝫ missas ꝓ aīa parētis vel amici existētis in purgatorio: dictus Paschasius dat remissionē plenariā ꝑ modū suffragij tali aīe. Et ibi h̄r ꝙ dictus paschasius post mortē cuiusdam sui nepot/dictas q̄nqꝫ missas ꝓ aīa nepotis sui in ipsa capella celebrauit: ⁊ post celebrationē q̄nte misse/dum esset adhuc in altari/apparuit sibi supra altare in testudine fenestre/q̄ est an̄ altare virgo maria visibiliter extrahens nepotis aīam a purgatorio. He autentice scripture legūtur in introitu dicte capelle. ¶ Itē summi pōtifices dederunt plenarias indulgentias ꝓ aiabus in purgatorio/visitantib⁹ eccl̄iam bti Laurētij extra muros vrbis: in hūc modū: Quicūqꝫ singulis quattuor ferijs totius anni/dictaꝫ eccl̄iam deuote visitauerit: ꝓ aīa p̄ris: aut alterius existentis in purgatorio: dicti summi pōtifices dāt remissioneꝫ plenariā aīe ꝑ moduꝫ suffragij: ꝓ qua eccl̄ia ipsa mō p̄dicta est visitata. ¶ L Et qd̄ frequēter repertū est: ꝑ modū suffragij. nō est intelligendū/quasi modus suffragij tollat efficaciam indulgētiarū: ita ꝙ opus illud ꝓ quo dant̄ indulgentie factū ꝓ oībus: nō plus valeat aiabus: ꝙ̄ si idem op⁹ vel suffragiū factū esset ꝓ eis/nullis indulgentijs adiūctis. sicut quidā intelligere voluerūt. Sic em̄ frustra daretur indulgentia ꝓ aiab⁹: nihil em̄ ꝓficeret: nec aliq̄d suffragio in p̄so supadderet: ⁊ ꝑ hm̄ōi indulgentiarū ꝯcessionē ppl̄s deciperet̄: qd̄ de eccl̄ia ⁊ de sede ap̄lica est nullatenus p̄sumendū. Sed qd̄ addit̄ ꝑ modū suffragij/excludit modū iudiciarie ptātis: q̄ dicit iudicialē absolutioneꝫ ⁊ pene debite in aliā penā volūtarie ac deuote assumptā cōmutationē. Et ille modus iudiciarie autoritatis: tm̄ habet locū in viuis: q̄ iudicialiter absoluūtur: ⁊ q̄bus pena debita in aliā volūtarie/ab eis ac deuote assumptā commutatur: vt vult Alexan. de ales par. iiij. q. lxxxiij. mē. v. ⁊ post eū scrūs Bona. in. iiij. dist. xx. q. v. Uiui em̄ dūtaxat assumūt volūtarie opus illud vt puta peregrinationem: elemosynā: orationē: ꝯtributionē ad opus salutare: vel aliud hm̄ōi ꝓ quo dant̄ indulgētie. Cū autē hm̄ōi opus defuncti adimplere non p̄nt: dum illud fit ꝓ eis ab alio: iā opus alteri⁹ suffragat̄ eis vt possint ꝯseq̄ indulgētias nō minus ꝙ̄ si ipsi ꝑ se opus illud ipleuissent. Et ita indulgentie ꝓficiūt eis ꝑ modū suffragij. i. ꝓpter aliqd̄ op⁹ ab alio factū: ⁊ eis ꝑ modū suffragij applicatū. Sicut cū papa dat indulgētias oībus ꝯtra infideles pugnātib⁹: aut pugnatorē ꝓ se mittentib⁹: tūc indulgētias pugnātes assequūtur ꝑ modū autoritat̄ iudiciarie: ⁊ mittentes ꝑ modū suffragij: qd̄ maxime verū est/si esset aliq̄s pauꝑ non habēs suis expēsis mittere: ⁊ alius suus amic⁹ ꝓ paupere sine paupis noīe mitteret: iā pauperi ꝓficerēt indulgētie ꝑ modū suffragij: ꝓ quāto op⁹ ꝓ quo indulgētie cōcesse sunt: sibi ꝑ modū suffragij applicatū est. ¶ Uerum dicit scrūs Bonauē. Si q̄s ꝯtendat vicarium iesu xp̄i h̄re iudiciariā ptātem sup eos q̄ sunt in purgatorio: nō est ei multū resistendū: dūmodo h̄ dictet rō vel autoritas manifesta. Sana em̄ fide h̄ tenendū est/ꝙ dn̄s suo vicario plenitudinē sue ptātis cōtulit: ⁊ tantā quantā decebat puro hoī dari ad edificationē corpis sui/qd̄ est eccl̄ia. Hec bonauē. Cui alludit autoritas Chryso. sup illud Mat. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ. quā allegat Alexā. vbi. s.

Domini mortali celi ⁊ terre et oim q̄ in eis sunt: cõmisit potestatē deꝰ: ⁊ ecclīam validiorem celo demõstrauit. Et subdit Alex. Ex hoc patet ꝙ in collatione clauiū maxima fuit summo pontifici collata potestas: Et ꝓbabiliter vel verissime ꝑsumit/ ꝙ thesaurus eccl̄ie est i illiꝰ potestate: Et ꝙ illis qui sunt in purgatorio: q: ratione charitatis in qua decesserūt: sunt idonei ad beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ susceptionē: pōt illis beneficia cõmunicare: ⁊ sic pōt illis facere indulgentiā ⁊ relaxatiões. Hec Alex. ¶ Hāc ergo sententiā asserentē indulgētias ꝓficere animabꝰ in purgatorio/ ꝑ modū suffragij eo mō quo supra i ꝑma opinione recitatū est lectiõis huiꝰ nō iā velut opinionē: sed sententiā certā amplecti deberi existimo: Tū ꝓpter pluralitatē doctoꝝ eā asserentiū scʒ Alexā. de ales/ sancti Bona. beati Tho. Egidij/ Durādi/ Pe. de tharātasia/ Rich. de me. vil. Tho. de argētina ⁊ alioꝝ plurimoꝝ. Tū maxime ⁊ principaliter ꝓpter determinationē summoꝝ põtificū prioꝝ ⁊ modernoꝝ. ¶ Et ideo restat respõdere rõnibꝰ ⁊ motiuis ꝓ opposita opi. adductis lec. ꝑsenti: et ibidē nō solutis. ¶ M Ad primā que arguit ꝙ anime in purgatorio nō sunt de foro eccl̄ie ligādi ⁊ soluēdi. hoc em̄ solū extēdit se ad existētes in terra ⁊c. Rñdetur fm Alexā. ꝙ sup terrā eē dicūtur quātū ad solutionē ⁊ ligationē/ quousq̄ fiat reductio siue ingressus in regnū: vtpote dū aie tꝑalibus ⁊ terrenis iuuant̄ suffragijs. ¶ Itē aie in purgatorio dicūtur esse sup terrā: q: sunt de ecclesia militante ⁊ nō triūphante. Et sicut hi q̄ sunt in terra: sunt in via ⁊ nō in termino: ita existētes in purgatorio sunt in via et nō in termino. Sūt em̄ in transitu ad patriā quātum ad purgationē qua purgant̄ ꝑ penā: ꝑ quā velut ꝑviā transeūt ad patriā: licet sint in termino quātū ad ꝯfirmationē: q: amplius peccare nō pñt: nec mereri. Etiā si conceditur ꝙ nō sunt supra terrā simplr: sunt tñ sup terrā quātū ad absolutionē a penis: q: h̄ meruerūt existētes in terris a qua discesserūt in charitate: vt scʒ illis indulgētie ⁊ cetera applicari possint eccl̄ie suffragia. Sūt ergo in terris quātū ad suffragia eccl̄ie/ ⁊ indulgētias q̄ eis cõicari pñt Et ita sunt de foro eccl̄ie rõne meriti quo meruerūt in terris vt iuuari possint: licet fm statū ꝑsentē nō sint de foro eccl̄ie ad aliq̄d de nouo merendū vel demerēdū. ¶ Itē sunt de foro eccl̄ie ꝓpter delictū. Nā q̄libet reus sortitur foꝝ rõne delicti quocūq̄ se trāsferat: etiā extra locum in quo cõmisit delictū: remanet semꝑ quātum ad delictum sub iurisdictione dñi in cuiꝰ dñio deliquit: ad quē spectat eū ꝓpter tale delictū punire vel penā remittere. iij. q. vi. c. viij. scʒ qui crimē. Et iō pōt papa remittere penā existētibus in purgatorio/ debitā pctis in terra cõmissis: non tñ pōt simili rõne absoluere existētes in inferno/ a penis pctōꝝ in terra cõmissoꝝ: q: illi nō sunt capaces remissionis: q: charitate nudati in pctis sunt obstinati: manente aūt pctō in volūtate/ nō pōt tolli pena pctō debita. Uel dicūtur esse sup terrā quātum ad foꝝ mie: etsi nō quoad foꝝ iusticie. ¶ Itē q: virtute clauiū eccl̄ie duꝫ existerent super terrā: fuerūt obligati ad sustinendū penā tꝑalem/ hic vel in purgatorio soluēdā: in quā in ꝯfessione fuit eis cõmutata pena eterna. Iō licet nūc nō quoad oia sint de foro eccl̄ie: tñ quātum ad solutionē pene/ sunt de foro ecclesie: ⁊ pñt solui de thesauro eccl̄ie. ¶ N Quidā etiā tractātes autoritatē xp̄i. Quodcūq̄ solueris super terrā ⁊c. dicūt ꝙ illa additio: sup terrā/ pōt determinare ꝓnomen tu inclusum in verbo solueris: ⁊ tunc est sensus: Quōcūq̄ tu petre existēs sup terrā meus vicariꝰ/ solueris erit solutū ⁊ in celis. i. approbabit̄ a me in celis. claue scʒ nō errāte. Alio mō pōt determinare/ quodcūq̄: ⁊ nūc est sensus: Quōcūq̄ solubile sup terrā existēs/ tu petre solueris: illud erit solutū ⁊ in celo. Et vtrūq̄ sensus verꝰ est/ etiā referēdo ad aīas in purgatorio. De ꝑmo sensu manifestū est: q: petrus existēs in terra ꝑ modū suffragij soluit aīas in purgatorio. De scd̄o etiā sensu patet: q: ⁊ papa soluit aīas q̄ sunt sup terrā quātū ad meritū ⁊ foꝝ: et tales sunt aīe in purgatorio. ¶ Si dicis papa nō hꝫ aīas ligare existētes in purgatorio: ḡ nec soluere: cum vtraq̄ autoritas simul cõiunctim est tradita. Rñdet Alex. verū est antecedēs: nisi ex aliqua cā spāli meruit aliq̄s eiectionē a liminibꝰ eccl̄ie: ⁊ ita subtractionē suffragioꝝ. Consequētia tñ nō valet: et est rō: q: aīe dū viuerēt in corpore/ nō meruerūt vt ligari possent post mortē: meruerūt aūt vt iuuari ⁊ solui possent post mortē: etiā tūc nō est tꝑs ligandi sed soluēdi. Patet ita multiplex expositio autoritatis/ Quōcūq̄ solueris sup terrā ⁊c. ¶ Posset etiā breuissime dici/ ꝙ autoritas illa loquit̄ de ligatiõe ⁊ solutõe ꝑ modū iudicialis autoritatis: nō aūt de solutione ꝑ modū suffragij: quo mō soluit papa aīas in purgatorio: ⁊ illo modo pōt aliq̄s soluere bona/ cõicando ei q̄ nō est de sua iurisditiõe. ¶ Ad scd̄m qd̄ inducit incõueniēs/ ꝙ papa posset quēcunq̄ liberare de purgatorio: ⁊ etiā posset euacuare purgatoriū qñ vellet: Dicit̄ ꝙ sicut dicūt sctūs Tho. ⁊ Bonauē. ꝙ indulgētia vt valeat requirit̄ cā rõnabilis. Et dispensatio bonoꝝ eccl̄ie cuꝫ moderamine et discretione faciēda est: Alioq̄n nisi discrete fiat: deus nō acceptabit: q: ipse pater misericordiarū sic miseretur: vt semꝑ velit timeri suā iusticiā. Preterea indulgētie nō dantur nisi ꝓpter aliqd̄ opus piū ⁊ vtile eccl̄ie: qd̄ necesse est fieri ꝑ viuos ꝓ defunctis vt extēdat se ad defunctos: vix aūt vel nunq̄ a viuis tot pietatis opa fierent: vt ꝑ ea oēs aīe in purgatorio existētes a penis euolarēt. Si tñ ita fieret ꝑ viuos: nihil incõueniēs est ꝑ indulgētias euacuari purgatoriū: sicut ⁊ ꝑ cetera suffragia eccl̄ie intantū multiplicata/ ꝙ sufficerēt ꝓ redēptione aiarū oim in purgatorio penas soluētiū/ purgatoriū posset euacuari. Nō ḡ quascūq̄ vult papa de purgatorio liberat: sed eas ꝓ quibus fit opus piū: ꝓ quo indulgētie ꝯcedūtur. Et si semꝑ inuenit cās rõnabiles dandi indulgētias: pōt semꝑ eas dare: nec tñ sic euacuat̄ purgatoriū: q: nō semꝑ ꝓni: sed desides sunt viui ad agendū pia opa ꝓ defunctis. Et viinā tantꝰ esset in viuis feruor charitatis: vt suis suffragijs aīe oēs de purgatorio tollerent̄. ¶ O Ad tertiū qd̄ inducit negligentiā eccl̄ie ⁊ põtificis ꝓ eo ꝙ nō extendūt indulgētias q̄ cõiter dant̄: ad aīas defunctoꝝ. Cui addatur q̄nta rō: q̄ arguit ꝙ in gñe suffragioꝝ/ apud btm̄ Augu. ⁊ Greg. nō fit mētio de indulgētijs: Rñdet̄ ꝙ: vt dictū est: cū discretiõe multa thesaurꝰ eccl̄ie dispensandus est ad eccl̄ie vtilitatē. Unū maioribꝰ eccl̄ie necessitatibꝰ maiores indulgētie reseruant̄. Ita quoq̄ defunctis suffragia impēdenda sunt: vt ꝑ hec viuis occasio nō detur desidie: ⁊ abijciēdi onera satisfactionis ꝓprie. Hoies em̄ tardi ad opa satisfactiõis/ si passim darent̄ indulgētie plenarie ꝓ aiabus: cū ꝑ eos liberarent̄ a penis: omitterēt opa satisfactiõis: qd̄ foret magnū malū viuētibꝰ: cū ꝑ hoc ꝑuarent̄ ꝑmio essentiali eterno correspõdente opibus satisfactorijs: qd̄ est maius malū q̄ pati penā quācūq̄ tꝑalē. ¶ Et qd̄ addit̄ de Aug. ⁊ Greg. dicendū/ ꝙ ante tꝑa btī Greg. modicus vel nullus fuit vsus indulgentiarū. Nūc aūt crebrescit earū vsus: ꝙ sine dubio/ eccl̄ia habēs spm̄ spōsi sui xp̄i: ⁊ iō nō errās: singula ꝓut expedit tꝑibꝰ suis distribuit/ mota ⁊ illuminata a spū dei: q̄ nouit tꝑa q̄ pater in sua posuit ptāte: quoꝝ mysteria indagare nō sufficimus: dicēte filio. Non est vestrū nosse tꝑa ⁊ momēta q̄ pr̄ posuit i sua ptāte. Act. j. ¶ Possumꝰ tñ cõijcere aliq̄s causas/ cur magis mō q̄ olim vsus indulgētiarū crebrescit: qm̄ in eccl̄ia ꝑmitiua calescēte adhuc recenter effuso xp̄i sanguie/ hoies feruidi sanctissime vixerūt. Et si q̄nq̄ humana ex fragilitate ceciderūt: magnā egerūt pniam: vt pꝫ in sctis martyribꝰ. Et in lib. vitaspatrū ac legēdis sctoꝝ: idcirco indulgētijs nō egebāt. ¶ Itē vt timor transgressionis mādatoꝝ dei induceret̄ in conuersos fideles: graues pnie iniūgebant̄ ⁊ pene: sicut patet de saphyra ⁊ anania marito eiꝰ: q̄ ꝓpter mēdaciū stati subitanea morte correpti sunt: vt hr̄ Act. v. vñ magnus timor cecidit in ecclesiā. ¶ Fuerūt ⁊ hoies ꝓni ad suscipiendū ⁊ agēdū

cōdignos pn̄ie fructus: ſm̄ exhortationē Johā. baptiſte
Mat. et Luc. iij. Jdeo tunc non fuit neceſſarius/nec cōueniēs indulgen-
tiarū vſus. Nūc vero tepeſcēte charitate in his vltimis tem
poribꝫ: nec ſatiſfactiōes condigne iniūgunt: nec modice
iniūcte ꝑficiunt: iō valde neceſſarius eſt copioſus indul
gentiarū vſus: vt qḋ ꝑ accidiam deficit: ꝑ alioꝝ ſuffragia
ſuppleat. Sic cū viuētes tepidi ſiunt ad iuuandū aīas ꝑ
ſatiſfactionis oꝑa cōdigna: decēs eſt ꝛ nūc indulgentias
ad eas extendere: vt nō careāt beneficio auxilioꝝ. Vn̄ de
hoc arguit Alex. de ales ad ꝓpoſitū/dicēs: Pater miſe-
ricordie oībus ꝓuidit ſm̄ ordinatiſſimā diſpoſitionez: et
miſericordiſſimā ſuā pietatē: ſed recta ordinatio charita-
tis q̄ exigit vt vnus ab alio poſſit adiuuari: hoc maxime
exigit circa eos q̇ ſe iuuare nō poſſunt. Si ḡ hoībus in h̄
ſeculo cū indigent auxilio: ꝓuidit deus de auxilio per in
dulgentiā eccl̄ie ꝯferendā: cū illi de purgatorio īdigeāt
auxilio: ꝛ ſe iuuare nō pn̄t: videt ꝙ de indulgentia eis cō
ferenda maxime ꝓuidere debuit. Adde/maxime eo tp̄e
quo alia auxilia negligentius impēdunt. Non ḡ pia ma-
ter eccl̄ia negligēs fuit circa filios ſuos defunctos: non
ſemꝑ/nec frequēter indulgētias hmōi impꝛtiendo: ſꝫ or-
dinate eas diſtribuit vt vtriſqꝫ cōuenit/viuētibꝫ ꝛ defun
ctis: ꝓut tēpus ꝛ cōditio exigit: ꝛ ꝓut regit directiōe ſpūs
ſancti. ¶ P Ad quartū qḋ arguit ꝙ inutiliter ſumptꝫ
fierēt in exequijs anniuerſarijs ꝛc. Dicendū ꝙ neqꝫ ſtul
te neqꝫ fruſtra fiunt ſuffragia defunctoꝝ in ſacrificijs/in
orōnibus/abſtinētijs ac elemoſynis: licet aīe pro q̄bus
hec fiūt: indulgentias plenarias ꝯſequerent. Jn cuiꝰ rei
ſignū etiā ꝓ baptizatis in infantia defunctis/nō inutili-
ter exequie ꝑ ſacrificij oblatiōes ꝛ cetera fiūt. vn̄ Alex. ī.
de ales parte. iiij. q. xlij. arti. vlti. ait: Eccl̄ia inſtituit ſacri-
ficiū altaris offerri debere ꝓ paruulis decedētibꝫ in ino
centia baptiſmali: de q̄bus ꝯſtat ꝙ ſtatim euolant: cuius
multe ſunt rōes/ſcꝫ ꝯformitatis eccleſiaſtice: ꝯſeruatio
deuotiōis fideliū ꝛ maxime parentū excitatio: bn̄ficij re
dēptionis recordatio: cōnexiōis paruuloꝝ cū cōmēbris
corporis xp̄i myſtici ſignificatio: aīarū purgandarū ſar-
cine ſubleuatio: debite laudis diuine expꝛſſio. Vt em̄ cō-
formitas eccl̄ie in exequijs mortuoꝝ ꝯſeruet: vt deuotio
fideliū ꝛ maxime parentū excitetur: vt bn̄ficiū redēptio
nis qḋ maxime locū habet in paruulis merito paſſionis
ſaluandis rememoret: vt ꝯnexio paruuloꝝ cū cōmēbris
corporis xp̄i myſtici ſignificet: ex hoc paruuloꝝ exequie
ſicut ceteroꝝ mēbroꝝ celebrant: vt purgandarū aiarum
ſarcina ſubleuet: ꝛ vt debitū diuine laudis exprimat: q̄
ſcꝫ ſaluatori exhibenda eſt/ex hoc ꝙ ſine paruuloꝝ meri
tis gratie ſue ſinceritate ſaluātur: cōuenit: vt ꝓ illis miſ-
ſarū ſolēnia celebrent: ꝛ ſalutaris hoſtia offerat. Ex hoc
em̄ ꝙ pena aiarū purgandarū illoꝝ grā mitigat: ꝛ laus
deo exoluit: ꝛ deuotio fideliū ad eorūdē meritū excitat:
accreſcit paruulis materia gaudioꝝ. hec alexāder. ¶ Si
ḡ hec ꝓ paruulis nullis actualiū pctōꝝ maculis fedatis
agenda ſunt: de quoꝝ btitudine nullū relinquit dubiū:
quāto magis omittēda nō ſunt ꝓ adultis ꝓ q̄bꝫ indulgē
tie plenarie ꝓcurant: vbi adhuc de earū liberatōe a pur
gatorio aliquale dubiū eſſe poſſet: nō q̇n ſi indulgentias
participēt plenariā: euolēt. Sed dubiū eſſe poſſet an eā
indulgentiarū ſit ea quā deus approbat: an ꝯferentis in
tentio ſana ſit ꝛ integra: ꝛ non ſubdola ex ſimonie vitio
vel auaricie ꝓcedens: q̄ licet nō ſint facile p̄ſumēda: non
tn̄ ſunt vndequaqꝫ certa: nā claue errāte/ptās clauiū de
bita caret efficacia. ¶ Q Denīqꝫ etſi certū foret defun
cti aiam indulgētie effectꝰ ꝯſecutā eē: nō ideo ex p̄miſſis
cauſis ꝛ rōnibꝫ omittēda ſunt ſuffragia: ſicut nec ꝓ par-
uulis quoꝝ certa eſt ſaluatio: q: magis hic q̄ ibi dicte mi
litāt rōnes. Nā ꝑ hec ſuffragia magis q̄ ꝑ indulgētias ꝓ
curatas/laus ꝛ honor reddit deo: fructꝰ amplior accre-
ſcit ſubuenienti amico: ꝛ auget cumulatiꝰ gloria accidēta
lis liberādo. Manifeſtū eſt em̄ ꝑmiſſe ſacrificiū: ꝑ orō-
nes deuotas: ꝑ multiplicatas elemoſynas: ꝛ crebra ieiu-
nia/magis deū glorificari: cuiꝰ ptātem/miſericordiā/iu-
ſticiā/benignitatez in his operibꝫ ex charitate dei gl̄iam
p̄mo ꝛ p̄ncipaliter/ꝛ ſecūdario ad aīe liberationē exhibi
tis ꝓſtamur/q̄ ꝑ vnū ſolū opus ꝯtributiōis ad ſanctā
cruciatā: vel eccl̄ie particularis edificationē: vel paupe-
rū in hoſpitali aliquo collectoꝝ ſuſtentationē. Sic etiaꝫ
q: illa ſuffragia defunctis impēſa ꝑ modū ſatiſfactionis
magis ꝓficiūt facientibꝫ viuis/q̄ indulgētie defuncti ac
quiſite/nō ſunt aliquatenꝰ omittenda. Quō autē ſuffra-
gia defunctoꝝ facientibus ea/ꝓficiāt: dicet lec. lviij. ꝛ in
allegatis ibidē. ¶ R Magis denīqꝫ ꝓficit aīabus li-
beratio ꝑ ſuffragia ſatiſfactoria charoꝝ/q̄ ꝑ ſolas indul
gentias ꝯceſſas ex ptāte clauiū: nā ꝑ iſtas tantū tollitur
Licet omni tēpore debeam⁹ ex corde nos recognoscere peccatores: precipue tñ illud expedit in misse sacrificio: qđ in remissionē peccatoꝝ celebratur. ¶ B Sed forte diceres. Cū scriptum sit/peccatores deus nō exaudit: vt habetur Ioh.ix. Quare in hac petitione sacerdos petm̄ suū ⁊ alioꝝ allegat. Videtur enim ꝙ hoc petitioni prestet obstaculū ne exaudiatur. Ad qđ dr̄: ꝙ peccator vt peccator/petens ea que saluti obuiant ⁊ sunt nociua/a deo nō exauditur saltē placato: qꝛ ad sui dānationē exaudiri posset a deo irato: sicut dicit beat⁹ Grego. ꝙ deus qñq; concedit iratus: qđ negat placatus. Peccator etiā petēs aliqđ quasi in signū aut testimoniū sue ꝓbitatis: non exauditur. Deus eñ falsitatis testis esse nequit. Et ẜm hoc inductū videtur verbū ceci: Scimus qꝛ petōres de⁹ nō exaudit: in approbationē scꝫ sue ꝓbitatis. Peccator tñ cū petit aliquid a deo/cū humili sui recognitiōe/ac peccatoꝝ suorū quasi indignus exaudiri: sicut fecit q̃ ait: Dñe nō sum dignus vt intres sub tectū meū. Matth.viij. Et item: Qui pre multitudine petōꝝ suoꝝ sursū ad celos oculos suos attollere nō audebat: sed ꝑcutiēs pect⁹ se peccatorē fatebatur/dicēs: Deus ꝓpitius esto mihi petōri. Luce.xviij. Hoꝝ exēplo qui petit ea q̃ ad salutē pertinent: a deo gratiose exauditur: ⁊ eo ampli⁹/quo se magis humiliat: ⁊ vera cōfessione peccata sua dānat. Respexit inquit ꝓpheta in orationē humiliū: ⁊ nō spreuit precē eoꝝ. Sic eñ daniel ꝓ liberatione ppl̄i orās/primo peccata cōfitebatur di.c.ix. Peccauim⁹/iniquitatē fecimus in oēm iusticiā tuam. Sequitur: Neq; in iustificationib⁹ nostris ꝓsternimus preces ante faciē tuā: sed in miserationib⁹ tuis multis ⁊c. Sic denicq; quotidie clamat ecclesia ad dñm: Petōres/te rogamus audi nos. Nihil ergo obstat impetrationi ꝙ nobis peccatorib⁹ petimus aliqđ celestis doni ⁊ bñficij impartiri. Magis aūt spectat ad dei beniuolētie captationem peccatoꝝ recognitio/ostēdentes ꝑ hoc multitudinē misericordie diuine/in hanc nostrā fiduciā ꝓijcientes: non presumētes de nostra iusticia: quēadmodū fecit ille phariseus euāgelicus: cui⁹ ꝓpterea oratio est repulsa. Luce xviij. Hinc Prouerb.xviij. Iustus prior accusator est sui. ¶ Sequitur: Famulis tuis/per verā ac humilē obediētiā: vt.s. expositū est. De multitudine miserationū tuarum/sperantibus: in qua ꝓpheta cōfisus petōꝝ petiuit remissionē/dicēs: Scđm multitudinē miserationū tuarū/dele iniquitatē meā. Et iterū peccatoꝝ suoꝝ obliuionē petens ad eandē multitudinē miserationū cōfugiēs. Reminiscere inq̃t/miserationū tuarū dñe: ⁊ misericordiarū tuarū que a seculo sunt. Delicta iuuētutis mee/ ⁊ ignorātias meas ne memineris dñe. Nec incassum sacerdos supplicās refugiū habeat ad dei miserationē: quia misericordia ei⁹ sup̱ oia opera eius. Ipsa est q̃ superexaltat iudiciuꝫ: quā neq; potēs est in ira sua cōtinere. Quis eñ vnq̃ sperauit in dño ⁊ derelict⁹ est. Respicite filij nationes hoim ⁊ scitote qꝛ nullus sperauit in dño ⁊ confusus est: ait Iesus syrach Eccl.ij. Qđ attēdens beat⁹ Aug. se cū in proprijs virib⁹ spē posuit cōfitetur derelictū. Sperabā inquit aliqñ in virtute mea/q̃ nō erat virt⁹: ⁊ cū sic volui currere vbi magis stare credebā: ibi magis cecidi. Factusq; sum magis retro q̃ ante. Dicebā eñ: Hoc faciā: illud ꝑficiā. Fiebatq; post hec: nec h nec illud: qm̄ de meis virib⁹ cōfidebā. Nūc autē cōfiteor tibi dñe rex/pater celi ⁊ terre: qm̄ nō in fortitudine sua roborabitur vir: vt nō glorietur ante te stulta presumptio oīs carnis. ¶ Dicitur autē de multitudine miserationū: nō ꝙ in deo sint multe misericordie qꝛ nulla est ibi pluralitas: vbi omnia sunt vnū: vbi non obuiat relationis oppositio: vt vult Boeti⁹ ⁊ Ansel. De⁹ eñ summe simplex est: ⁊ est quicquid habet/excepto ꝙ pater nō est filius/quē habet. Est ergo in deo vna dūtaxat misericordia: que est ipse deus misericors. Dicitur pluraliter: de multitudine miserationū tuarū: propter varios et multos diuine misericordie effectus: qui nōnunq̃ dei miserationes nominantur. sic loquitur Esaias propheta.c.lxiij. post recitationē plurium effectuū misericordie dñi/dicens: Vbi est zelus tuus: ⁊ fortitudo tua: multitudo viscerū tuoꝝ ⁊ miserationū tuarum. ¶ Sequitur. C Partem aliquam. ¶ Hec est scđa particula: in qua exprimit petitionis materiam. Hoc est illud qđ petitur nobis peccatorib⁹: qđ est habere partē siue dei participationeꝫ beatificā cuꝫ sanctis apostolis ⁊ martyrib⁹ iam in gloria sublimatis: vt transferat nos a potestate tenebrarum: et det nobis partem sortis sanctoꝝ in lumine. ad Col.j. ⁊ in ps.xv. Dñs pars hereditatis mee. Et sequitur: Funes ceciderūt mihi in preclaris: etenī hereditas mea preclara est mihi. Funes scꝫ cōsortiū nostrarū partes in beatitudine mensurātes: ceciderūt nobis in ꝑclaris partib⁹ hereditatis eterne. Sed cum deus sit oia in nobis. j.Coꝛ.xv. Salus premiū ⁊ gloria singuloꝝ. Salus inquit populi mei ego sum. Quid est ꝙ dicitur partē aliquā donare digneris: quasi nō oēs electi sint vnū ⁊ eūdē denariū recepturi: iuxta parabolam Matth.xx. vbi dr̄: Receperūt ⁊ ipsi denarios singulos: quo intelligitur beatitudo que est vna omnib⁹. Respōdet hic Alexā. de ales parte. iiij.q.xxxvij. Licꝫ vnū et idē sit premiū singuloꝝ/scꝫ deus ipse in cui⁹ visione clara/felicitas cōsistit eterna. ẜm illud Ioh.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te soluꝫ deū verū ⁊ quē misisti iesum christū: tñ ẜm differētiā meritoꝝ alius plus alius minus diuina visione fruūtur: vñ dicit apostolus j.Coꝛ.xv. Stella differt a stella in claritate. Sic et erit in beatis diuersa claritas visionis diuine essentie: ẜm diuersam participationē luminis glorie sub quo diuina videtur essentia ad quam disponit diuersitas meritoꝝ. Hinc dicit dñs: In domo patris mei mansiones multe sunt. Ioh. xiiij. Quia multi sunt status ⁊ gradus deū timentiū: sine tñ diuersitate dei cogniti siue visi. Vñ sicut est vnus sol qui ab vniuersis videtur: ⁊ vna lux/siue claritas solis que oia terrena illuminat: nihilominus tñ ab alijs clari⁹: ab alijs minus clare videtur ẜm differētiā perfectiōis oculoꝝ intuentiū: Ita vnus est de⁹: vna diuina essentia: que oēs beatificat: ⁊ ab oibus beatis videtur: ab alijs tñ lympidi⁹: ab alio minus lympide/ẜm differentiā ⁊ gradus meritorum: ẜm quā sumitur excessus in beatitudine. ¶ D Vna est igitur oim beatitudo obiectiua/diuina scilꝫ essentia: oēs beatificās per eundē denariū: quē singuli militātis ecclesie operarij sunt a dño percepturi. Cū quo stat ꝙ in singulis beatis sit alia ⁊ alia beatitudo formalis que nō est nisi actus visionis/quo singuli visione propria in suo intellectu recepta/deum facie ad faciē cōtemplantur: sicut eundē solē diuersi nō vna: sed diuersis visionib⁹ cōtuentur. Et ẜm hoc sacerdos petit parteꝫ beatitudinis nobis dari: vt participes efficiamur beatitudinis scōꝝ: vt partialitas illa referatur ad visiōis actū: nō ad obiectū visuꝫ. Quelibet eñ visio dici pōt pars beatitudinis/pro quanto est aliqđ multitudinis actuū in toto cetu oim beatoꝝ. Vel pōt quelibet creata visio beatifica dici pars beatitudinis/ꝓ quāto nō representat obiectū beatificū ẜm totā rationē sue cōprehēsibilitatis. Est eñ obiectū beatificuꝫ sicut in se infinitū: ita infinita cognitione cognoscibile: ⁊ sola tali cōprehēsibile/que impossibilis est omni creature. Ideo omnis cognitio creature q̃ cognoscit deū: dr̄ quodāmodo pars diuine cognitiōis: qꝛ nulla talis est diuine essentie ẜm totū illud/ẜm qđ est cognoscibile: quia pōt adhuc clarius videri. Vñ quātūcunq; ꝑfecte lympide ac clare videatur diuina essentia: etiā a supremo angelo immo ab anima christi: imperfecta tñ visio creata: et infinite distans a visione increata qua deus seipsum videt. Hec enim est infinita que solum cōprehēdit diuinā essentiam: idest ea sola videtur diuina essentia tanta quāta in se est/hoc est infinita: que potest dici totalis beatitudo: quia sibi solum est adequatio cognoscētis actus cognoscendi/ ⁊ cognoscibilis siue obiecti cogniti. Nec tamen adequatio/sed identitas: quia ideꝫ est in deo essentia visa; deus visus ⁊ actus vidēdi. Nō ergo petit partem bea-

titudinis sacerdos/quasi deus sm aliquid sui videat ab
vno beato: ⁊ sm aliquid sui lateat illū ⁊ videat ab alio:
q cū sit essentia simplicissima/carens omni partialitate:
a quocūq videtur/tota videtur ⁊ indiuisa: sed petit par
tē beatitudinis .i. participationē beatitudinis: hoc est for
malē beatitudinē siue actū beatificū: sm q creature con
uenit: quo clare possumus videre deū: nō sm totā suam
cognoscibilitatē: sed sm nostri intellectus capacitatē: ⁊
meritoꝝ nostroꝝ exigentiā. Sic eñ ⁊ nō aliter videtur a
beatis. ¶ E Ideo sequit: Et societatē cū sanctis. In h
eñ est summa iocūditas societatis beatoꝝ: q oēs simul
beatifice deū intuent: de quo in ps. lxxxvi. Sicut letātiū
omniū habitatio est in te. per cōtinuū ⁊ stabilē aspectū:
in quo oēs cōicant beati: ⁊ societatē habere dicunt: quia
vniuscuiusq sanctoꝝ bona efficiūtur oim in beatitudine
cōmunia. ¶ Sequitur. Donare digneris: tua scilz grā et
benignitate: cōtra errorē pelagianoꝝ asserentiū hominē
ex puris naturalibꝰ posse assequi beatitudinē: nec ad hoc
requiri speciale donū gratie: neq ad meritoriā mādato-
rum impletionē. Vñ sicut gratiā qua operamur merito-
rie a solo deo creāte accepimus: ita pbabile valde est/q
actū beatificū qui perfectior est grā/solus deus infundit
intellectui beato: vt sic illud pphete: Gratiā et gloriā da
bit dñs. equaliter intelligat quantū ad vtrūq. Cui non
dissonāt metra que ponit Alber. circa hūc textū. Quic-
quid habes meriti preuēit gratia donat. Nil deꝰ in no-
bis preter sua dona coronat. Si deus coronat: ⁊ nō nisi
actu beatifico: ipse ergo hūc donat: nō cū beatis elicit.
Sed de hoc alibi. ¶ Sequitur: Cum tuis sanctis aplis ⁊
martyribus: quos firma fide credimus illa beatifica dei
visione perfrui: ⁊ inuicē cōgaudere eterna ⁊ iocūdissima
societate: quales sunt quoꝝ hic noia recitant. Dicit Alb.
q ecclesia tm̄ tāgit eos de quoꝝ fide ⁊ beatitudine suffi-
ciēter est certificata: alios nō tāgit nisi in cōmuni ¶ Et
hic fit scda ⁊ iterata sanctoꝝ cōmemoratio: qd sm Inno.
signū est q canō nō simul ab vno est cōpositus: sed suc-
cessiuis tēporibꝰ particulatim a pluribꝰ. Vñ in hac cōme
moratione supplent ex magna parte: q de primitiue ec-
clesie sanctis deesse videbant in cōmemoratione prima.
Unde dr: Cū tuis sanctis aplis: quoꝝ sonus exiuit in om
nē terrā: ⁊ in fines orbis terre eoꝝ vba/ipsis regnū dei
qd hic petit: predicātibꝰ. Et martyribꝰ/fidei testibꝰ: qui
vt regni dei fierēt participes: mortis p fide christi non ti
muerūt subire suppliciū. ¶ ff Exprimunt aūt quorū-
dam sanctoꝝ noia: aploꝝ scz martyrū ⁊ virginū: octo se-
xus virilis: ⁊ septē sexus feminei: ad significādū sm ma-
gistrū in rōnali: q p hoc sacrificiū septē charismata/scilz
spūssancti dona octo beatitudinibꝰ cōiungant in digne
hoc sacramētū māducātē. Vñ sequit. Cū iohāne. Istum
(dicit Alber.) opinor: iohannē baptistā/qui ⁊ martyr: est
propter qd ⁊ hic inter martyres numerat: de q dixit dñs:
Inter natos mulierū non surrexit maior iohanne bapti
sta ⁊c. q ⁊ finis legis fuit: ⁊ vsq ad ipm pphete pphetaue-
uerūt. Matth. xi. Ad idē Inno dicit: Posset p iohānē nō
euāgelista sz baptista intelligi: nisi pmitteret cū sanctis
aplis tuis ⁊ martyribꝰ. Per qd cōuincit q apli tm̄ ⁊ mar
tyres subuorent: quis iohānes inter martyres posset cō
numerari. Aliña aūt videt q fiat hic iterata cōmemoratio
iohānis euāgeliste: q iohānes baptista h sacrificiū non
tractauit: quapropter h nō inducit: sed qcqd sit de dicto in
se ratio modicū facit: q hic petit cōsortiū cū sctis: sed nō
dubitat de sctitate vtriusq. Dato igit q intelligat de io-
hāne euāgelista: cur in hac cōmemoratiōe repetit/⁊ ste-
phano sociat: q ⁊ matthie pponit ⁊ barnabe. Rñdet idē
Inno. Sane in qt iohānes in pma cōmemoratiōe cū apo
stolis numerat ppter dignitatē apostolatꝰ. In scda vo
repetit. ⁊ stephano sociat/ppter puilegiū castitatis ⁊ ce
libatꝰ. Iohānes eñ ⁊ stephanus vgines sunt: ⁊ sequun
tur agnū quocūq ierit: quapropter ⁊ ceteris pmittunt.
Uirginitas iohānis inde cōmēdat: q christꝰ in cruce ma

trē virginē discipulo virgini cōmēdabat: ex qua hora ac-
cepit eā discipulus in suā custodiā. In stephano vo in h
maxime vginitas cōprobat/q deputatꝰ est ab aplis ad Act. vi.
ministeriū viduarū: ⁊ q factꝰ est prepositꝰ feminarū testi
moniū meruit sincerissime castitatis. Alij quidā dicūt q
hic p iohānē intelligit marcus q fuit binomius: vocaba-
tur eñ marcus ⁊ iohānes: sed parū refert quē hoꝝ cano
nis ordinator denotauerit. Oēs quidē sancti. oēs de hoc
numero sunt: quorum cōmunio et societas postulatur.
¶ Stephano: q sanctitatis habuit pconiū singulare: de
quo in actibꝰ aploꝝ. c. vi. Stephanꝰ plenus grā ⁊ fortitu
dine/faciebat pdigia ⁊ signa magna in pplo: q in hora
disputatiōis plenus spūscto/intēdens in celū in cōtione
iudeoꝝ positꝰ: vidit gloriā dei: ⁊ iesū stantē a dextris vir
tutis dei: ⁊ primus sui sanguinis effusione christo testi-
moniū perhibuit: vñ ⁊ protomartyr .i. martyrum princeps
appellat. Qui ⁊ christi imitatꝰ vestigia/in passionis ho-
ra positis genibꝰ voce magna clamauit: Dñe ne statuas
illis h peccatū. Vñ in psa de eo canitur: O stephane si-
gnifer regis summi bone/nos exaudi pficue: qui es pro
inimicis tuis exauditꝰ. Paulus tuis precibꝰ stephane te
quondā psecutus christo credit. Te petrus christi mini-
strū statuit: tu petro normā credēdi astruis: ad dexterā
summi patris ostendendo quem plebs furēs crucifixit.
¶ B Sequit: Matthia: q sorte electꝰ in aplm/vt iret
in locū de quo preuaricatꝰ est iudas: vt fieret testis dñice
resurrectiōis. Que sors (sm beatū Diony.) nō fuit nisi
impetratio signi: quo cū spūssanctꝰ assumēdū ostendit: ⁊
nō ioseph iustū: quē apli secū ex alijs statuerāt orantes: Actuū .i.
Tu dñe q nosti corda omniū: ostēde quē elegeris ex his
duobꝰ vnū accipere locū ministerij huiꝰ et apostolatꝰ/de q
preuaricatus est iudas/vt abiret in locū suū: ⁊ dederunt
sortes eis: ⁊ cecidit sors super matthiā: ⁊ annumeratꝰ est
cū vndecim aplis. ¶ Barnaba: qui etiā signo qd dedit
spūssanctus segregatꝰ est in apostolatꝰ officiū cū paulo:
vñ Actuū. xiij. dixit spūssanctus: Segregate mihi paulū
⁊ barnabam in opus ministerij ad quod assumpsi eos.
Hic primus cū paulo fuit apls gentiū: ⁊ ideo a reliquijs
gentiū/nobis scz est specialiter honorādus. vñ Act. vbi
s. Tūc cōstanter paulus ⁊ barnabas dixerūt ad iudeos:
Uobis oportebat primū loqui verbū dei: sed qm̄ repel-
litis illud: ⁊ indignos vos iudicatis eterne vite: ecce cō-
uertimur ad gētes: sicut precepit nobis dñs dicens Esa.
xlix. Dedi te in lucē gentiū: vt sis salus mea vsq ad extre
mū terre. ¶ Ignatio: qui gloriosissimus fuit martyr/apo-
stoloꝝ cōtemporaneus/gloriosissime vginis matris dei
pedissequus ⁊ capellanus/beati iohānis euāgeliste di-
scipulus: qui sub traiano impatore cōdemnatꝰ/ad besti-
as romā delatus: rogabat vt sancti in eiꝰ passione nō de-
ficerēt: qui prestatus est in theatro/q nō vt malefactor
puniret: sed vt christi discipulꝰ. Qui bestias q sibi de vir
tute mansuebant: cōtra se vt deuoraret prouocabat: qui
publice in hec vba prorupit. Ignis/crux/bestie/ossium
cōfractio/mēbroꝝ diuisio/tormēta diaboli/in me p chri
sto veniāt: vt iesu fruar: vt hec ipse in epistola quā roma
nis direxit scribit: qui cū esset in dentibꝰ leonis/alta voce
dixit: Frumentū christi sum: dentibus bestiarū molar: vt
panis mundus inueniar. Qui (vt de eo Dionysius scri-
bit) aliud in ore nō habuit/nisi amor meus crucifixꝰ est.
Hic ⁊ multas laudes in diuersis epistolis de dñi matre
cōscripsit. Et cum fuisset mortuus inuenta sunt hec vba:
Jesus christus aureis litteris in corde ipsius scripta. De
hoc sic ait beatus Bernardus super psalmum. xc. Ma-
gnus est iste ignatius audito: discipuli quē diligebat ie
sus: martyr et ipse: cuius preciosis reliquijs paupertas
nostra ditata est. Mariā in pluribus epistolis quas ad
eam scripsit christiferam consalutauit. Egregius quidā
titulus dignitatis et commendatio honoris vniuersi.
¶ Alexandro: qui papa fuit vrbis et orbis/sextus a bea
to ac sancto petro/successor euaristi in papatu. Ab aure-
liano comite

liano comite sub adriano imperatore cum beatis euentio
ꝛ theodolo: post cõuersionem hermetis prefecti/ ꝛ quirini
tribuni/ rome martyrio coronat⁹ est. cui⁹ corp⁹ rome apud
sanctã sabinã in altari summo quiescit. ¶ Marcellino et
petro: quoꝝ prim⁹ presbyter: secũdus exorcista/ cum arthe
mio ꝛ domo sua martyrio coronari meruerunt: quoꝝ aias
dorotheus qui eos decollauerat: vestib⁹ splendidis ꝛ gem
mis indutas/ vidit angeloꝝ manib⁹ in celum deferri: vnde
ꝛ christianus est effect⁹. ¶ P Cõsequenter nominantur
sancte de femineo sexu: vnde dicit: Felicitate: illustri femi
na vidua/ matre septem filiorũ christianissimoꝝ/ ianuarij
felicis/ philippi/ siluani/ alexandri/ vitalis/ ꝛ martialis/ in
cõspectu matris diuersis suppliciorũ generib⁹ interempto
rum: in quorũ vnoquoq; speciale martyrium ꝑpessa est. Et
tandem a Publio prefecto sub Antonio augusto/ capite
truncari iussa: datis prius filijs salutarib⁹ monitis marty
rium cõsummauit: que ob mirã in tormentis sui ac filiorũ
cõstantiã/ ꝛ tpis prioritatem (siquidẽ ante cõsequenter no
minatas passa est virgines) in eoꝝ recitatiõe noĩm est pre
lata. ¶ Perpetua: priuilegio castitatis ꝛ fidei etiã marty
rio coronata. ¶ Agatha: virgine ac martyre sanctissima: q̃
ꝛ vberũ amputationem iussu quintiani prefecti in deciana
ꝑsecutione passa: beati petri apostoli visitationẽ in carcere
ꝛ totius corporis sanitatem meruit: q̃ post passa multorũ
tormentoꝝ genera/ angeloꝝ sanctitatis testimonium in se
pultura accepit: qui tabulã hanc scripturã (Mentem san
ctam spontaneã honorẽ deo/ ꝛ patrie liberationẽ) cõtinen
tem capiti sancti corporis cõiunxerũt: cui⁹ postea velo capi
tis paganoꝝ ꝑfus ab incendio ignis ex cilicie mõtib⁹ irrũ
pentis: ꝛ cathanensiũ ciuitas liberat. ¶ Lucia/ imobilis
cõstantie virgine: q̃ in pauperes distracto matrimonio ac
matri sanguinisflue curationis beneficio apud sepulcrum
sancte agathe cõcesso/ per gladiũ ꝛ ignem cõtra diabolum
eiusq; ministrũ paschasiũ prefectũ loco ꝛ fide immobilis
triũphabat. ¶ Agna siue Agnete/ nobili romana/ corpo
re iuuencula/ mente cana: que teste Amb. tredecimo etatis
anno mortem pro christo moriendo ꝑdidit/ ꝛ vitã inuenit.
Nam ꝛ mũdi diuitijs/ carnisq; delitijs sponse christi inesti
mabiles sic margaritas/ ac ciclades auro charitatis textas
preposuit. Octaua passionis die parentib⁹ apud sepulcrũ
eius exequias agentib⁹/ agno niue cãdidiore ei⁹ dextre ad
herente/ apparuit in choro sanctarũ virginũ/ dicens: Cum
his oibus lucidas sedes accepi. Nam ꝛ viuens nuda ad lu
panar/ crinib⁹ tamen melius tecta q̃ vestib⁹ ducta/ angelũ
preparatũ ad virginitatis sue custodiã inuenit. Qui locũ
turpitudinis claritate circũfulgens stolã candidissimã in
duit virginẽ: ꝛ ab oi carnis pollutiõe mũdissimã cõserua
uit. ¶ J Cecilia/ clarissimo romanoꝝ gñe exorta: q̃ euan
geliũ christi semp gerebat in pectore: nõ dieb⁹ neq; noctib⁹
a colloquijs diuinis ꝛ oratiõe cessabat: ꝛ intus cilicio/ fo
ris vestib⁹ deauratis ornata/ cãtantib⁹ organis soli deo de
cantabat: Fiat dñe cor meũ ꝛ corpus meũ immaculatũ vt nõ
cõfundar. Hec duos fratres Tiburtiũ ꝛ Valerianũ spõsũ
suũ cõuertit: almachiũ tyrannũ supauit: angelos dei cõuer
sis fratrib⁹ cũ vernantib⁹ sertis demonstrauit. Et teste vrba
no papa/ christo tanq̃ ouis argumẽtosa seruiebat. Et tan
dem militib⁹ christi cõfortatis in bullienti balneo percussa
martyriũ cõsummauit. ¶ Anastasia/ pretextati illustrissi
mi romani filia infideli publio nupta: q̃ cũ largissimas fa
cultates in pauperes ꝛ sanctos: quib⁹ sedule ministrauit:
distribueret: ꝛ ea propter arctissimo carceri mãciparetur a
marito: consolatorias epl'as a sctõ chrisogono martyre de
dit ꝛ accepit: ꝛ tandem ignis incendio triũphauit. ¶ Sed
querit hic cũ ſm ꝓbabilem sniam ꝑ iohãnẽ hic in principio
noiatũ nõ baptista sed euãgelista designat: vt. s. dictũ est:
cur in canone/ scti iohis baptiste mẽtio noiatim nõ habet:
cũ tamen fuerit ante sctũs q̃ natus. Ipse quoq; christi q̃ in
hoc sacro cõtinet ꝛ summi preco fuerat: cũ digito ostendit:
baptizauit ꝛ efficacissimo testimonio approbauit. Ad hoc
respondet Alex. q. xxxvij. par. quarte. In canone misse cele
bratur sacramentum dñice passionis: ꝓpter qd solũmodo
ibi cõmemorãtur qui passi sunt pro dño. i. martyres. Et illi
dũtaxat qui imitati sunt dñm ordine tpis: ꝛ conformitate
euolationis: tales eñ ꝓprie dicũtur martyres. i. testes/ scꝫ
passi christi. Ipsum eñ martyriũ indiciũ est passionis dñi:
ipa repentina euolatio est indiciũ virtutis eiusdẽ. Neutrũ
cõuenit iohãni baptiste qui ante passionẽ dñi passus est: et
post passionẽ suã nõ euolauit: sed ad limbũ descendit: pro
pter qd in canone misse nõ cõmemorat. ¶ Sequit: Et oi
bus sctis tuis: quoꝝ fides ꝛ merita deo sunt nota: de quib⁹
dicit Job. xxv. Nunqd est numer⁹ militũ eius. Intra quoꝝ
consortiũ. id est sortis sue participationẽ: quoꝝ indubitata
est gl'ia. Nos/ offerẽtes ministerio ꝛ voto ac desiderio alta
ris hoc sacrificiũ: vt scꝫ cũ eisdẽ sctis tuis easdẽ btitudinis
sortes obtineam⁹: vt ſm orationẽ apl'i ad Eph. iij. cõprehẽ
dere possim⁹ cum oib⁹ sanctis: que sit latitudo/ lõgitudo ꝛ
sublimitas ꝛ ꝓfundũ. Scire etiã supeminentẽ scientie cha
ritatem christi: vt impleamur in oẽm plenitudinẽ dei. Non
estimator meriti: qr vt dicit Esa. Oẽs iusticie nostre sunt si
cut pannus menstruate. eiusdẽ. lxiiij. Ideo nõ possum⁹ pre
sumere quicq̃ de ostensione meritoꝝ. Si eñ tu pater cele
stis ꝛ clementissime iniq̃tates nostras obseruaueris: quis
sustinebit. Nõ ergo intuitu nostroꝝ meritoꝝ: nec in iustifi
cationib⁹ nostris ad btõꝝ cõsortiũ petim⁹ admitti: scientes
illud apl'i/ qꝫ in hoc tpe reliquie ſm electionem gratie salue
fient: si aũt ex grã iam nõ ex operib⁹. ad Ro. xi. Sed ꝛ cum
fecerim⁹ quecunq; precepta sunt nobis/ habem⁹ dicere ſm
christi sniam: Serui inutiles sum⁹: qd facere debuim⁹ feci
mus. Lu. xvij. Te ergo clemẽtissime pater qui nõ es meri
toꝝ estimator: qr nõ iuxta exigentiã meritoꝝ retribuis ci
tra condignũ puniẽdo: dicente ꝓpha in ps. Non ſm pctã
nostra fecit nobis: neq; ſm iniq̃tates nostras retribuit no
bis: ꝛ supra cõdignũ remuneras. Nõ eñ sunt cõdigne pas
siones hui⁹ tpis ad futurã gloriã que reuelabit in nobis.
ad Ro. viij. Das eñ mensurã bonã ꝛ confertã ꝛ coagitatã
ꝛ supeffluentem. Nõ ergo estimator meriti: Sed venie que
sumus largitor admitte. Benignus eñ es ꝛ misericors: pa
tiens ꝛ multe misericordie: ꝛ prestabilis sup nequicia. Jo
hel. ij. Qui solus veniã largiris: siquidem solus pctã dimi
tis: solus gratiã prestans ꝛ gloriã. Nã ꝛ pater misericordia
rum es: nõ cõtinens in ira mias tuas: quesum⁹. Quesum⁹
itaq;: vt veniã largiẽdo ad cõsortiũ sanctoꝝ nos admittas
qr sic admitti solius indulgentie benignitatis liberalitatis
tue est: sicut dauid dicit. Benigne fac dñe in bona volũtate Ps. l.
tua ꝛc. Vt de viuis lapidib⁹ edificent muri celestis hieru
salem. Muri inquã ꝑ angeloꝝ lapsum rupti: nõ nisi tua be
nignitate ex nobis hoib⁹ reparãdi. Nisi eñ tu dñe edificas
ueris domũ: in vanũ laborant q̃ edificãt eam. Neq; sufficiẽ
tes sum⁹ a nobis tãq̃ ex nob aliqd cogitare: sꝫ ois nr̃a suffi
ciẽtia ex te clemẽtissimo patre deo est. ¶ Lx Sed cõtra ij. Corin
illud qd dicit: nõ estimator meriti: videt esse multiplex scri tho. iij.
pture autoritas: qua ostendit de⁹ esse ponderatorẽ meritoꝝ
Nã. ij. Paral. xv. Erit merces operi vestro. sicut habet Hie
re. xxxi. Item Sap. x. Reddet de⁹ mercedẽ laboꝝ sctõꝝ suo
rum. Et Eccl. xvi. Misericordia faciet locum vnicuiq; ſm
meritũ operũ suoꝝ. In ps. Reddes vnicuiq; iuxta opera
sua. Itẽ Mat. v. Merces vestra copiosa est in celis. Mer Ps. lxi.
ces respectũ dicit ad meritũ sicut ꝛ premiũ. Item. j. Cor.
iij. Unusquisq; ꝓpriã mercedẽ accipiet ſm suũ laborem. Et
ij. Cor. iiij. Qd in pñti est momentaneũ ꝛ leue tribulatio
nis nostre: supra modũ in sublimitate eternũ pondus glie
operat in nobis. Nõ aũt aliter tpalia operant eterna: nisi ꝑ
modũ meriti. Item. ij. Tim. iiij. Reposita est mihi corona
iusticie: quam reddet mihi dñs in illa die/ iustus iudex. Et
multa similia ad idem adduci possent: quib⁹ ostendit deus
esse iustus iudex: ꝛ remunerator bonoꝝ ꝛ maloꝝ. Nõ autem
põt esse iusta remuneratio: nisi fiat ſm estimationẽ merito
rum. Ad idem sunt autoritates sanctoꝝ patrũ ꝛ doctoꝝ in
numere: quib⁹ docet beatitudo esse premium pro meritis.
Quiuis facile põt dici ad textũ nostrũ: qꝫ ideo dicit deus

nō estimator meriti:q2 nō precise premiat ſm merita:ſed et ſua liberalitate ſupaddit. Vn̄ vt dictū eſt:ſemꝑ premiat vltra meritū:ꝛ punit citra condignū. Non ergo negat eſtimationem meriti ſimpliciter:ſed eſtimationē ad premiū merito precise condignū. Ita ꝙ neq; excedat in premiādo:neq; deficiat in puniendo:ꝛ hoc ſufficit ad veritatē text⁹ noſtri.

¶ L Verū q2 autoritates iſte videnť innuere/ ꝙ operibus noſtris mereamur premiū eternū: nō inutiliter queri poteſt:Utrum opera noſtra que tꝑalia ſunt:mereanť beatitudinē q̄ eſt eterna. Pro cu⁹ reſolutione/ Aduertendū primo ꝙ opa noſtra dupliciter poſſunt conſiderari. Uno modo ſm ſe: vt a nobis opata virtute noſtra actiua naturali: quā accepim⁹ in prima noſtra cōſtitutione. In qua facultatem accepim⁹ libere operandi: ſiue opa bona ſiue mala:ſm

Ps̄.cxviij.

ꝙ dixit pphã. Anima mea in manib⁹ meis ſemꝑ. In manibus meis.i.in ptāte mea.ſemꝑ:vt ꝑ ipſam faciā ſiue bonuz ſiue malū.ꝛ Eccl.xv.Deus a principio cōſtituit hoīem: et reliquit illū in manu cōſilij ſui. Adiecit mādata ꝛ precepta ſua. Si volueris mandata cōſeruare/cōſeruabūt te. Appoſuit tibi aquā ꝛ ignem:ad qđ volueris porrige manū tuā. Ante hoīem vita ꝛ mors:bonū ꝛ malū:qđ placuerit ei dabiť illi. ¶ Alio mō cōſiderari poſſunt opa noſtra vt nō ſolum ſunt a noſtra virtute actiue:ſed ad eoꝝ ꝑductionē concurrit cū noſtra volūtate ſingulare donū dei:qđ gratiā appellam⁹.de quo loquiť aplus.j.Cor.xv.Gratia dei ſum id qđ ſum:ꝛ gratia ei⁹ in me vacua nō fuit:ſed abūdanti⁹ illis oibus laboraui:nō ego/ſed gratia dei mecū. Et btūs Aug. in de lib.arb. Gratia ſe habet ad liberū arbitriū ſicut ſeſſor ad equū. Seſſor aūt actiue regit ꝛ mouet equū. Ita ꝛ gr̄a mouet voluntatem ad aliquē actū eliciendū vel operandū

¶ M Eſt etiā aduertendū ꝙ ad actus meritorij rōnem duo requiruntur in genere. Primū eſt libera eius electio. Scđm eius ad premij retributionē acceptatio. Primū requiriť ex parte elicientis/ei⁹ ſcz qui mereť. Scđm ex parte eius a quo premiū reddiť. Propter primuz actus naturali neceſſitate ꝑductus nō eſt meritorius: ſicut curſus ſolis et aſtroꝝ. In voluntarijs eñ neq; laudamur neq; vituperamur.iij.Ethi. Meritū aūt vt diſtinguiť cōtra demeritū:eſt actus imputabilis ad laudez. Propter ſcđm actus bonus bonitate morali tm̄ nō gratuita/nō eſt meritori⁹ ad vitam ſeu reſpectu btitudinis. Talis eñ nō acceptať a deo ad beatitudinem cōferendā:qm̄ actui moraliter bono facto extra gratiā nullus btitudinis gradus correſpondet in premio: cū dicat aplus. Gratia dei vita eterna. ad Roma.vj. Et ad Eph.ij. Gratia eſtis ſaluati ꝑ fidē:ꝛ hoc non ex vobis. Dei eñ donū eſt:nō ex opib⁹:vt ne quis gloriеť. Unde pōt act⁹

Act⁹ meritorius quid.

meritorius ſic notificari in gñe. Actus meritori⁹ eſt actus a volūtate libere ꝑcedens:ſiue elicitus: ſiue imperatus ad retributionem alicui⁹ premij acceptat⁹. Acceptať autē actus ad premij retributionē qn̄ aliquis bonū aliqđ ſeu premiū retribuit operanti: vel alteri pro quo operať intuitu talis opationis. Ita ꝙ tale bonū nō retribueret niſi actus preceſſiſſet. Ex quo patet ꝙ homo iuſtus opib⁹ iuſticie nō meretur illuminationem a ſole:q2 eque facit deus ſolem ſuuz oriri ſuper bonos ꝛ malos: ꝛ pluit ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos. Matth.v. ¶ N Diuidiť aūt cōiter meritū ſm doctores in meritū cōgrui ꝛ meritū cōdigni. Meritū condigni ſuꝑ rōnem meriti addit debitū reddendi premiū ſm iuſticiam

Meritū cōdigni.

Unde meritū cōdigni eſt actus a volūtate libere ꝑcedens ad retributionem premij ſm debitū iuſticie acceptat⁹. Dicitur ſm debitū iuſticie:quaſi premiū quantū ad valorē aut dignitatem deficeret vel excederet dignitatez vel valorem meriti:ꝛ hoc ſiue ſm ꝓportionez geometricā ſiue arithmeticā.hoc eſt ſm iuſticiā diſtributiuā vel cōmutatiuā nō ſeruareť iuſticia in premiando. Hoc eſt:ꝙ talis premiatio nō fieret preciſe ſm iuſticiā:ſed vel ſm liberalitatem ſi premiū excederet:vel citra iuſticiam ſi deficeret. ¶ Requiriť itaq; ad meritū de cōdigno/quedā equalitas premij ad merituz ſm alterā duarū ꝓportionū. Hec aūt equalitas attenditur vel ex natura actus:vel ex ordinatiōe pacto ſeu cōuentiōe: ſiue etiā ꝓmiſſione acceptātis. Exemplū primi vt dū merces cōmenſurať operi. Ita ꝙ opus ſm ſe tantum valet premianti:quantū premiū reſeruatū: Ita ꝙ premians tantam vtilitatez cōſequi pōt ex opere merentis: quantā ex ꝓmio. Exemplū ſecundi: vt qn̄ ex libera ꝓmiſſione ꝛ cōuentione ꝓmittiť tantum pro tali. Sic diciť in parabola euāgelica. Nōne ex denario cōueniſti mecū. Amice nō facio tibi iniuriam/ſcz dando ſm ꝯuentionē factā:tolle qđ tuū eſt ꝛ vade Matth.xx. Ubi iuſticia ſeruata fundať in cōuentione: nō in natura actus. Et ſiue ſic/ ſiue ſic attendať cōdignitas ſiue equalitas:exigit opus meritoriū aliquid in operāte: aliquid in opere:ꝛ aliqđ in premiante. In operāte/ꝙ ſit amicus:inimicus eñ ſm beatū Aug. nō eſt dign⁹ premio ſ3 pena. Et allegat magiſter in ſcđo diſt.xxvj. Ex quo ſequiť ꝙ petōr nihil mereť de cōdigno apud deū: q2 nō eſt amicus: ſed inimicus dei. Silr̄ eñ odio ſunt deo impius ꝛ impietas ei⁹. Sap.xiiij. Et ibidem.iiij.ca. Fructus impioꝝ inutiles. In opere requiriť ꝙ ordineť ad vtilitatem vel honorē premiantē. Ideo opus extitis in gratia nō ordinatū finaliter in deum/nō eſt meritū de cōdigno. Si eñ ad opus eſſe meritoriū ſufficeret ſola coexiſtentia gratie aut charitatis: tunc opus indifferens a tali operatū eſſet meritoriū de condigno:qđ implicat.tunc eñ nō eſſet indifferēs. In premiāte requiriť acceptatio ſiue ordinatio actus ad premiū tale. Hec aūt ordinatio in deo/nō eſt niſi diuina voluntas:q̄ voluit ab eterno actū ſic elicitū vel imꝑatū eſſe meritū condignum tali premio:vel ex natura act⁹:vel ex ſua pactione ac ꝓmiſſione qua voluit eſſe debitor talis premij ſic operātis. Quo dūtaxat nō actio tꝑalis eſſe pōt meritū cōdignū premij eterni. Semꝑ eñ ꝓmiū eternū eſt maius bonū merito tꝑali. Et iuſticia ſtricta nō reddit melius bonū pro minore bono ſm ſe cōſiderato:ꝛ naturalem ei⁹ ꝛ intrinſecā bonitatem:ꝙ vero eſt cōdignū:tantū eſt ex gratuita acceptatione diuina/ ſic ſe obligare volente operāti. Meritū de cōgruo eſt actus libere elicitus acceptatus ad aliqđ bonū retribuendum:nō ex debito iuſticie. Et hec nō requirit dictas conditiones in operante in opere ꝛ premiāte. Hoc modo opus bonū de genere factū ab inimico/ſic acceptať ad aliqđ bonum retribuenduz: vt bonus motus naturalis aie petōris quo facit qđ in ſe eſt: ſine quo nō dareť gr̄a iuſtificans: eſt

Meritū de congruo.

meritū gratie de congruo. Silr̄ ſi aliquis bonū aliquod retribuit facienti op⁹ bonū de gñe:nō tn̄ ad honorem vel vtilitatez retribuentis:bonū illud factū eſt meritū de cōgruo boni retributi. Sic etiā ſi quis bonū excedens actū operātis nō ex debito precedentis pacti:ſed nuda liberalitate donet:nō daturus illud niſi opatio illa preceſſiſſet in premiando:talis opatio eſſet meritum de congruo: nō de cōdigno.

¶ O Per hec reſpōdeť ad.q.motā per ꝓpoſitiōes. Prima: Opus noſtrū cōſideratū ſm intrinſecā ſuā bonitatem quā habet preciſe ex ſe ꝛ volūtate eliciente gratia circūſcripta:nō eſt meritū beatitudinis:nec de cōgruo: nec de condigno. Probať: q2 nulli cōfertur beatitudo ꝓpter opus elicitum ex naturali aut morali virtute hoīs gr̄a circūſcripta. Statuit ſiquidem deus ſm ordinē ſue ſapientie:nullū ſore glorificandū in patria niſi fuerit prius gratificatus in via. Sed nec actū aliquē premiare in patria beatitudine: cuius nō fuit principiū gratia vie. Unde ꝛ oportet paruulos qui nullū pctm̄ cōmiſerūt: baptizari vt gratiā recipiant ſi gloriam ꝛ beatitudinem debeant adipiſci. Quapropter dixit aplſ. Si linguis hoīm loquar ꝛ angeloꝝ ꝛc. Et ſi tradidero corpus meū vt ardeā: charitatem aūt que eſt gratia:nō habuero/nihil mihi ꝓdeſt:ad vitā eternā ſcz.j.Cor.xiij. Et btūs Aug. Gratia ſola eſt q̄ diuidit inter filios regni ꝛ ꝑditionis. Patet hoc idem ex.ſ.allegatis. Et ſic intelligi pōt illud beati Bern. in ſer. de annunciatione dñica di. Credere oportet ꝙ vitā eternā nullus ꝓmereri poterit bonis operibus ſuis. Sic loquiť glo. ſuꝑ illud Rom̄. vj. Gratia dei vita eterna: vt intelligerem⁹ nos deū ad vitā:nō nr̄is meritis:ſ3 ſua miſeratiōe ꝑducere. ¶ Scđa ꝓpō: Opus bonū de gñe vel etiā moraliter elicitū a volūtate gr̄a nō coexiſtēte

nihil meretur: neqꝫ tpale: nec eternū de cōdigno. Patet qꝛ deficit scḋa cōditio supra posita: scꝫ dignitas ex parte operantis. Meritū em̄ de condigno: vt dicit Alex. de ales vbi supra: est seruitiū deo digne debito mō impensum. Existēs aūt in mortali pctō/ nō pōt digne exhibere seruitiū deo: qꝛ in eo est dignitas pcti ꝑ qḋ est in odio dei. Operib⁹ aūt impij nō premium debetur: sed pena tanꝙ̄ operibus inimici.

¶ P Tertia ꝓpositio: Opus bonū moraliter extra grāꝫ factū de cōgruo meret̄ aliqḋ bonū spūale vel tpale. Patet qꝛ apud largissimū retributorē nullū bonū manet irremuneratū. Itē multa bona dant̄ pctōrib⁹: nō ex debito iusticie ꝓpter aliqua oꝑa precedētia: quib⁹ nō precedentib⁹ illa bona nō darent̄: ergo illoꝝ bonoꝝ oꝑa ꝓcedētia sunt merita. Tenet ꝯña ex qḋ nois meriti. s. positi: qꝛ talis oꝑatio est libere elicita: ⁊ a deo ad opus bonū retribuendū acceptata. Sūt ergo merita ⁊ nō cōdigna vt patuit ex ꝓpōne scḋa: ergo sunt merita de cōgruo. Preterea multa bona cōcessa legim⁹ infidelib⁹: ⁊ etiā idolatris intuitu quorundā bonorū operū. Sic em̄ legit̄ de achab impio rege isrl̄. iij. Reg. xxi. Nōne vidisti humiliatū regē achab corā me: qꝛ igit̄ humiliatus est mei causa: nō inducā malū in dieb⁹ ei⁹. Itē de rege nabuchodonosor idolatra similia habent̄ in Daniele. Preterea pctōri facienti qḋ in se est/ dat dñs grāꝫ: quā nō daret nisi qḋ in se est faceret: ꝫm illḋ Zach. i. Cōuertimini ad me ⁊ ego conuertar ad vos. Et Iac. iiij. Appropiate deo/ ⁊ appropinquabit vobis. Meret̄ ergo pctōr grām de cōgruo/ faciendo qḋ in se est: que est bonū spūale. ¶ Forte queris: Quid est facere qḋ in se est. Rñdet Alex. par. iij. q. lxix. art. iij. Ad videndū inquit/ qḋ est facere qḋ in se est: est notādū ꝙ in quolibet hoie ꝑ naturā est recta ratio: ⁊ hec rectitudo boni est notio indita a creatore: qua q̄libet aia pōt cognoscere suū principiū. s. deū: ꝫm illud Ps. Scitote qm̄ dñs ipse est deus: ipse fecit nos ⁊ nō ipsi nos. Per hoc em̄ ꝙ q̄libet naturalr̄ scit se nō semꝑ fuisse: scit se factū eē: ⁊ ita scit se habere ꝓncipiū: ⁊ scit ꝙ ab illo ꝓncipio habet q̄cquid habet ⁊ nō a se. Scit etiā ꝙ ab illo petere bonum. ꝓꝑ ꝑ illuꝫ debent suppleri oēs sui defect⁹. Si ergo ꝫm istā notionē operetur ho/ suo arbitrio recurrendo ad illū quem scit suū esse principiū: ⁊ quē scit esse adorandū: ⁊ petit ab eo lumen cognitionis fidei/ ⁊ boni/ facit qḋ in se est: ⁊ hoc est facere qḋ in se est gñaliter in quolibet hoie. Plus aūt est in fideli existente in pctō mortali de lumine: qꝛ ipse habet fidem informem: qꝛ sine charitate. Hec autēꝫ fides informis radiat ad duo: scꝫ ad diuinā iusticiā/ dānantē reprobos: ⁊ ad diuinaꝫ miām saluantē iustos. Ex primo creabit̄ timor in eo: ⁊ ex secūdo spes: ⁊ hoc est facere qḋ in se est. Hec Alex. Ex quo ƀ elicit̄/ ꝙ iste facit qḋ in se est: q̄ illuminat⁹ lumine rōnis naturalis/ aut fidei/ vel vtroqꝫ: cognoscit pcti turpitudinē: et ꝓponēs ab ipso resurgere: desiderat diuinū adiutoriū quo possit a pctō mundari: ⁊ deo suo creatori adherere. Hec facienti de⁹ grāꝫ suā tribuit necessario/ necessitate nō coactionis/ sed imutabilitatis: vt ibidē declarat Alex. Statuit em̄ deus hec facienti infundere grāꝫ ꝑ quā a criminib⁹ emūdat̄. Inde dicit apls ad Eph. v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis. i. opib⁹ mortis/ faciēdo qḋ in te est: ⁊ illuminabit te christus.

Facere qḋ in se est.

Ps. xcix.

¶ Q Quarta ꝓpō: Cōparando oꝑa ꝫm se ⁊ intrinsecā bonitatē quā habēt ex volūtate eliciente ad premiū btificū: bona oꝑa ex grā facta: premij btifici nullaten⁹ merita sunt cōdigna. Illa ꝓpō patet ꝑ illud apli ad Rom. viij. Nō sunt cōdigne passiōes hui⁹ tpis ad futurā gl'iam: q̄ reuelabit̄ in nobis. Itē Esa. lxiiij. Quasi pānus menstruate vniuerse iusticie nr̄e. Itē Lu. xvij. Cū feceritis oia q̄ precepta sunt vobis: dicite. serui inutiles sum⁹: qḋ facere debuimus fecim⁹. Ex quib⁹ patet ꝙ oꝑa nr̄a imꝑfecta: etiā qꝛ alio debita: ⁊ ꝓpter creationē nostrā de nō esse ad esse: ⁊ ꝓpter redemptionē a dānatione: ⁊ ꝓpter iustificationē ab impietate ⁊c. nō sunt cōdigna premio futuro in btitudine. Probat̄ etiā rōne: qꝛ inter meritū de ꝯdigno ⁊ premiū/ est quedā cōmensuratio ⁊ equalitas valoris. Sed inter oꝑa nr̄a ⁊ premiū btificū nulla est ꝓportio aut equalitas/ cōsiderādo opera ꝫm intrinsecā bonitatem: ⁊ vt sunt a voluntate nr̄a. Nā oꝑa nr̄a sunt tpalia/ ⁊ quasi momētanea: premiū vo ꝑpetuū. Deniqꝫ visio btifica ⁊ fruitio q̄ dantur in premio/ sine cōparatiōe ꝑfectiora sunt quocūqꝫ actu viatoris in deuꝫ relato. Vn̄ dicit doctor subtilis/ ꝙ si de⁹ ꝑ vnicū instās dūtaxat cōferret hoi btitudinē: clarā scꝫ dei visionē ⁊ cōcomitantē fruitionē: sufficienter remunerasset oia opera bona q̄ hō toto tpe vite sue ꝑfecit: ꝓpter magnā ꝑfectionē btitudinis: ⁊ immoderatū eius excessum super oia opera nostra.

¶ R Quinta ꝓpō: Cōsiderando dignitatē operis meritorij ex grā coefficiente cū libero arbitrio: ⁊ ex spūsctō mouente: atqꝫ ex diuina ꝓmissione ⁊ ordinatiōe ei⁹ ad premiuꝫ btificū: oꝑa nostra ex grā elicita sunt meritoria premij beatifici de cōdigno. Patet ꝑ autoritates in principio huius dubij adductas: q̄ innuunt ꝙ beatitudo sit premiū ac merces nostroꝝ operū: ⁊ ita oꝑa nr̄a merita: sed dign⁹ est mercēnarius mercede sua. Luc. x. Ideo apls ait: Reposita est mihi corona iusticie: quā reddet mihi dñs in illa die iust⁹ iudex. Qḋ aūt redditur ꝫm iustū iudiciū: videt̄ esse merces cōdigna. Itē glo. sup illḋ ps. Misericors ⁊ miserator ⁊ iustus dñs: dicit: Misericors est cū expectat: miserator dū iustificat: iustus dū remunerat. Itē Act. v. Ibant apl'i gaudētes a cōspectu cōcilij: qm̄ digni habiti sunt pro noie iesu contumeliā pati. Itē Aug. li. v. cōtra iulianū. c. v. De⁹ primo eligit indignū: sed eligendo facit dignū. Itē Gre. xix. moral. Gratia veniens facit vt digni sim⁹ ascendere ad celestia. Et Ans. in monologiō: Si creatura rōnalis q̄ eminet oib⁹ creaturis/ amet deū: nihil potest esse preciū hui⁹ nisi de⁹. Multa ad idem adduci possunt. Itē Beda in hom. de filijs zebedei dicit: Ita igit̄ premia pollicet̄ electis: vt ⁊ digna premijs merita premōstret. Ecce aperte dicit digna merita premijs: ⁊ loquit̄ de premio eterne btitudinis. Probat̄ etiam rōne: qꝛ meritū cōdigni requirit equalitatē quandā cū premio ꝫm iusticiā. Hoc aūt est in ꝓposito cū ceteris requisitis supra positis. Nā equalitas est ex mouēte primo qḋ est spiritussctūs: qui ꝑ grām mouet volūtatem. Hic aūt est bonū infinitū rōne cui⁹ opus meritoriū equat̄ premio obiectiuo qḋ est de⁹ trinitas: de quo Gen̄. xv. Ego merces tua magna nimis. Vnde ⁊ spūsctūs est pign⁹ hereditatis nostre. ij. ad Cor. i. Est etiam equalitas ex parte mouētis secūdi: qḋ est grā respectu premij formalis: qḋ est visio ⁊ fruitio: ⁊ hoc in virtute etsi nō actu: sicut semen arboris in quo est virt⁹ ad totā arborē. Per grāꝫ etiā fit opus velut deiforme: ⁊ op⁹ cōsors diuine nature. Adoptamur em̄ ꝑ grām in filiū: cui debetur hereditas ex ipso iure adoptionis: ꝫm illud ad Ro. viij. Si filij ⁊ heredes. Ex parte dei ꝓmittentis est iusticia in reddendo. Iustū em̄ est vt seruet̄ ꝓmissum. Hinc dicit̄ mercēnario: Tolle qḋ tuū est. Nō reddere aūt suū/ iniustuꝫ esset. Hec aūt iusticia nō est ex natura actus: sed ex liberalissima dei ꝓmissione: q̄ volēs se debitorem cōstituit: ⁊ sua voluntate se obligauit tali operi tantū reddere premiuꝫ: ⁊ ita surgit ibi cōdignitas ex veritate pollicentis: qꝛ stante illa dñi pollicitatione: iustū est reddere ⁊ iniustū nō reddere: licet illa iusticia ex sola liberalissima volūtate dei pēdeat tāta premia pollicētis. Et iste ꝓpōnes ꝯcorditer sunt de mente Alex. par. ij. q. lxix. scti Tho. i. ij. q. vi. sancti Bonauē. dis. xxvj. secūdi. ⁊ doctoris subtilis ⁊ alioꝝ.

ij. ad Ti. iiij.

Math. xx.

¶ S Et ꝑ hoc facile exponunt̄ autoritates hincinde allegate: Quarum alique loquunt̄ de opere nostro cōsiderato quantum ad substantiam actus: prout elicitur ex libero arbitrio. Alie vo de eis ꝫm ꝙ sunt a spūsancto ⁊ a gratia. Vnde breuiter vtrūqꝫ cōprehendens sanctus Bonauen. dicit: Opus meritoriuꝫ consideratū in comparatione ad voluntatis seu arbitrij libertatem: ⁊ dispensatoris liberalitatem: ⁊ tpis opportunitatem/ est opus meritoriū merito congrui. Cōparatum vo ad gratie dignitatem ex qua fit opus mouente spūsancto ad pollicentis veritatem: ⁊ operis difficultatē/ sic est meritum condigni. Nam in hoc opus arduū est: qꝛ est supra vires voluntatis elicientis in eo ꝙ homo eleuat̄ supra seipsum ⁊ bono ꝓprio preponit bonū eternū; hinc tale genus oper

ris eterna remuneratione dignū eſt. Hec ſanct⁹ Bonauen.
Gratia etiā ꝑ quā ſic voluntas eleuat: eo mō quo premiuz
eſt infinitū: ipſa eſt infinita: q: gratia vie nō diſtinguit rea
liter a charitate patrie: niſi forte ſicut pars a toto. Nā gra
tia eſt charitas que manet in patria / fide et ſpe euacuatis.
Nunꝙ em̄ excidit charitas: vt dicit apl's. j. Coꝛ. xiij. Et glo
ria ipſa eſt gratia cōſummata. Et ita ſicut nec oculus vidit
j. Coꝛin. rb. ij. nec auris audiuit ⁊c. q̄ pꝛeparauit deus diligentib⁹ ſe. Ita
nec intellectus viatoꝛis cōpꝛehendit ꝑfectionē gratie vir
tualem: q: non pōt ꝑfecte ⁊ cōpꝛehenſiue cognoſci gr̄a: niſi
⁊ premiū cognoſcat: qḋ eſt effectus ei⁹ tanꝙ cauſe merito
rie. Sic etiā licet ex natura rei de⁹ nullius creature pōt eſſe
debitoꝛ: tn̄ ex natura ſue imutabilis veritatis ⁊ liberalis ac
volūtarie pollicitationis ſe pōt facere debitoꝛē ſue creatu
re. Ita etiā ꝙ ſtante ſua ꝑmiſſione qua pollicit⁹ eſt dare vi
tam eternā ſeruantib⁹ ſua mādata: nō poſſet ſine iniuſticia
ſubtrahere eis premia repꝛomiſſa. Licet em̄ ſimpliciter nul
lius eſt debitoꝛ: ⁊ poſſet nō dare premiū eternum creature
ſue: ſicut pōt differre: etiā creaturā annihilare: tamen ſtan
te ꝑmiſſione ⁊ oꝛdinatione ei⁹ ad vitā: nec pōt annihilare:
nec nō dare vitā eternā ꝑmiſſā. Nā hec oꝛdinatio ⁊ ꝑmiſſio
nihil aliud eſt niſi actus diuine volūtatis: quo vult illi q̄s
ꝙ dare vitā. Illa ergo volūtas: cū ſit imutabilis: nō poteſt
ſtare cū volūtate nō reddendi. Eadem igit̄ neceſſitate qua
nō pōt ſolui ſcꝛiptura. Ioh. x. Nec iota vnū perire. Matth.
v. ⁊ Luc. xvj. etiā nō pōt nō reddere ꝑmiſſa. Scriptū autez
Ioh. xij. ⁊ xvij. eſt: Ubi ſuz ego: illic ⁊ miniſter meus erit. Pater quos de
diſti mihi volo vt vbi ſum ego: ⁊ illi ſint mecū: vt videant
claritatem meā quā dediſti mihi q: dilexiſti me: ante cōſti
tutionem mūdi. Hec aūt viſio beatitudo eſt ⁊ vita eterna.
Ibidē. Hec eſt vita eterna vt cog. te ſolū deū verū: ⁊ quez
miſiſti ieſum chꝛiſtū. Et licet ꝑmiſſio ipſa ſit cōtingens: ſi
cut ⁊ predeſtinatio: ⁊ q̄ ꝑmiſit pōt non ꝑmiſiſſe: ⁊ predeſti
natū pōt nō ſaluare in ſenſu diuiſo: q: pōt nō predeſtinaſſe:
tamen nō pōt ꝑmiſſum nō ſeruare in ſenſu cōpoſito. Hinc
ij. ad Tim. ij. dicit̄. Nō pōt negare ſeipm̄. Glo. interli. Non
pōt negare ſeipm̄ qui eſt veritas: qḋ faceret ſi dicta ſua non
impleret: ⁊ ſi ꝑ impoſſibile ꝑmiſſum nō ſeruaret: verax nō
eſſet: ita ſi premiū ꝑmiſſum mādata ei⁹ ſeruantib⁹ nō daret:
iniuſtus eſſet. Sicut in humanis: omne ꝑmiſſum: licet ſpō
te ⁊ voluntate: cadit in debitū. Sic ergo debitoꝛ noſter eſt
deus ſua miſericoꝛdi volūtate: nō rei neceſſitate. ¶ L Sz
cōtra poteſt opponi. Eadem rōne ſequit̄ ꝙ gratia pꝛima ca
deret ſub merito de cōdigno: qḋ eſt contra oēs doctoꝛes: ⁊
aplm̄ ad Ro. xj. Si ex meritis: iam gratia nō eſt gr̄a. Unde
ſicut implicat gratiā nō eſſe gr̄am poſita cōſtantia ſubiecti
ita implicat gratiā eſſe ex meritis: ⁊ tn̄ ſequit̄ qḋ dictū eſt:
q: ſicut oꝛdinauit de⁹ ſe daturū premiū ſeruanti mādata ex
gratia: ita ab eterno oꝛdinauit dare gratiā facienti qḋ in ſe
eſt. Sicut ergo ſeruans mādata meretur gloꝛiam de condi
gno: ita faciens quod in ſe eſt: meret̄ gratiam de cōdigno.
Reſpondet̄ ꝙ faciendo qḋ in ſe eſt: nō meret̄ pꝛimā gratiā
que eſt gr̄a iuſtificans pctōꝛem de cōdigno: licet mereat̄ de
cōgruo. Nec eſt par ratio: q: preter oꝛdinationem dei / qua
vult dare premiū ſic facienti / ad cōdignitatē meriti duo re
quirunt̄: q̄ in ꝑpoſito deficiunt: ita ꝙ condignitas operis
ex tribus pendet: ſcꝫ ex dignitate operantis: ex cōmenſura
tione operis: ex acceptatione premiātis. Ex dignitate ope
rantis: vt ſcꝫ operās ſit ꝑſona digna. hoc eſt nō ſit indigna
nō inimica. Un̄ pctōꝛ q: inimicus dei eſt: nihil mereri pōt
de cōdigno vt. s̄. Cōmenſuratio opis: ⁊ hoc vel ex natura
opis: vel ex pꝛincipio operādi. Modo opus meritoꝛiū: vt
dictū eſt ꝑpter gratiā ex qua elicit̄: ⁊ ſpm̄ſanctū inhabitan
tem ꝑ gratiā mouentē / cōmenſurat̄ premio tam obiectiuo
ꝙ foꝛmali. Nihil tale eſt in pctōꝛe: qui nec habet ſpm̄ſanctū
inhabitantem: nec donū ſupernaturale gratie cōmenſura
bile. Nullū em̄ donū gratie gratis date cōmenſurabile eſt
gratie gratuz facienti: Et ideo licet deus acceptet opus fa
ciendi quod in ſe eſt ad gratiā infundendā: quā alr̄ nō in
funderet: tamen deficiūt alia duo correq̄ſita: ⁊ ita nō eſt ea
dem ratio hic ⁊ ibi. Et illa tria includunt̄ in hac particula
deſcriptiōis meriti de cōdigno: qua dicitur Ad retributio
nem premij ſm̄ debitum iuſticie acceptatus: vt ibidem eſt
declaratum. Et tantum de illo dubio.

¶ Lectio. lx. A



Er chriſtū dominuz
noſtrū. ¶ Hec eſt tertia particula partis ſcd̄e
de ſepte partis pꝛincipalis canonis: in qua in
ducitur ꝑſona per quā petimus patrez venie
largitoꝛē admitti ad cōſoꝛtiū btōꝝ. Et ſubdiuidit̄ in duas
poꝛtiunculas. In pꝛima facit qḋ dictū eſt. In ſecūda cōclu
dendo totū canonem / reducit in eū qui circa cōfectionem
coꝛpoꝛis chꝛiſti operat̄ trinitas benedicta / ibi: Per quē hec
oīa bona ſemꝑ creas ⁊c. ¶ Circa pꝛimū dicit: Per chꝛiſtū
dn̄m noſtrū. qui veniā quā nobis pater celeſtis largitur:
meruit: ⁊ celi ianuā pꝛimo aperuit. In quo ſanctoꝝ conſoꝛ
tium qḋ petim⁹ celebrat̄: vbi ⁊ ipſe chꝛiſtus oleo leticie pre
participib⁹ ſuis vnctus ⁊ ꝑfuſus: pꝛimus patri equalis ad
dexterā eius reſidet / foꝛma pre filijs hoīz ſpecioſus. Et hic
nō reſpondet̄ / amen: ſicut in pꝛioꝛib⁹ orationib⁹ pꝛopter cō
nexionem verboꝝ ſtatim ſequentiū: in quib⁹ eſt relatiuum:
cuius anʈcedēs eſt qḋ hic dicit̄: chꝛiſtū dn̄m noſtrū. Sequit̄
em̄: Per quem ſcꝫ chꝛiſtū. Habent ergo cōdependentiam
ad pꝛioꝛa: ſicut relatiuū dependet ad ſuū antecedens: que
vt nō ſoluat̄ nihil interponit̄. Uel ſcd̄o q: ſacerdos ſecre
te hanc petitionem facit: ita vt eius verba a circūſtantib⁹
miniſtris audiri nō poſſint: ⁊ nemo eſt circūſtantiū qui re
ſpondeat amen. Uerum hec ratio nō parū facit: q: ſic cōclu
deret ꝙ etiā in pꝛioꝛib⁹ orationib⁹ dici nō deberet: in quib⁹
tamen ſacerdos celebrans ſm̄ romane eccleſie oꝛdinem / di
cit amen: ergo ⁊ hic dicere poſſet ſecrete. Ideo tertio dicūt
quidā / ꝙ ideo omittit̄ amen: q: angeli ſcī qui huic miniſte
rio adeſſe credunt̄: affectātes ꝙ nos petim⁹ ſuo ꝯſoꝛtio ad
iuuari: r̄ndent amen. Hec clauſula quantū ad ſingulas oꝛa
tiōes ei⁹ frequēter expoſita eſt: Ideo hec ſufficiāt. ¶ B

Per quem hec oīa domi
ne ſemꝑ bona creas: ſanctificas: viuificas: benedicis ⁊ pre
ſtas nobis. ¶ Hec eſt ſecunda poꝛtiuncula: in qua ea q̄ cir
ca coꝛpoꝛis chꝛiſti cōfectionem acta ſunt: reducit in chꝛiſtū
patris filiū dn̄m noſtrū. Et pꝛimo ea q̄ ſunt ex parte ſacra
menti. Secūdo ea que ſunt ex parte ꝑſonarū in ſacramēto
operantiū / ibi: Per ipſum: ⁊ in ipō. ¶ Circa pꝛimū poteſt
littera tripliciter exponi ſm̄ triplicem hui⁹ pꝛonominis hec /
demōſtrationem. Pōt em̄ demōſtrare panis ⁊ vini ſubſtā
tiam demōſtratione ſimplici ſm̄ Alexan. q: que demōſtrat
modo nō ſunt: ſed fuerūt preſentia. Eſt ergo ſimplex pꝛono
minis demōſtratio: ſicut verbis verbi confuſio. Pōt ergo
demōſtrare panis ⁊ vini ſubſtantiā: que fuerūt materia ſa
cramenti: ⁊ quarū ſpecies preſentes ſunt ſacramentū. Po
teſt etiā rem ſacri ꝑſentē demōſtrare: carnez ſcꝫ chꝛiſti ⁊ ſan
guinem. Poteſt etiā demōſtrare eos qui ſimul offerunt̄ in
hoc ſacramento: qui membꝛa ſunt chꝛiſti: cōſtituentes coꝛ
pus eius myſticū ibi ſignificatū: nō aūt cōtentū. Secundū
pꝛimā expoſitionem dicit̄ Per quem ſcꝫ dn̄m noſtrum chꝛi
ſtum mediatoꝛem: qui ſe fecit rem hui⁹ ſacramenti. Hec oīa
ſcꝫ panis vini ⁊ aque: que ibi fuerūt: ſubſtātias Semꝑ bo
nas. Uidit em̄ de⁹ cūcta q̄ fecerat ⁊ erāt valde bona. Gen. j.
Creas / cōdendo naturā. Sanctificas / cōſecrando materiā
Uiuificas / trāſſubſtantiando creaturā in viuam ſcꝫ chꝛiſti
carnez ⁊ ſanguinē. Bn̄dicis / accumulādo gr̄am: q̄ plus in
hoc ope reluxit ꝙ in ceteris. Creas inquā ſm̄ cauſas pꝛimoꝛ
diales: hoc eſt ſm̄ rōnes ideales ſm̄ quas rōnabiliter facis
quicq̄d opatis: vt dic̄ Aug. Sctificas / ſm̄ cauſas ſacramē
tales: q̄ ſunt verboꝝ foꝛma: cōſecrātis pt̄as ⁊ intentio. Ui
uificas / ſm̄ cauſas effectiuas pꝛincipales: q̄ ſunt tua volun
tas ⁊ beneplacitū: qua ipās trāſſubſtantias ac cōuertis in
alias viuas ſubas. Bn̄dicis / ſm̄ cauſas ſalutares. Et pre
ſtas nobis: ſm̄ cauſas liberales. ¶ Uel ſm̄ Alb. Hec ſemꝑ

ꝑ bona creās/ꝑ nature cōſtitutionem. Sācti ficās/ꝑ ver/
bum ⁊ orationē. Viuificās/ꝑ vitalē cōuerſionē. Bñdicis
ꝑ grē exuberationem. Et preſtas nobis/ꝑ liberaliſſimā lar
gitionem. ¶ C Scd̄o mō exponiť: vt hec demōſtrat rem
cōtentā: ſic/ Per quē hec oia bona/carnē ſcʒ ⁊ ſanguinem:
ſemꝑ bona: quātū ad oēm ſpeciē boni. Sūt q̄ppe bona vti/
lia ad reformationē vite ſabēris ſpūalis. Honeſta ad reme
morandū opa ſalutis. Delectabilia/ad ꝓmotionē ſumme ⁊
intime deuotionis. Creas ipa in ſacrm̄ adducendo. Scti fi
cas/ſacris velamētis obtegendo. Viuificas/increate vite
vniendo. Bñdicis/ſpūalib⁹ donis ⁊ bñficijs implēdo. Et
preſtas nobis/miſericorditer largiendo. ¶ Tertio modo
prout hec demōſtrat ſignatū ⁊ nō contentū: pōt ſic exponi
ſm Alex. Implorata em̄ admiſſiōe ꝑegrinātū ad cōſortiū
ſctōꝝ/ſubdiť cōmendatio trinitatis: vt ſic capetata dei beni
uolentia/facili⁹ impetreť qd̄ intendiť. Cōmendať igiť pa/
ter ex autoritate maieſtatis/ibi: Per quē hec oia. Filius ex
imenſitate virtutis/ibi: Semꝑ bona creas. Spūſctūs/ex
cōnexiōe vnitatis/ibi: In vnitate ſpūſcti/in ꝑticula ſequē
ti. Virt⁹ ergo filij cōmendať in eo ꝙ pōt oia ex nihilo creas
re/ibi: Per quē hec oia: ſemꝑ bona creas. ⁊ a peccatis purgare
ibi: Scti ficas. ⁊ gr̄a ⁊ virtutib⁹ viuificare/ibi: Viuificas. ⁊
viuificatos ⁊ purgatos gl̄ia remunerare/ibi: Benedicis.
de carcere: ⁊ restituet regno suo pristino / deiecto deo nūc
regnāte. Et sm hoc dicūt petendū esse Adueniat reg. t. tibi
scꝫ lucifero vt regno a quo pulsus es: restituaris. He sunt tā
delire frivoleꝗꝫ fictiōes fabule: stulte ⁊ blasphemie: vt des
ducit btūs Aug. cōtra faustū. Et sunt tam fatua deliramen
ta: vt nō sint tam digna reprobatione/ q̄ irrisione: quapro
pter illis irrisionibꝰ derelictis/ ad vere ⁊ catholicā huiꝰ pe
titionis expositionē pcedamꝰ. ¶ B Solet aūt varijs mo
dis exponi: nō aduersis licet diuersis/ sm multiplex dei re
gnum. Nā de septuplici regno legitꝰ in scriptura. Primuz
est regnū dei vniuersale. de quo in ps̄. cij. Regnū ipiꝰ oībꝰ
dn̄abit. ⁊. j. Tim. vj. Solus potēs rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiuz
Scd̄m est regnū scripture. de quo dr̄ Mat. xxj. Auferet a
vobis regnū dei: ⁊ dabit genti facienti fructꝰ eius. Auferet
a vobis carnalibꝰ ⁊ induratis iudeis/ regnū dei ⁊ intelligē
tia spūalis scripture sacre: p eo q̄ christū reprobastis: qui
verū scripture intellectū reserauit. Vñ ⁊ execati sunt in diē
hunc innitētes littere q̄ occidit: spūm. i. intellectū scripture
q̄ viuificat abijciētes. Tertiū est regnū ecclīe militantis: de
Math. xiij. quo plurime habent parabole euāgelice. sicut est ista: Si
mile est regnū celoꝝ sagene misse in mari. Item colligēt de
Ibidem regno suo oia scandala. i. de eccl̄ia sm expositionē Grego.
Quartū regnū est regnū grē: de quo Lu. xvij. Regnū dei
intra vos est. i. gratia que veri regni origo est ⁊ principiuz.
Quintū est regnū glīe: de quo Lu. xiiij. Btūs q̄ māducas
bit panē in regno dei. vbi glo. i. in btitudine. Sextū regnū
est locus btitudinis: de quo Math. xiij. Fulgebūt iusti in
regno patris eoꝝ. i. in celo. Septimū regnū/ christi ꝑsona
est: de quo Luc. xj. Si in digito dei eijcio demonia: ꝑfecto
puenit in vos regnū dei. i. christꝰ. Glo. Mat. xij. De oibus
his regnis peritio intelligit: precipue tn̄ de regno glīe qđ
est btitudo. ¶ C Primū regnū/ est regnū dei vniuersale
⁊ eternū: quo sue potentie oia in celo ⁊ in terra ⁊ in oibus
abyssis subiecta sunt: de quo in ps̄. dicit. Regnū tuum re
gnū oim seculoꝝ: ⁊ dn̄atio tua in gn̄atione ⁊ ge. ⁊ Apocal.
xix. In femore eius scriptū est: Rex regum ⁊ dn̄s dn̄antiū.
Istius regni aduentū nō petimꝰ. sm Aug. in ser. dn̄i in mō
te: quasi dn̄s nō regnet semꝑ vbiqꝫ ⁊ sup oia: qm̄ in sua di
tione cūcta sunt posita: ⁊ nō est qui sue possit resistere volū
tati. Hester. xiij. Nā oia quecūqꝫ voluit fecit in celo ⁊ in ter
ra ⁊c. ps̄. cxxxiij. Quāuis aūt sic sup oia regnet imutabili
ter: nō tamen oibus cōstat: nec cōstabat. Multi siquidem
insipientes ⁊ mali nō cōfitentur: nec confitebant deū dn̄m
esse vniuersoꝝ: imo nec deū esse. Dixit em̄ insipiens in cor
de suo nō est deꝰ. Petimꝰ ergo sm btm̄ Aug. Adue. re. tuū:
id est dei regnū qđ semꝑ est fuit ⁊ erit/ oibꝰ innotescat: ⁊ eui
denter manifestet. Hoc aūt erit in finali iudicio: qn̄ christꝰ
dn̄s cum magna ptāte apparebit. Tunc em̄ ꝑ euidentē ex
perientiam apparebit vniuersale dn̄ium sup oia. Tunc em̄
ad suū imperiū celū ⁊ terra mouebunt: mortuiqꝫ resurgēt
ac oēs cognoscent vniuersale dei regnū ⁊ oipotentiā in po
tenti punitione maloꝝ ⁊ misericordi premiatione bonoꝝ
⁊ iustoꝝ. Tunc ꝑfecte ⁊ clare oibus ostendet q̄ deꝰ regnat/
regnauit ⁊ regnabit in eternū. Tunc apparebit qđ aplus
Hebr. ij. dicit Heb. ij. Oia subiecit sub pedibꝰ eius. In eo em̄ q̄ oia
ei subiecit: nihil dimisit nō subiectū ei. Nūc aūt nō videmꝰ
oia subiecta ei: scilꝫ qualiter cōpleto finali iudicio: ⁊ facta
cōsummatione seculi/ erunt ei oia subiecta: ꝑpter quod re
gnum dei dicet tunc aduenisse: quādo euacuata omi ptāte
principatu ⁊ virtute: solus deꝰ regnabit in eternū. Tūc chri j. Corinth. xv.
stus tradet regnū deo patri: id est fideles ducet ad visionez
dei: beatāqꝫ summe trinitatis fruitionem. Tūc sancti ⁊ iu
sti cognoscentes dei iusticiaꝫ in punitione maloꝝ: ⁊ miam
in premiatione bonoꝝ dicent: Regnauit dn̄s deꝰ noster oi
potens: gaudeamꝰ ⁊ exultemꝰ ⁊ demus gl̄iaꝫ ei. Apoc. xix. Apocal. xix.
Hoc est regnū sm hanc expositionez qđ aduenire petitur.
Ex quo sensu huiꝰ petitionis/ patet qualis esse debet chri
stianus: ⁊ q̄ pure cōscientie: qui quotidie rogat iudiciū dei
superuenire. de hoc etiā btūs Chryso. Regnū diaboli queri
tur tolli de medio: ideoqꝫ dicit: adueniat reg. tuum: qꝛ oēs
nō sunt iusti. Hoc aūt tunc fiet: qn̄ oēs iniqui cum principe
suo diabolo mittent in stagnū flāmeū inferoꝝ. Tunc em̄ re
gnum vnū ab alio separabit. Concordare huic videt Glo.
math. vj. dicens: Regnū dei tūc aduenire nemo pōt igno
rare: cum filius hoīs venit singulos iudicare. Ex quo sens
su btūs Hiero. Grādis fiducie est ⁊ pure cōscientie postu
lare regnū dei: id est iudiciū dei nō timere. grādis vtiqꝫ: cū
nesciat homo an amore vel odio dignꝰ sit: sed oia in futuruꝫ Eccl̄e. ix.
seruant incerta. Multū reuera ostēdit se dn̄o cōfidere: qui
in hoc mortali statu dei iudiciū supplicat aduenire. Nō ta
men timet cū impijs cōdemnari: sꝫ magis expectat cum iu
stis ex dei grā coronari. De hoc abbas Isaac vbi. s. Vel cer
te illud regnū qđ prestituto tpe est oībꝰ perfectis ac dei fi Math. xxv.
lijs gn̄aliter repromissum. in quo eis dicet a christo: Veni
te bn̄dicti patris mei: possidete paratū vobis regnū a con
stitutione mūdi: Mens pura intentis id quodāmō obtu
tibus ac defixis desiderās ⁊ expectans/ dicensqꝫ ad eū: Ve
niat regnū tuū. Nouit em̄ testimonio ꝯscientie sue cū appa
ruerit: mox eiꝰ se futurū esse cōsortē. Hec em̄ dicere vel opta
re criminosoꝝ nullus audebit: qꝛ nec videre tribunal iudi
cis valet quisquis sub aduentu eiꝰ non palmā/ nec premia
suis meritis: sed penā nouit potiꝰ repēsandā. ¶ D De se
cundo regno exponit: Adueniat regnū tuum. i. ad nos ve
niat regnū scripture tue: vera scꝫ intelligentia diuinoꝝ elo
quioꝝ: Ne vt iudei ⁊ ceteri infideles ignorantie tenebris
obruamur: ⁊ velut ceci in foueam cecoꝝ precipitemur. vtqꝫ Math. xxij.
nō audiamus illud christi improperiū. Erratis nescientes
scripturas. Hec est expositio beati Ambro. ¶ De tertio re
gno ecclesie exponitur: Adueniat regnū tuū. i. regnū eccle
sie veniat per sui scilꝫ dilationem ⁊ exaltationem: vt ⁊ per
sonarum numero ⁊ merito augeatur: vt infideles ecclesie
membra efficiant cōuersi in fide ⁊ charitate pficiant: vt re
gnū synagoge ⁊ antichristi necnō ⁊ diaboli infirmet ⁊ dis
sipetur. Vel regnū tuum quod est ecclesia militans: adue
niat. i. veniat ad regnū triumphans: vt eis fiat vnū ouile ⁊
vnus pastor ouium. Vel sic/ Adue. reg. tuū: id est prelibas
tio ⁊ pregustatio dulcedinis patrie ⁊ regni triumphantis
veniat ad regnū ecclesie: vt gustato spiritu desipiat ois ca
ro. i. carnalis cōcupiscentia: quatenꝰ pregustet ⁊ credat per
fidem: qđ est in regno triūphante per speciem: vt sic dice
re posset/ allecta pregustationis dulcedine/ nostra cōuersa
tio in celis est. ¶ De quarto regno scꝫ gratie: Adueniat re
gnū tuū. i. ad nos veniat grā tua: vt illa in nobis regnet: et
destruatur corpus pcti ⁊ malicie: vt per ipsam pareamꝰ pre
ceptis tuis ⁊ cōsilijs: vt ita nō solū sis rex noster potentia:
sed in nobis regnes ⁊ principeris gratum faciente gratia.
Quippe aliud est esse regem: aliud regnare. Deꝰ em̄ natu
raliter rex est oim: nec tn̄ in oibus regnat: qꝛ nec oēs eiꝰ fa
ciunt volūtatē. In iniquis nō deꝰ: sed diabolus regnat cu
ius faciūt volūtatem. Quāuis etem̄ oēs in ptāte sunt dei:
quia tamen esse nolūt sub deo: non habent in se regnū dei.
Duo quidē sunt regna in mūdo cōmixta/ dei scꝫ ⁊ diaboli:
q̄ sm btm̄ Aug. xiiij. de ciui. dei/ dicunt due ciuitates quas c. xxviij.
cōstituūt duo amores. Regnū dei siue ciuitatē celestē cōsti
tuit amor dei vsqꝫ ad cōtemptū sui. Ciuitatē terrenā amor
sui vsqꝫ ad cōtemptū dei. Illa in seipā: illa in dn̄o gloriatur.

Primū regnū ſm Chryſ. ſup Matth. petimꝰ tolli de mū-
do / regnū ſcilȝ diaboli / cū dicimꝰ: Adueniat re. tuū. i. fac vt
iniqui qui ſunt de regno diaboli: iuſtificent ⁊ fiant mēbra
⁊ ciues tui regni. Et hoc eſt qḋ dicit btūs Hiero. Gñaliter
pro totius mūdi petimꝰ regno: vt ſcȝ diabolus in mūdo re-
gnare deſiſtat: ⁊ in quocūqȝ regnet deꝰ: ⁊ non regnet peccatū
in hoc mortali corpore. De hoc ⁊ Iſaac abbas: vt recitat Caſ-
ſianus colla. xiiij. ait: Petitio mentis puriſſime aduenire
iam iāqȝ regnū ſui patris exoptat. Uel iſtud ſcȝ quo chriſtꝰ
regnat in ſanctis. Qḋ ita fit cū diaboli iperio ꝑ extinctionē
fetentū vitioꝝ de noſtris cordibꝰ expulſo: deꝰ in nobis per
virtutū flagrātiā ceperit dñari: vt dū deuicta fornicatione
caſtitas: ſuꝑato furore tranquillitas: calcata ſuꝑbia humi-
litas in nr̄a mente regnent. ¶ E De quinto regno qḋ eſt
regnū glorie / eſſentialis ſcȝ ⁊ formalis btitudinis eterne:
exponit: Adueniat reȝ. tuū. i. intra nos veniat eterna btitu-
do: q̄ eſt clara dei viſio poſt huiꝰ vite fidem. Perfecta eius
fruitio poſt imꝑfectā charitatē. Firma tentio poſt ſpei nr̄e
ꝑegrinationis anchorā. Petimꝰ ergo vt poſt tranſitū huiꝰ
vie / intra nos veniat btitudo hec que conſiſtit in actibꝰ in-
teriorībꝰ potentiarū aīe nobiliſſimis: reſpectu ſummi ⁊ no-
biliſſimi obiecti: quos concomitat̄ gaudiū ⁊ interminabi-
lis exultatio. Ex qua redūdat glīa corporis ꝑ reſurrectionē
anime reuniti: ꝑ que ſatiat̄ ois humanus appetitꝰ. Rōna-
lis in perfectiſſima poſſeſſione obiecti btifici oibus modis
quibꝰ poterit poſſideri: ſenſitiuus ⁊ naturalis in dotibꝰ cor-
poris: quā ſatietatē preſtare nō poſſunt ſine deo oēs creatu-
re teſte btō Aug. li. j. cōfeſ. Dñe inquit feciſti me ad te: inq̄e-
tum eſt cor meū donec quieſcat in te. Et ꝓpha in pſ. Satia-
bor cū apparuerit glīa tua. Hec btitudo vere dei regnū eſt
q̄m facit oēs btōs regnare cū deo in eternū ꝑ pleniſſimam
volūtatis cōcordiā: ꝑ quam quecūqȝ voluerint poterūt in
celo ⁊ in terra / ⁊ in oibꝰ creaturis. Nimirū: q2 oipotens dei
volūtas / etiā eoꝝ eſt volūtas. Nec aliud velle poterunt: ni-
ſi qḋ deū velle cognoſcūt: quē plus ſeipſis ⁊ ſuꝑ oia diligūt
quoꝝ ſummū eſt gaudiū: ſummūqȝ deſideriū diuine volū-
tatis in ſeipſis / ⁊ in oibus alijs efficax cōplementuȝ. Huic
expoſitioni cōſonat illud bti Cypriani: Regnū petimꝰ ad-
uenire nobis a deo repromiſſum ⁊ chriſti ſanguine acquiſi-
tum: vt qui in hoc ſeculo ei ſeruimꝰ: poſtmodū cum ipo re-
gnāte regnemꝰ. Uel certe illud regnū petimꝰ aduenire: qḋ
pſtituto tpe oibꝰ ꝑfectis ac dei filijs gnaliter eſt repromiſ-
ſum. Ad qḋ recipiendū a chriſto inuitant̄ ipo dicente: Ue-
nite bñ. pa. mei. ꝑci. re. qḋ vo. pa. eſt ab origine mūdi. Adue-
niat petimꝰ: ac ſi dicamꝰ. pōdere peccati ⁊ mole corporis ꝑgra-
uati ad id aſcēdere nō valemꝰ. Ueniat igit̄ ad nos: vt nos
hinc abſumat: q̄ a pñti ⁊ futura miſeria liberemur. Sȝ quō
petimꝰ nobis hoc aduenire: cū potiꝰ nos vadamꝰ ad ipſum
Rñſio: Non poſſumꝰ venire ad hoc regnū / niſi ipm pꝰ ad
nos veniat. Btitudo eñ q̄ ꝑ regnū illud intelligit̄: q̄uis fi-
nis vltimatꝰ ſit hois: nō tñ eſt finis hois naturalis: quē ſcȝ
attingere poſſit hō naturali ſua vtute ⁊ ꝑfectiōe: ſȝ eſt finis
ſuꝑnaturalis quē nō niſi ex dei bñficio cōſeq̄ poterit ⁊ grā
ſpāli. Petimꝰ igit̄ vt nobis adueniat ex dei mia: q2 ad ipſuȝ
venire nō poſſumꝰ ex nr̄a natura. Imꝰ tñ ad ipm in hac via
ꝑ mādatoꝝ dei obſeruātiā: ac ꝑ bona vtutūqȝ opa. Sȝ ad
ipm nō ꝑuenimꝰ niſi in patria: ⁊ hoc ex dei tm̄ bonitate ⁊ mia.
Ad titū .iij. Nō eñ ex opibꝰ iuſticie q̄ fecimꝰ nos: ſȝ ſm ſuā miaȝ ſaluos
nos fecit. Et in pſ. Grām ⁊ glīam da. dñs. Adueniat peti-
mus re. tuū: nō regnū tpale ⁊ terrenū. de quo in li. regū le-
gitur: q̄ talis rex tpe tanto totqȝ annis regnauit ⁊ mortuꝰ
Luce. j. eſt: ſed regnū tuū celeſte ⁊ ꝑpetuū nullo vnq̄ fine terminā-
dū / ſm Gabriel̄ eulogiū ad virginem: Et regni eiꝰ nō erit
fi. Et in pſ. cxlv. Regnabit dñs in ſecula deꝰ tuꝰ ſion: in oi
gñatione ⁊ generationeȝ. Sic ergo regnū illud petimꝰ ad-
ueniat: vt regnū quo tu modo regnas in nobis per fidem:
ꝑueniat ad regnū quo tu in nobis regnabis per ſpēm. i. re-
gnum fidei ad regnū trāſeat ſpeciei: in quo regno requie-
ſcunt aīe ſanctoꝝ: vbi gaudiū ſine merore: leticia ſine triſti-
cia: reqes ſine labore; dignitas ſine tremore: vbi nihil deeſt
qḋ appetitur: nihil adeſt qḋ faſtidit̄: nulla turbat aduerſi-
tas: nulla moleſtat iniquitas: dulceſcit in omnibꝰ charitas.
¶ F De ſexto regno btitudinis ſcȝ loco: ſic exponit̄: Ad-
ue. re. t. id eſt ad nos veniat: nō ꝑ trāſlationem ſm locū: ſed
vt fiat noſtra habitatio regnū tuū locus ſctōꝝ / domus pa-
tris: in quo cōſtitute ſunt multe manſiones lucidiſſime: in
quibꝰ requieſcūt ſctōꝝ aīe in pulchritudine pacis ⁊ requie
opulenta. In cuiꝰ atrijs melior eſt dies vna / q̄ alibi decem Esa. xxvi
milia. Hoc regnū ꝓpheta ſibi aduenire petijt cum orauit.
Unā petij a dño hanc requirā: vt inhabitē in domo dñi oi-
bus diebus vite mee. Hec domꝰ terra viuētiū plena bonis
dñi: ciuitas q̄ nō eget ſole: q2 claritas dei illuminabit eā: et
lucerna eiꝰ eſt agnꝰ: cuiꝰ porte nō claudunt̄ nocte: q2 nox vl-
tra nō erit: ⁊ oē maledictū nō erit amplius: ſed ſedes dei
⁊ agni in illa erūt: ⁊ ſerui eiꝰ ſeruient ei: ⁊ videbūt faciē eiꝰ:
⁊ nomen eiꝰ in frontibꝰ eoꝝ: vbi illuminabunt̄ a dño: ⁊ re-
gnabūt in ſecula ſeculoꝝ. Apoc. penul. ⁊ vlt. De laude huiꝰ
regni ciuitatis ſctē hierlm multa ſcribit beatꝰ Aug. in ſuis
meditationibꝰ. c. xxiiij. ⁊ xxv. inter cetera ita dicens: Mu-
ri tui ex lapidibꝰ precioſis: porte tue ex margaritis optimis:
platee tue ex auro puriſſimo. In quibꝰ iocūdū alla ſine in-
termiſſione concinit̄. Sequit̄: Specioſa facta es ⁊ ſuauis
mater hierlȝ. Et in. c. xxv. Nā quis ꝓnat ſumme pacis quā-
ta ſit leticia: vbi ex viuis margaritis ſurgūt edificia. Auro
celſa micant tecta: radiant triclinia. Solis gēmis ꝑcioſis
hec ſtructa necti̅t: auro mūdo tanq̄ vitro vrbis via ſternit̄
Abeſt limus: deeſt ſimꝰ: lues nulla cernit̄. Hyems horrens
eſtas torrens: illic nunq̄ ſeuiūt. Flos ꝑpetuus roſarū ver
agit ꝑpetuū. Candent lilia: rubeſcit crocus: ſudat balſamū:
Uirent prata: vernant ſata: riui mellis influūt. Pigmētoꝝ
ſpirat odor: liquor ⁊ aromatū: pendent poma floridoꝝ: nō
lapſura nemoꝝ. Nō alternat luna vices: ſol vel curſus ſide-
rū. Agnꝰ eſt felicis vrbis lumen inocciduuȝ. Nox ⁊ tpa de-
ſunt ei: diem fert cōtinuū. Et ſequit̄. Inde ſtatū ſemꝑ idem
exiſtētes capiunt. Clari viuidi iocundi nullis patēt caſibus
Abſunt morbi ſemꝑ ſanis: ſenectꝰ iuuenibꝰ. Hic perēne te-
nent eſſe: nā tranſire trāſijt. Inde vigent / virent / florēt / cor-
ruptela corruit: imortalitatis vigor / mortis vim abſorbuit.
¶ G De ſeptimo regno qḋ eſt chriſtꝰ exponit̄: Adue. reg.
tuū. i. chriſtꝰ qui eſt rex regū magnꝰ ſuꝑ oēm terrā. Cuiꝰ ſm
Hugonē triplex eſt regnū: ſcȝ regnū potētie: regnū ſapiētie
regnū bonitatis ⁊ leticie. Ueniat igit̄ regnū potētie ad nos
debiles ⁊ infirmos roborādos. Ueniat regnū ſapiētie ad
nos inſenſatos ⁊ inſipiētes illuminādos. Ueniat regnū bo-
nitatis ⁊ leticie ad nos flebiles ⁊ afflictos cōſolādos. Hāc
expoſitionē tangit btūs Cyprianꝰ dicens. Pōt fratres dile-
ctiſſimi ⁊ ipſe chriſtꝰ eſſe regnū dei qḋ venire quotidie cu-
pimꝰ. Cuiꝰ aduentꝰ vt cito nobis preſentet̄ optamꝰ. Nā cū
reſurrectio ipſe noſtra ſit: qui in ipſo reſurgimꝰ: ⁊ regnum
dei pōt ipſe intelligi: q2 in illo regnaturi ſumꝰ. Ut aūt hec
regna adueniāt dū oramꝰ: neceſſe eſt etiā pro eoꝝ aſſecutio-
ne totis nos quibus poſſumꝰ viribꝰ laborare: ⁊ ad hec me-
dijs vijs / ⁊ modis debitis ad hoc ordinatis toto conatu ten-
dere ꝑ obſeruātiā mādatoꝝ: ꝑ cōtemptū mūdanoꝝ: per fer-
uens deſideriū eternoꝝ. Ad pmū roborat vera dilectio dei
que ſm Gre. magna opat̄ ſi eſt / ſcȝ in hoie: ſi opari deſiſtit
non eſt. Nam charitatis ꝓbatio operis eſt exhibitio. Ad ſe-
quentia duo inducit vera eorūdem cognitio. Nō eñ mun-
dum diligere poteſt qui ſedula cogitatione meditat̄: q̄ bre-
uis vana ⁊ inſtabilis eſt huiꝰ mūdi gloria: q̄ impure eiꝰ de-
litie ⁊ amara ſunt gaudia: q̄ infirma ⁊ ad preſtandum qḋ
ꝓmittūt: ipotentia: q̄ caduca ſunt terrenaꝝ diuitiaꝝ appa-
rentia bona: q̄ denicȝ terribilis ⁊ tremēdus eſt finis eoꝝ
ad quē ducūt: inferni ſcȝ cruciatus ⁊ interminabilis pena.
Hec ſine dubio ſi diligēter ⁊ ſedulo meditata fuerint ⁊ me-
morie cōmendata: regnū mūdi nō appetendū oſtendūt: ſȝ
cōtēnendum. Sic e regione eternoꝝ deſideriū in nobis ac-
cendit inexplicabilis gloria: iocunditas gaudioſa: ſummi
boni poſſeſſio: ⁊ vniuerſoꝝ deſiderabiliū ſatians abundan-
tia fideli mente frequentius ruminata illius regni celeſtis
quod ab

qđ ab origine mūdi preparatū est oībus: illud pio corde ⁊ opere querētibꝰ qđ ⁊ nos petimus cū orantes dicimus adue.reg.tuū. ¶ D Circa istā clausulā occurrunt duo dubia. Primū vtrū qlibet viator fidelis possit exaudibiliter hanc orōnē fundere ad deū: Adue.reg.tuū. Qđ sic: nam xps veritatis magr oēs mortales fideles docuit sic orare: nec eius doctrina est inutilis aut inefficax: ergo quilibet pōt vtiliter hāc orōnē fundere. Fūderet aūt inutilr: si nō exaudiret: ergo ps dubij affirmatiua est vera. In oppositum arguit. Multi viatorꝫ fidelium sunt pscitι: ⁊ nullus
Mat.xx pscitus vtiliter orat hāc orōnē: ergo maior supponit: q: multi sunt vocati pauci electi. Minor pbat: q: inutiliter orat qui inefficaciter orat: tales sunt psciti. Inefficaciter enim orat psciꝰ: Adueniat regnū tuū: q: nūq ꝯsequet regnū: idest btitudinē. Sic em capit regnū in dubio p quo orat
¶ Pro solutiōe aduertendū: q exaudiri orantem in hac orōne pōt intelligi dupliciter. Uno mō p seipso. Alio mō p alijs. Pro alijs quidē pōt exaudiri: pōt em illā petitionē deo porrigere qlibet fidelis in psona totius ecclie: aut in psona fideliū saluandorꝫ: ⁊ ita p illis exaudiri. Concessit em hoc dei benignitas: vt vnus alteri gratiā impetrare possit: ⁊ ita mediante grā vitā eternā. Immediate tamē nullus quātumcūq deo gratus: impetrare potest alteri aduentum regni glorie ⁊ beatitudinis. Quia statuit deꝰ nulli dare beatitudinem pper merita alterius: sed vel propter merita christi: vt nouiter baptizatis statim decedentibus: vel propter merita propria: vt supra de orationibus sctōrꝫ lec lvi. latius est ostēsum. Pro seipso aūt orans maiorē videt hre difficultatē pper psciros: de qbus est argumentū in oppositū. Et de hoc dr: q pscitus pōt saluari: q: pōt nō esse pscitus: cū sit ꝯtingēter psciꝰ: licꝫ nūq saluabit. Prescientia em dei nō necessitat liberū psciti arbitriū. Alioqn prescitus peccare nō posset: q: in eo q nō subest libere volūtati: hō nō potest pctō actuali peccare. Pōt ergo pscitus pctm cauere cooperāte grā dei: q ei nō subtrahit nisi volūtarie eā abijciat: imo pōt finaliter in grā pmanere: sicut pōt saluari: licet nō pseuerabit.
¶ Si querit an pscitus efficaciter oret p se: Adueniat regnū tuū. Dicendū q nō/loquēdo de regno beatitudinis Non em impetrat qđ petit: ergo orō sua nō est efficax. Sed ideo inefficax: q: nō orat pseuerāter: finaliter em cadit in mortale: ⁊ si tūc orat: nō orat pie. Si dicis pono q oret pseuerāter. Respondet q casus repugnat priori: scꝫ q sit pscitus: ⁊ q oret pie ⁊ pseuerāter. Nam si est pscitus: finaliter peccabit mortalr: ⁊ in illo pctō morietur: iō nō stat q oret pie ⁊ pseuerāter. Si aūt p regnū dei intelligat regnū grē: non est dubiū qn possit efficaciter petere: adue. reg.tuū: ⁊ exaudiri. Nā pscitus multo tpe quo est in via pōt stare in grā sicut de saule ⁊ traditore iuda. Nā de saule dr: j. Regū.ix. q fuit electus ⁊ bonus: ⁊ nō erat vir de israel melior eo: ⁊ tñ tandē reprobꝰ effectus. Nam de eo
j.paral.x dr: Mortuꝰ est saul pper iniqtates suas. Phitonissam cōsuluit nec sperauit in dño: pper qđ interfecit eū. Sic iudas ex discipulo factus est traditor. Similr ⁊ pdestinatus pōt p multū vite sue tēpus stare in pctō: vt patet de latrone conuerso in cruce. Et paulo prius persecutore: postea egregio gentiū doctore. Pōt ergo pscitus cōuerti ⁊ agere penitentiam ⁊ cōsequi gratiā: ac p eam eē gratus ⁊ acceptus deo: ⁊ efficaciter pro se ⁊ alijs orare: licet gratiā finaliter nō custodiet. Et p hoc pꝫ ad dubiū responsio affirmatiua: q qlibet viator pōt hāc petitionē efficaciter ⁊ vtiliter fundere: nō aūt oēs sic faciūt. Nā psciti nō pseuerant in grā: q: nō diuina pdestinatione necessitante: sed sua libertate auertuntur a deo finaliter/morientes in mortali culpa. ¶ I Scdm dubiū qn adueniet regnum btitudinis dei electis: An em post extremū iudiciū: an aīabus sufficienter purgatis: an purgatiōe nō indigentibꝰ ante diem generalis resurrectionis. ¶ De isto olim fuerūt qui dicerent: aīas p mortē a corporibus separatas ante generalē resurrectionē ⁊ extremi iudicij sententiā/nō esse beatas: nec intuitiue ⁊ facialiter deū videre: eoq nō pfecte frui: quātumcūq sint ab oibus pctis originali ⁊ actuali mortali et veniali absolute: nihil habentes a quo purgari debeant: allegātes pro se: q: xps nullibi legit aīabus a corporibꝰ separatis pmisisse beatitudinē siue regnū celorꝫ: sed hoibus post diem finalis iudicij. Un petro interroganti. Ecce nos reliquimꝰ oia
⁊ secuti sumꝰ te: qđ ergo erit nobis. Rndit xps. Amē di matthei. xix.
co vobis: q vos q secuti estis me: in regeneratione cū sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim: iudicātes duodecim tribꝰ israel. Et ois q reliquerit domuꝫ aut fratres aut sorores ⁊c. pter nomen meū: cētuplū accipiet ⁊ vitā eternā possidebit. Et ibidē.xxv. Cū venerit filiꝰ hominis i maiestate sua: ⁊ oēs angeli eiꝰ cū eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue: ⁊ cōgregabunt ante eū oēs gētes. Et sequit. Tūc dicet his q a dextris erūt. Uenite benedicti patris mei/possidete paratū vobis regnū a cōstitutiōe mūdi. Et.j. Et ibunt hi in suppliciū eternū: iusti aūt in vitā eternā. Itē j. Pet.v. Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tēpore visitatiōis. Et.j. Ioh.iij. Charissimi nūc filij dei sumus: ⁊ nondū apparuit quid erimꝰ: qm videbimꝰ eū sicuti est. Ex quibꝰ et multis similibꝰ patet q beatitudo est nobis pmissa post diē finalis iudicij. Ad hoc em ordinatū est iudiciū illud: vt vnicuiq retribuat sm opa sua. btitudo p bonis meritis: pena p demeritis. Qđ si aīe iā essent btē: frustra h iudiciū esset futurū. Et sm h dicūt: q licet aplus plus oībus laborauit: nō tñ psumpsit suis ex meritis statim post mortem gloriā sibi dari: sꝫ magis p modū depositi in thesauris regis glorie merita sua recōdi vsq in diē
finalis retributiōis di. Scio cui credidi: ⁊ certꝰ sum: quia ij.ad Ti
potēs est depositū meū seruare in illū diē. Et ibidē.c iiij. moth.j.
Reposita ē mihi corona iusticie: quā reddet mihi dñs i illa die iustꝰ iudex. Nō aūt solū mihi: sed ⁊ his q diligūt aduentū eius. Loq videt de die vltimi iudicij: in quo tanq iustus iudex viuorꝫ ⁊ mortuorꝫ pmia sm meritū vnicuiq dispēsabit. ¶ Itē Aug. in enchi.c.cviij. Tempus inquit/ qđ inter hois mortē ⁊ vltimā resurrectionē interpositūꝫ est: aīas abditis receptaculis cōtinet: sicut vnaqueq digna est: vel requie vel erūna: p eo qđ sortita est in carne dū viueret. sed abdita habitacula nō possunt intelligi celū ⁊ infernus: q: in illis aīe etiā post resurrectionē vltimā erūt in corporibꝰ. vñ p nihilo distingueret tēpus añ resurrectionē ⁊ post. ¶ Itē glo. sup illud ps. Adhuc pusillū ⁊ iam nō erit pctōr: dicit. Sancti liberant in fine vite: ⁊ post hanc tñ vitam ibi nō erūt vbi erūt sci qbus dr. Uenite benedicti pris mei. Isti autē sancti erūt in celo: ergo sci post hāc vitā nō statim ascendūt in celū. Item beatꝰ Bern. in ser.ij. de oibus sctis (tractās illud Apoc.vj. Uidi subtus altare aīas interfectorꝫ pper verbū dei: ⁊ propter testimoniū qđ habebāt: ⁊ clamabāt voce magna dicētes. Usq quo dñe sanctus ⁊ verus nō iudicas ⁊ nō vindicas sanguinē nostrū de his q sunt i terra. Et date sunt illis singule stole albe: ⁊ dictuꝫ est illis: vt requiescerent adhuc tps modicū donec cōpleant ꝯserui eorꝫ. Inquit) Altare dicit corpus saluatoris. Et sequitur. Interim sub xpi humanitate sci fideliter requiescūt: in quā nimirum desiderāt etiā angeli videre donec veniat tps: qñ iā non sub altari collocabūtur: sed exaltentur sup altare. Et sequit. Ostēdet em filius semetipm nō in forma serui: sed in forma dei. Ostēdet etiā nobis patrē ⁊ spm sctm sine q visione nihil sufficeret nobis vñ Iohā. Scimus cum apparuerit similes ei erimus: q: videbimꝰ eū sicuti est. In hac aūt visione ꝯsistit beatitudo: vt ibi ꝯsequēter declarat. Item ser.ij. de sanctis idem tractās illud ps. Cōuertere aīa mea in requiē tuaꝫ: q: dñs bñfecit tibi. dicit. Ad requiē exute corporibꝰ aīe pmus admittunt. Ad gloriam regni/nō ita. Quātum ad illā dr: Sustinete modicū tps donec impleat numerus fratrū vestrorꝫ. Et in eodē ostēdens qbus gaudijs pfruantur aīe ante resumptionē cor

porum dicit. Triplici gaudio exultant. De recordatione
trāsacte virtutis: de exhibitione p̄sentis quietis: de expe
ctatione future ꝯsummationis. Ex q̄bus oībus videt̄ vel
le btūs Bern. ꝙ aīe ante resurrectionē nō sunt btē: nec
vidēt diuinā essentiā nude ⁊ btifice. Item ad idē arguūt
rōne. Maior est glīa aīarū ꝙ glīa corpoꝝ: sed simul oī
bus reddit̄ glīa corpoꝝ: vt sit maior leticia singulorū ex
cōi gaudio. vt hr̄ ex Glo. ad Heb. xi. sup illud. Deo aliqd
melius ꝓ nobis ꝓuidēte ⁊c. Ut in cōi gaudio oīm: mai⁹
fieret gaudiū singuloꝝ: ḡ multo fortius glīa aīarū debet
differri vsq̄ ad finē vt simul oībus reddat̄. Preterea pe
na ⁊ p̄miū q̄ ꝑ sententiā iudicij reddunt̄: iudiciū p̄cedere
nō debēt: sed ignis inferni ⁊ gaudia paradisi dabuntur
hoībus ꝑ sententiā xp̄i iudicātis in vltimo iudicio: vt ptꝫ
Matth. xxv. ḡ ante diē iudicij nullus ascēdet in celuꝫ: ⁊ ꝑ ꝯñs nullus
ante iudiciū videbit beatifice deū: quia beatifice visioni
tanq̄ summo p̄mio debet̄ excellētior loc⁹. ¶ Et Ad h̄
dubiū semota ambiguitate dicendū est: ꝙ aīe a corpore
absolute statim ꝯsequūtur vel p̄miū vel penā nisi impe
diat aliqd debitū adhuc satisfaciēdi ꝓ pctīs venialibus
aut mortalibus dimissis: qd̄ p̄us solui opꝫ: qꝛ cūꝫ debito
cuiuscūq̄ pene etiam temporalis vnius hore/ nemo in
trare potest ad regnū: oportet ergo animas ad beatitu
dinē admittendas ante beatitudinis consecutionē ab oī
debito pene absolutas eē ⁊ purgatas. Hoc ḡ impedimē
to sublato/ aīa statim vt de corpore egredit̄ descendit in
infernū: aut euolat in celū. Huic veritati attestant̄ mani
feste autoritates scripture canonice: dicit btūs Tho. in
iiij. scrip. dist. xlv. q. j. arti. ij. ⁊ documēta sanctoꝝ patrum.
Un̄ ꝯtrariū ꝓ heresi est tenendū: vt ptꝫ. iiij. dial. ⁊ in lib.
de dogmatibus eccl̄ie. Hec Tho. Et addit exēplū. Sicut
in corporib⁹ est grauitas ⁊ leuitas: q̄ ferūtur in locū suū
q̄ est finis motus eorū: Ita etiā est in aīabus meritū vel
demeritū: q̄bus ꝑueniūt aīe ad premiū vl̄ ad penā q̄ sunt
fines actionū ipsarū. Un̄ sicut corpus ꝑ leuitatē vel gra
uitatem statim fertur ad locū suū nisi ꝓhibeat̄: ita anime
statim soluto vinculo carnis: ꝑ qd̄ in statu vie detineban
tur: premiū ꝯsequūtur vel penā nisi aliqd impediat. Cer
tum autem est ꝙ premiū electoꝝ animarū est beatitudo.
Jo. xvij. ¶ Hec etiā veritas patet ꝑ illud. Pater quos dedisti mi
hi: volo vt vbi sum ego ⁊ illi sint mecū: vt videant clari
tatē meā quā dedisti mihi. Et loquit̄ de claritate sue dei
tatis. qꝛ p̄misit. Pater clarifica me apud temetip̄m clari
tate quā habui priusq̄ mūdus fieret apud te. Hec autem
claritas diuine nature p̄missio dei vera est. Sunt ḡ apl̄i
apud deū ⁊ vident claritatem eius: ⁊ eadem rōne ceteri
electi a corpore separati nullū impedimentū habentes.
Item Luce. xxiij. dixit xp̄s ad latronem. Amen dico tibi:
Hodie mecū eris in paradiso. Per paradisum intelligit̄
beatitudo regni celestis: q̄ nō sine visione est. Et ꝙ de ta
li paradiso. i. visione intellexit xp̄us: patet ex serie textus
euāgelici. Nam latrone dicēte ad dn̄m. Dn̄e memēto mei
cum veneris in regnū tuuꝫ. Rn̄dit dn̄s. Amen dico tibi:
hodie mecuꝫ eris in paradiso. Ex q̄bus datur intelligi ꝙ
idem intellexit xp̄us ꝑ paradisum: qd̄ latro intellexit per
xp̄i regnū: latro aūt intellexit ꝑ regnū gloriaꝫ xp̄i: q̄ non
est sine clara visione dei. Un̄ hic est sensus. Hodie mecū
eris in paradiso. i. beatitudine sicut ego: seu in glīa sicut
ego. alioqn quō esset secū. Nō eīm erat latro cū dn̄o in pa
radiso sumpto ꝓ loco corꝑali/ siue terrestri/ siue celesti:
cū ibi nō erat xp̄s. Nondū eīm ascēdit in celū: nec infern⁹
quo aīa xp̄i die illa futura erat: nec sepulcrū quo corpus
xp̄i claudendū erat: paradisus vocari pōt aut regnū xp̄i:
ḡ paradisus qd̄ regnū xp̄i est: est xp̄i glīa/ ⁊ eius btitudo.
Latro aūt nō erat futurus hodie cū xp̄o sm̄ corp⁹: qꝛ nō
fuit resuscitatus illa die a mortuis: ḡ sm̄ aīam a corpore
solutā. Assumpt⁹ aūt est in paradisum sm̄ aīam tm̄: quia
sm̄ illā ꝯsecutus est eandē dei btitudinis gloriam. Et qd̄
latroni tūc ꝓmissum est ⁊ datum sm̄ aīam: similr̄ oībus
aīabus datur post mortē nō habentib⁹ aliqd qd̄ purget̄

Item apl̄s. ij. ad Coꝝ. v. c. dicit. Scientes q̄m dum sum⁹
in hoc corpore: peregrinamur a dn̄o. Per fidem eīm am
bulamus ⁊ nō ꝑ speciē. Audemus aūt: ⁊ bonā voluntatē
habemus magis ꝑegrinari a corpore: et p̄sentes esse ad
dn̄m: ⁊ iō cōtendim⁹ siue absentes: siue p̄sentes placere
illi. Ex q̄bus verbis p̄ꝓo habet̄ ꝙ dū ꝑegrinamur a dn̄o
scꝫ dum sum⁹ in hoc corpore: ambulam⁹ ꝑ fidē. Dum aūt
ambulam⁹ a corpore ambulam⁹ ꝑ spēm: verius nō ambu
lamus: sed p̄sentes sum⁹ dn̄o ꝑ speciem. Ambulare autē
vel magis p̄sentem esse ꝑ speciē: est deū cognoscere facia
liter intuitiue et btifice: ipso teste. j. Coꝝ. xiij. Uidemus
nūc per speculū ⁊ in enigmate: tunc aūt facie ad faciem.
Nūc cognosco ex parte: tūc aūt cognoscā sicut ⁊ cognit⁹
sum. Hec est cognitio ꝑ speciem: qꝛ tūc sicut nūc ꝑ fidem.
Scd̄o ꝙ apl̄s ꝑegrinari cupiuit a corpore: ⁊ esse deo pre
sens: vt cū deo existens nō ambularet ꝑ fidē sed ꝑ spēm.
Sicut cum alibi dicit. Cupio dissolui ⁊ esse cū xp̄o. Uo Phil. j.
luit ḡ p̄ns esse dn̄o: vt ꝑ speciem. i. facie ad faciē cognosce
ret: quē peregrin⁹ a dn̄o cognouit ꝑ fidē. Sed q̄n hoc cu
piuit ante iudiciū vel post. Rn̄det ipse apl̄s. Uoluntatē
habem⁹ inquit peregrinari a corpore et p̄sentes esse ad
dn̄m: ḡ tunc q̄n peregrinat̄ a corpore. Post iudiciū autē
nō peregrinat̄ a corpore cōpleta iam resurrectione: ḡ an
te iudiciū post mortē corporis: tūc eīm solum peregrina
tur a corpore. Item idem apl̄s in raptu nō plus vidit aut
cognouit q̄ modo sm̄ aīam: sed tunc vidit diuinā substā
tiam facie ad faciem: nō in enigmate ⁊ speculo: sed ꝑ pro
priā spēm sicuti est: ḡ ⁊ nūc videt eodē modo deuꝫ: ⁊ per
ꝯñs beatifice. Consequētia nota: ⁊ maior videt̄ certa: qꝛ
nūc corpore qd̄ corrūpitur ⁊ aggrauat aīam: nō impedit̄
minus q̄ tunc: cum se raptuꝫ nouerat nesciens an in cor
pore vel extra corpus. vt dicit. ij. Coꝝ. xij. Minor patet
ꝑ glo. in loco nūc allegato: q̄ expresse dicit repetitis vici
bus ⁊ diuersis verbis supra positis. Un̄ exponit tertium
celū: idest visionē qua deus videt̄ facie ad faciē. Itē glo.
Augu. tertiū celū intellectualis est visio: ad quā raptus
est apl̄s vt ip̄m deū in se nō in figura aliq̄ videret. Item
glo. diony. In tertio celo throni cherubin seraphin: quo
rū tertius vicinius deū ꝯtēplat̄: ad quoꝝ similitudinem
apl̄s vidisse deū d̄r. Item glo. Aug. ad tertiū celuꝫ qd̄ nō
ꝑ corpus videt̄: nec imaginabiliter: sed ꝓprie ea visione
q̄ superat oēs. ⁊ infra. hoc est tertiū celū: vbi deus videt̄
facie ad faciē. Item glo. p̄mū celū aereū: scd̄m firmamen
tū: tertiū spūale vbi angeli ⁊ scē aīe deo fruūtur in ꝯtē
platione: q glo. expsse aīas scās copulat angelis in dei
fruitione ⁊ ꝯtēplatione. Certū est angelos beatifice frui
deo eūq̄ ꝯtēplari: ḡ ⁊ aīe. Itē vt supra allegatū ē. Apoc.
vj. aīabus sub altari vindictā petentib⁹ date sunt singu
le stole albe. Glo. interli. beatitudo aīe. etiā sm̄ Bern. bi
ne stole sunt glīa aīe ⁊ glīa corporis. Itē be. Amb. in de
bono mortis ait. Aīe purgate post corpoꝝ claustrū visio
ne spūali/ q̄ est ꝑ spēm vidēt deū. Uisio ꝑ spēm distinguit̄
a visione enigmatica q̄ est fidei. Item Augu. lib. medita
tionū ca. xxiij. loquēs ad scōs ait. Per ip̄m vos rogo de
cuius pulchritudine iā satiamini: de cui⁹ beatissima visio
ne semꝑ gaudetis. sola beatifica visio cū fruitione satiat.
Et capl̄o sequēti. Ibi de⁹ est oīa in oībus: quē scti apl̄i ꝓ
phete ⁊ ceteri sine fine vidēt: ⁊ semꝑ vidēdo in ei⁹ amore
ardent amāt ⁊ laudant. Item ca. xxv. Et p̄sentē veritatis
ꝯtemplant̄ spēm. Itē Augu. in de vtilitate creden. expsse
dicit aīas a suis corporibus separatas in possessione illa
plena cōsistere: qua de⁹ videt̄ nō ꝑ speculū sed facialiter
q̄uis in p̄mo retractationū hoc videt̄ in dubiū reuocare
Et btūs Greg. in. iiij li. dialo. ꝑ longū. ¶ M Pōt etiā
ad hoc adduci ꝑsuasio vna fundata in euāgelio. De⁹ pro
nior est ad miserendū/ q̄ ad puniendūꝫ: vt vult Augu. ⁊
fundatur in illo Exo. xx. Ego sum domin⁹ deus tuus for
tis zelotes visitans iniquitates patrum in filios vsq̄ ad
tertiā ⁊ quartā generationē eoꝝ qui oderūt me: ⁊ faciēs
misericordiā in milia his q̄ diligūt me. Deus autē punit

quasdā aīas in inferno ante finale iudiciū. Un̄ dicit Job
xxi. Ducūt i bonis dies suos: ⁊ i pūcto ad iferna dscēdūt
Et Luce.xvi. scribit q̄ mortu⁹ est diues ⁊ sepult⁹ in infer
no. Qui cū esset in tormētis clamās dixit. Pater abraam
miserere mei: ⁊ mitte lazarum vt intingat extremū digiti
sui in aquā: vt refrigeret linguā meā: q: crucio: in hac flā
ma. Qd si ita est: a fortiore aie p̄miant statim post exitu3
a corpore: dū nihil est purgabile in celo. Et ambo illa tā
git btūs Greg. lib. allegato. vbi in psona petri ait. Nosse
velim si nūc ante resurrectionē corporū in celo recipi va
leant aie iustoꝝ. Respōdet dicēs: Hoc nec de oibus iuste
fateri possum⁹: neq3 negare de omnib⁹. Et. j. Si sanctorū
aīas in celo esse sacri eloquij attestatiōe credidisti: opor
tet vt per oia iniquoꝝ aīas esse credas in inferno. Na3 si
cut electos beatitudo letificat: ita credi necesse ē q a die
exitus sui ignis reprobos exurat. Pro ista veritate etiam
facit qd scribit Innocen. iij. in. c. Cu3 marthe. de celebra.
missa. vbi ad questionē archiepiscopi lugdunēsis querē
tis: qualiter fuerit mutatū q in secreta beati leonis in ve
terib⁹ codicib⁹ cōtinet sic. Annue nobis qs dn̄e: vt aie
famuli tui leonis hec psit oblatio: cū in modernis sacra
mētarijs habeat. Annue nobis qs dn̄e: vt intercessiōe
bti leonis hec nob psit oblatio. Rn̄det Inno. q cū sacre
scripture dicat autoritas: q iniuriā facit martyri q̄ orat p
martyre: idē est cōsili rōne de alijs sanctis sentiēdum: q
orationib⁹ nostris nō indigeāt: p eo q cū sint pfecte bea
ti: oia ad vota eis succedūt (al's succurrūt) Ecce dicit In
nocen̄. Animā sancti leonis ⁊ alioꝝ sanctoꝝ esse perfecte
beatas. Perfecta aūt beatitudo visionē dei faciale inclu
dit. ❡ N Pro intellectu aūt autoritatū in oppositū ad
ductarū est notādū: q fm Ockā (parte scda sui dialogi:
in qua materiā hāc late prosequit contra Johannē. xxij.
que asserit opposite opinionis fuisse. c. v) Beatitudinis
nomen multipliciter accipit. Uno mō p beatitudine pa
trie. Alio mō p beatitudine vie. Utroq3 modo accipit du
pliciter. Nā p beatitudine patrie: Uno mō p operatione
intellectuali optima fm speciē: qua sc3 obiectū beatificū
diuina essentia: nude ⁊ immediate ac pfecte attingit: siue
illa sit visio clara diuine essentie: siue fruitio. Nō em̄ abin
uicē separant: ⁊ sic beat⁹ est quicūq3 clare ⁊ intuitiue vi
det deū. Aliter accipit beatitudo patrie p statu huius in
tellectualis nature optimo fm speciē: oē bonū tā essentia
le q̄ accidentale ad quā vnq̄ eadē natura intellectualis
pueniet includēte. Ista beatitudo excludit desideriū ad
vlteriorē pfectionē/delectationē ⁊ gaudiū etiā de aliquo
citra deū attingendū. Sic dicit beatitudo fm Boetiū sta
tus omniū bonoꝝ aggregatiōe pfect⁹: cui sc3 nihil deest
de omnib⁹ bonis que talis natura intellectualis vnq̄ ha
bebit. Et hāc quidā vocāt beatitudinē consummatā siue
integrā. Beatitudo vie etiā3 dupliciter accipit. Uno mō
p operatiōe seu dispositiōe pfecta: qua quis disponit in
via ad beatitudinis patrie consecutionē. sic dicit Jaco. j.
Beat⁹ vir qui suffert temptationem: qm̄ cū pbatus fuerit:
accipiet coronam vite. Math. v. Beati pauperes spū ⁊c.
Scdo modo accipit beatitudo vie p mūdana ac tēporali
psperitate: fm quā beatū dixerūt populum cui hec sunt
vt habet in ps. cxliij. Prima beatitudo omnē molestia3/
anxietatē/penā/afflictionē nūc de facto excludit: cōpati
tur tm̄ desideriū maioris pfectionis aut alicui⁹ cōmodi ac
quirēdi. Scda sine oī molestia pena ⁊ afflictione etiā de
sideriū maioris pfectiōis ⁊ cōmodi excludit: et oia bona
essentialia ⁊ accidētalia tali nature cōgrua includit. Ter
tia beatitudo nec desideriū maioris cōmodi aut pfectio
nis: nec afflictionē ⁊ penā: sed tm̄ future beatitudinis pa
trie impedimēta puta peccata mortalia excludit. Quar
ta beatitudo tm̄ apparēs est ⁊ falsa: et ideo nominis bea
titudinis indigna. De beatitudine vie nihil ad ppositu3.
Primo igit modo accipiēdo beatitudinē/anime sancto
rum ante diē iudicij sunt beate: q: clare vidēt diuinā essen
tiam; eaq3 perfecte fruunt fm predicta. Non autem scdo
modo: q: nō carēt omni expectatiōe ac desiderio delecta
tionis future quā nondū habēt. q: expectāt resuscitatio
nem corporꝝ ⁊ impletionē ciuitatis eterne: de quib⁹ sunt
gaudiū nō modicū habiture: vnde q̄uis habeant stolam
anime: stolā tm̄ corporis nōdū habēt. De hoc dicit beat⁹ Lib. iiij.
Grego. In ipsa carne gaudebūt in qua cruciatus ⁊ dolo dialo
res p dn̄o pertulerunt: hinc ⁊ scriptū est. Date sunt illis
singule stole albe. i. singulis singule visiones diuine es
sentie fm Glo. Dictūq3 est eis: vt requiescerēt tēpus ad
huc modicū: donec impleat numer⁹ cōseruoꝝ ⁊ fratrum
suoꝝ. Tūc quidē ⁊ ipse corpora resumēt: in quibus ⁊ ipse
cū alijs letabunt. Qd fiet in extremo iudicio: cū ⁊ ipsi re
sumēt corpora: et in terra sua duplicia possidebūt: q: nūc
stolas binas. i. cū gloria animarū quā solā habēt ante iu
diciū: etiā gloriā corporꝝ recipiēt: ⁊ in vtroq3 simul gloria
bunt. ❡ O Et per hoc ad rationes in cōtrariū. Ad pri
mā inducit q beatitudo ⁊ regnu3 celoꝝ pmisse sunt toti
supposito hominis nō aie. Respondet q merces que in
cludit gloriā aie ⁊ corporis: soli supposito/hoc est hoi in
tegro ex aia ⁊ corpore cōposito promittit: que nō dat de
cōmuni lege ante diē iudicij generalis. Merces aūt que
includit gloriā aie tantū: sc3 visionē ⁊ fruitionē dei: pmit
titur aie. et multis animab⁹ dat etiā a corpore separatis:
⁊ ita ante diem iudicij. Multa aūt in diuersis scripturis
promittunt. aliqua aie: aliqua corpori: aliqua vtriq3 con
iunctim simul: ac etiā aie separate: ideo oportet cōsidera
re quid cui pmittat. Qd em̄ anime pmittit requies: ma
nifestū est Apoc. vi. vt s. allegatū est. Item frequēter in
vtroq3 testamēto aie salus pmittit: vt Ezech. xxxiij. Si
se custodierit: animā suā saluabit. Et in nouo. Qui perdi
derit animā suā ppter me et euāgeliū: saluā faciet eā. Et Marci
similia multa. Salus aūt visionē dei includit: sed more viij.
scripture frequēter ps p toto: ⁊ ecōuerso totum p parte
accipit. Un̄ cū hoi toti aliquid pmittit: qd aie separate
cōuenit: in hoc q toti pmittit: itelligitur aie pmissu3. ⁊
sic qd aie pmittit ⁊ etiā toti ɔuenit: vtriq3 toti supposito
⁊ aie intelligit pmissum. Et ita patet q falsum est q nul
libi btitudo pmittat aie separate. Nā oū pmittit toti: p
mittit ⁊ aie coiuncte ⁊ separate: eo q potest cōuenire ei
vtroq3 modo. Et q̄uis alique autoritates allegate respi
ciant totū suppositū: ⁊ nō aiam separatā: nō tm̄ iō sequit
q nō alibi/seu p alias scripturas nō pmittat salus aie se
parate. Un̄ posset argumētū hoc validius cōtra eū retor
queri q̄ arguit sic. Nullibi legit in scriptura: q aie sancte
post mortē ante iudiciū non sint btē: nec ista negatiua ex
aliquib⁹ scripturis elici pōt: g̃ nō est illud negandū: ma
xime cum ista negatiua nec diuinā miam ⁊ clementiā ma
gnificet: nec iusticiā eius cōmēdet: nec aie scē dignitatē
extollat: qd facit eius opposita affirmatiua. Ad scdm de
iudicio dr: q licet aie sanctoꝝ nūc sint beate: ⁊ acceperūt
stolā glorie sue: nō tm̄ iō frustra fiet iudiciū: quia p illud
btitudo ɔsummata toti supposito donat. Et etiā ipsi aie
que ante iudiciū desiderabat gloriam corporis: quā ante
nō habuit. Et plura alia gaudia accidētalia ɔseqt p iudi
ciū vniuersale: q̄bus ante puata fuerat. Etiā fm aliquos
post iudiciū pficitur beatitudo essentialis aie: ita q post
clarius videbit diuinā essentiā q̄ ante: sed hoc dubiū est.
Patet g̃ q extremū iudiciū nō frustra fiet: ⁊ quoad aia3
⁊ quoad corpus. Sūt tm̄ ⁊ alie rōnes ⁊ cōgruentie extre
mi iudicij futuri. de quo magis alibi videndū est. Ad ter
tiū de corona aplo reposita in illū diem: dicit q p diem il
lum pōt intelligi vel dies extremi iudicij: vel dies sue re
solutionis: de qua ibi loquit: ait em̄. Ego iam delibor: et
tēpus resolutionis mee instat. Itē corona iusticie/q̄ ⁊ de
positū est: est ipsa beatitudo: vel aie vel totius suppositi
idest includēs vtrāq3 stolam: vel alterā sc3 aie tantū. Si
ergo diē/dicit diem resolutionis: corona ⁊ depositū dice
re d3 btitudinē aie tantū. Si diē iudicij: nūc corona capi
debet p beatitudie ɔsummata duplici stola. Et ita patet
vero dicto pauli concors responsio: q̄uis autē aia beati

pauli nūc habeat stolā suam ⁊ gloriā: videatq; deū ⁊ co
gnoscat sicut cognitus est: cū btūs paulus integer ex aīa
⁊ corpore cōposit⁹ nūc nō videt deū: q: nūc non est. To
tius igiť corona ⁊ btitudo reseruať in illū diē extremi iu
dicij. ¶ P Ad quartū de abditis habitaculis q̄ ponit
btūs Aug. in encħ. ⁊ magr̄ dis. xlv. lib. iiij. R̄ndet beatus
Tho. ꝙ inter illa habitacula de q̄bus beatus Aug. loquiť
tur etiā sunt cōputandi infernus ⁊ paradisus: in quibus
aīe aliquas ante resurrectionē ptinenť: sed ideo distingui
tur tēpus ante resurrectionē ⁊ post: q: ante resurrectio-
nē sunt ibi sine corpore: post aūt erūt ibi cū corpore: ⁊ q:
in aliq̄bus receptaculis nūc sunt aliq̄ aīe/ scʒ nondū ple
ne purgate: in q̄bus post resurrectionē nō erūt. Et nege
tur ꝙ illa habitacula nō possint intelligi infernus ⁊ celū
quātum ad multas aīas: dānatas scʒ/ ⁊ plene purgatas:
licet in illis sint etiā post iudiciuʒ. Nec ideo distinctio est
p nihilo: q: aliter sunt ī illis habitaculis ante iudiciū: ali
ter post. Ad q̄ntū de glo. ps̄. d: ꝙ glo. illa exponit seipaʒ
Nam cū dixerat ꝙ post hāc vitā scti nō erunt ibi: vbi san
cti q̄bus diceť: Venite benedicti ⁊c. erūt: statim subdit:
nō habebunt geminā stolam: quā habebūt scti post re-
surrectionē. Hec Tho. Vel dʒ ꝙ glo. loquiť de sctis ante
xp̄i passionē adhuc in limbo detentis. Hec eñ sunt vba
glo. Post istā vitā paruā nōdum eris: vbi erūt scti q̄bus
diceť: Venite bn̄dicti. Sed poteris esse in illa requie in q̄
diues lazarū vidit: in qua securus expectes diem iudicij:
q̄n recepto corpore angelis equaberis. Sed quō lazar⁹
fuit in requie cuʒ nōdum esset missa hostia. In spe ex to-
to. in re partim: q: nec ignē materialē: nec vermē corrodē
tem sensit. Patet ğ ꝙ loquiť de limbo ante oblationem
hostie q̄ est xp̄s. Ad sextum de beato Bern̄. diciť p̄mo ꝙ
btūs Bern̄. nunq̄ negauit ꝙ aīe sctē vident essentiā diui
nā ante diē iudicij in celo: licet negauit a sctis ante diem
iudicij beatitudinē ꝯsummatā. scđo mō supra posito acce
ptam. nam in sermone de sctō malachia epo ait. Nūquid
nō viuit: scʒ aīa malachie. R̄ndet: vtiq; ⁊ btē. Et ad eum
verba vertens addit. Nec iam in fide ambulas: sed in spe
cie regnas. Malachias ille ep̄s fuit Hibernie apud eum
in claraualle defunctus. Ecce dicit eū s̄m aīam beatuʒ et
regnare in specie: qđ nō est sine clara dei visione. Itē ser
mone vltimo de oībus sctis (loq̄ns de sctis quos vene
ratur nūc eccl̄ia ante diē iudicij.) Non inq̄t acquiesco ex
pertes glorie credere sctōs: maxime ꝓpter illud qđ apl's
ij. Cor. iiij. ait. Qđ in p̄senti est momentaneū ⁊ leue tribulatiōis no
stre: supra modū in sublimitate eternū glorie pōdus ope
Ps. cv. ratur in nobis. Et ꝓpheta. Visita nos in salutari tuo ad
videndū in bonitate electoꝝ tuoꝝ. Item in eodē sermo-
ne aliquātulū ante finē loquēs de iustis a corpore assum
ptis: ⁊ iustis in terra adhuc mortalib⁹: et tractans hunc
versiculū ps̄. Iusti epulenť in ꝯspectu dei ⁊ delectenť in
leticia. Iustus inq̄t qui iam cōspectū meruerit: nō quia
adhuc viuit ex fide: nimirū ꝙ ait dn̄s. Cū ipso sum in tri-
bulatione: ad eū ptinet q̄ ex fide ambulat: nō aūt q̄ ad fa
ciē eius iam puenit. Equidē vtrisq; est caput vnū: sed nō
vno mō mēbris oībus exhibeť. Quibusdam ostendiť ca
put hirsutū: spinis inclinatū in cruce: vt humilienť pari-
ter ⁊ cōpunganť. Quibusdam gloriosum apparet: vt ab
ipso glorificenť: vt in ipso glorienť quē vident sicuti est.
Hoc ğ scđm desideriū: qđ ex sctōꝝ cōmemoratōe fragrat
in nobis: vt sic nobis etiam xp̄s appareat vita nostra: vt
nos quoq; cū ipso appaream⁹ in gl̄ia: interim nēpe non
sicut est: sed sicut p nobis factū est caput nostruʒ nobis
p̄senta ť ⁊c. Ecce dicit sanctos nūc nō esse expertes gl̄ia:
ipsosq; puenisse ad faciē: ⁊ ꝙ eis caput qđ deus est: appa
ret gloriosum ꝙ ab ipso glorificanť: ⁊ vidēt eū sicuti est.
¶ Q Vult etiā btūs Bern̄. distinguere tres stat⁹ aīa
rū sctārū in sermo. iij. de oībus sctis. ⁊. iiij. Prim⁹ est exi-
stētiū in corpore mortali. Secūdus sine corpore. Terti⁹
in corpore glorificato et immortali. Primus est in mili-
cia. Secūdus in requie. Tertius in beatitudine ꝯsumma
ta. Primus est in tabernaculis. Secūdus in atrijs. Ter-
tius in domo dei. ¶ Primus in tabernaculis: q: adhuc
in tētatōe ⁊ pugna cōtinua ꝯtra inimicos ⁊ vitia. pugnā
tiū aūt māsio in tabernaculis est. ¶ Secundus in atrijs
nō in pugna: sed in requie ⁊ securitate: q̄ est aīarū separa
tarū ante diē iudicij: in quo nondū puenerūt ad vltimū
gradū beatitudinis: q: nondū stolam corporis ꝯsecute
sunt: sed in stola p̄ma que est gloria aīe glorianť. ¶ Ter
tius in domo est in gloria ꝯsummata corporis ⁊ aīe tan-
ta: ꝙ maiorem vel aliā nō pcipient. Et hec volēs exp̄me
re varijs verbis vtitur: Addēs ꝙ in tabernaculis est ge-
mitus pnīe. In atrijs gustus leticie. In domo satietas
glorie scʒ ꝯsummate. Et ad hoc inducit illud supra alle-
gatū de aīabus sub altari. Que sunt aīe secūdi stat⁹: bea
te quidē ⁊ diuinā essentiā videntes: nō tn̄ quātum ad oē
desideriū satiate: q: expectant scđam stolā: ⁊ quedā gau
dia accidentalia: vt. s̄. dictum est. Unde de aīabus secūdi
status dicit. Acceperūt iā singulas stolas: sed nō vestien
tur duplicibus donec vestiamur ⁊ nos. Stola p̄ma ipsa
est quā diximus felicitatis: ⁊ requies aīarū. Scđa est im-
mortalitas ⁊ gl̄ia corpoꝝ. quā desiderātes dicūt: Usq;
nō vindicas ⁊c. qui clamor est desideriū future resurre-
ctionis ⁊ glorie corpoꝝ: vt ibi ꝯñter declarat. Ex quo pʒ
s̄m eū ꝙ nūc receperūt gloriā aīe: quā nō expectāt: et p
ꝯñs visionē diuine essentie. Hec eñ est gl̄ia aīe. Cōsequē
ter declarat ꝙ aīe sancte sunt sine macula: sed nō sine ru
ga: q: nō toto affectu libere pergūt in deū: sed ꝯtrahitur
quodāmodo/ ⁊ rugā facit dū inclinať ad corpus deside-
rio carnis resuscitande. Et post subdit. Qđ nō sequūtur
agnū quocūq; ierit: idest nō in vniuersalē in oībus dele
ctationē. Non ergo iueniť dixisse ꝙ ante iudiciū nō vide
ant beatifice deū: sed illam visionē p̄mo post iudiciū asse
quētur. Qđ ergo dicit aīas nūc eē sub altari futuras: ni-
hil aliud est: nisi ꝙ eoꝝ beatitudo nūc abscōdita est: non
a ciuib⁹ supnis: sed ab existentibus in inferno: in purga-
torio ⁊ in terris. Sed in extremo iudicio erūt sup altare:
q: tunc manifesta erit eoꝝ pfecta gloria in corpore ⁊ aīa
oībus euidēter vidētibus eos ascēdere in celū etiā demo
nibus ⁊ dānatis. Sic eñ sub/ dicit absconsionē: ⁊ super
manifestationē. s̄m illud. Non pōt abscōdi ciuitas supra Mat. v.
montē posita. Neq; accēdūt lucernā ⁊ ponūt eā sub mo
dio ⁊c. Quāuis textus nō habet/ ꝙ post iudicium erunt
iuxta vel supra altare: imo si esse sub altari/ intelligiť esse
sub ꝓtectiōe ⁊ dominio xp̄i q̄ intelligiť p altare: ita post
iudiciū vnitis corporibus in cōsummata gloria sunt sub
altari sicut ante: q: in eternū agnus reget illos. Ex hoc Apocal.
patet quō s̄m mentem beati Bern̄. nūc sunt sub altari: ⁊ vij.
post iudiciū sup altare. Qđ sequiť in argumento: et ostē
det semetip̄m filius ⁊ pater ⁊ spūs sanctus. Verū est: sed
nō p̄mo aīabus: q̄uis primo totis suppositis. Nec aliud
dicit Bern̄. ¶ R Ad illud qđ sequiť vbi dicit: ꝙ anime
exute nō statim admittūtur ad gl̄iam regni. Diciť ꝙ hoc
intelligiť de gloria ꝯsummata: nō de gloria regni primo
modo dicta. Alioq̄n quō baptismus aperiret regnū ba-
ptizatis aliter q̄ circūcisio: si nō statim post mortē cessan
te impedimēto cōsequerenť regnū: cōtra determinatio-
nem ecclesie in. c. maiores. de baptismo ⁊ eius effectu. Et
ad illud qđ sequiť: ꝙ ostēdens quibus gaudijs exultent
ante iudiciū ⁊c. diciť: verum est ꝙ de istis ibi annumera-
tis gaudēt. Nō aūt loquiť exclusiue. idest non tm̄ de istis
sed multo plus gaudent de beatifica visione nūc presen
te. Illud eñ gaudiū est essentiale: cetera ibi annumera-
ta pertinent ad beatitudinē accidentalem. Sed diceres.
Cur autē beatus Bern̄. nō facit illius mentionē gaudij
de visione: cum sit maius ⁊ p̄ncipale gaudium. Respon
detur ꝙ beatus Bern̄. illa posuit in quo est distinctio il-
lius status secūdi a tertio. Nūc autē nō distinguūtur aīe
secūdi status ab aīabus tertij stat⁹ in gaudio btitudinis
essentiali: sed tm̄ accidentali. Non eñ in visione beatifi-
ca distinguūtur: q: illa est vtrobiq;: sed in his tm̄ que nō

tentationē duci. Tentat quilibet qñ in aīa aut corpore in delectatione alicuius vicij titillat. Inducit in tentationē si sue ceperit delectationi ꝯsentire. Et beatus Cyprianus: Nō petimus ne ducamur in tentationē: sed ne inducamur. Aliud quidem est in tentationē duci: aliud induci. In tentationem ducitur: qui tentatione pulsatur. In tentationem inducitur: qui tentationi succumbit ⁊ ab ea superat. Induci etiā est intus duci ⁊ succūbere: ⁊ tentationi prebere cōsensum. ¶ Uel aliter petimus nō induci in tētationē: h est: nō permittas pater celestis inimicos nostros fortes nimis sup nos īducere. Etenī si duci nos permittas in tētationes vt exercitemur: petim⁹ in tētationib⁹ exitū: ne nimiū inuoluamur: ⁊ ipsis ꝓbcamus assensum. Qua in parte ostēditur: dicit Cyprianus: nihil ꝯtra nos aduersariū posse nisi illud ante ꝓmiserit de⁹: q: petimus ne patiat nos in tētationē īduci. Qđ si nō ꝓmiserit: nulla tētatio poterit aduersum nos ꝯcitari. ¶ C Uel tertio petimus ne nos inducas in tentationē. hoc est: nō subtrahas a nobis auxiliū tuū: donū scʒ gratie tue: quo roboramur ad fortiter tētationib⁹ resistendū. Nō eñ tantum grā operaq; nostra deo reddit acceptos: sed cū hoc fortificat ad cōcupiscētias malas ⁊ tētationes reprimendas. Uñ Aug. in de baptismo paruul. Ut concupiscētijs ⁊ desiderijs carnis nō cōsentiamus: depꝛecamur adiutoriū .i. gratiā tuā: quam si iusto iudicio tuo a nobis subtrahis: nos q̄si priuatiue in tentationē ducis. Quia nihil in nobis manet quo valide possum⁹ cōtra tētationes dimicare. Inducis quidē sicut ducit nauē in naufragiū ⁊ periculū: qui tollit remū ⁊ gubernaculū: quib⁹ fluctus aque cōpescunt. Siliter ⁊ equū ducit in ꝑcipitiū: qui frenū tollit quo regitur: ne inordinatos motus exequat: ſm Ansel. in de cōceptu virginali. Dicit autē deus ꝑ subtractionē sui auxilij nos inducere in tentationē: ad siītudinem quo dicit scriptura/eū corda multoꝝ indurare. Nō quidē positiue efficiēdo indurationē cordis cuiuscūq;: sʒ deserēdo: quia suā gratiā nō infundit: que cor habet a pctō emūdare ⁊ ipm emollire. Sic in ꝓposito cum gratiā subtrahit: q̄ a cōsensu tētationis custodit ⁊ ꝓseruat: in tentationem inducit. ¶ Uel q̄rto petimus ne nos inducas in tentationē: ꝑmittēdo ꝙ bñficioꝝ alns inpēsoꝝ occasione nos peiores efficiamur. Sic eñ sepe q̄s ex bono pximi in tētationē velut ex illo cadat in odiū ⁊ in inuidiam ei⁹. Uñ dicit Aug. sup illud ps. Conuertit cor eoꝝ vt odi-
Ps. ciiij. ret (al's vt erudiret) pplm ei⁹. Mali ⁊ impij erāt: In eo aūt ꝙ populū suū multiplicauit: hoc bñficio suo per accidēs ad inuidendū cōuertit: q: inuidia est odiū felicitatis aliene. Sic igit cōuertit cor eoꝝ: nō illud malū in eis faciēdo: sed pplo suo bñfaciēdo: ob qđ ipsi spōte cor suū prauū cōuerterūt ad odiū ppli sui. Nō sic petim⁹ nos inducas in tētationē: sed preseruati ne tuū qualecūq; bñficiū: qđ cui tibi placet cōicas: nos occasionaliter tētet vt ex h cōtra remurmurem⁹: ⁊ odiū ⁊ inuidiā ꝯtra quācūq; tuā creaturā cōcipiam⁹. Speciali⁹ tñ fundimus ꝓces ad deū patrē dicētes: Ne nos indu. in tēta. scʒ carnis: vt nos absorbeat ꝑ voluptatē. In tētationē mūdi: ne nos ꝑuertat ꝑ cupiditatē. In tētationē diaboli: ne nos ꝑdat ꝑ iniquitatē. Caro naq; nimiū nos infestat: ⁊ nunq̄ quietum patit esse affectū. nocte feruet: die anhelat. Uñ Grego. Nos gestamus laqueū nostrū: nobiscū ferimus inimicū carnē scilʒ nostrā de peccato natā: in pctō nutritā: nimis ipsa origine corruptā: sed multo amplius praua cōsuetudine viciatā. Hinc tam acriter aduersus spiritū ꝯcupiscit ⁊ assidue murmurat. Impatiēs discipline illicita suggerit: nec rōni obtēperat: nec vllo timore inhibet. Ut ergo hui⁹ inimici repellam⁹ suggestionē: oram⁹: ne nos inducas in tentationē. Rursus mūdus acriter nos inuadit tētando: nūc allicit per ꝓspera: nūc minatur per aduersa.
In quodam ser. Uñ Aug. Mūdus duplicē aciem ꝓducit cōtra christi milites. Blanditur eñ vt decipiat: terret vt frangat. Ne igitur huius hostis incurramus deceptionē; oramus ad patrem nostrū celestem: Ne nos inducas in tentationem. Demū tertius hostis diabolus mēdacij pater/mille suis fraudibus ſm naturā cuiuslibet aggredi nō cessat: ⁊ vbi magis pronū nouit ad lapsum: ibi vt ꝓmissum est: astutias suas multiplicat: nec fatigat: nec cessat: si forte inficiat sibi q̄nq; cedentē. Cōtra cuius astutias ⁊ calliditatem oram⁹ ad patrē: Ne nos inducas in tētationē. ¶ D Circa ꝓmissa sunt q̄dā dubia. Primū: q: dictū est tētationes in nobis plurima bona opari: Dubitat: vtrū tētatio sit a nobis appetēda. Et videt ꝙ sic ꝑ illud Grego. s. allegatū. Elatus tentari se post virtutes desiderat: ne peius ex vtutib⁹ cadat. Itē appetēdū est illud quo a periculo preseruamur. hoc aūt est tētatio. Nā ſm supradicta in septima astutia: ꝑiculosissimū est nō tētari. Itē appetēdū est illud quo nobis plurim⁹ fruct⁹ accrescit: tale est tētatio: vt habitū est: igit tētatio a nobis appetēda est. Itē illud est appetēdū quo beatificamur: tale est tētatio. teste Iaco. Iaco. i. Beat⁹ vir q̄ suffert tētationē. Itē ois christi actio nostra est instructio. Greg. in ꝓlogo sui dial. Christ⁹ voluit tētari: q: ductus est a spūsancto in desertū: vt tentaret a diabolo. Mat. iiij. Sed qđ voluit/appetiit: siquidē idē est voluntati appetere ⁊ velle: ergo et nobis appetenda est tentatio. ¶ In oppositū est illud Hugonis. Tētatio est actus vel motus inclinatiuus hoīs in aliqđ malū vel illicitū. Sed Tētatio quid. nō est nobis appetēdus mot⁹ ad malū ⁊ illicita: cū ⁊ ipse talis malus est: q: a fine qđlibet hʒ denoīari. Nā cui⁹ finis bonus: ipsum q̄; bonū: ⁊ cuius finis malus: ipsuʒ q̄; malū. Preterea pctm̄ nō est a nobis appetēdū etiā propter qđcūq; bonū qđ ꝯsequeret: ſm illud apli dānantis eos q̄ dicūt: faciamus mala vt eueniāt bona. Sed tentatio nō est sine pctō: q: siue exterior sit: siue interior/habʒ Ro. iij. semꝑ pctm̄ annexū. Exterior eñ q̄ fit a demone vel hoīe malo: fit cū intētione fallēdi. Uelle autē fallere peccare est. Interior aūt fit a carne: ⁊ hec siliter fieri nō pōt sine pctō: q: nō sine motu illicito: ois aūt motus illicitus est pctm̄ vt dicit magister in. ij. dis. ij. ¶ Dubiū illud cū suis rōnibus aliud dubiū affert: videlʒ: Utrū ois tentatio sit pctm̄. Sed videbim⁹ de primo: deinde de scđo. Et loquimur hic de tētatione tertio mō accepta: q̄ scʒ fit ad malū inducēdū: quō etiā in toto illo tractatu accipit. ¶ Notādū igit est ꝙ res ꝑ tāto est appetibilis: ꝓ quanto participat ratione boni: q: bonū cōiter ponit obiectū appetit⁹. Est aūt quātū hic sufficit aliq̄d appetibile dupliciter ſm phm: scʒ ꝓpter se etiā si nullū aliud bonū inde sequeret. Tale bonū est felicitas. Siliter ⁊ vtutes q̄ sunt honesta i. Ethicorū. c. vij. ⁊ delectabilia. Aliud est bonū appetibile nō ꝓpter se: sʒ ꝓpter aliud sibi adiunctū ꝑ se appetibile: seu ꝓpter bonū ad qđ ordinat: sicut medicina amara bona est: q: inductiua est sanitatis. Et ad ꝓpositū: tētatio nō est bonū primo mō: q: qđ est inductiuū ad malū/nō est ꝑ se bonū. Itē aliqua est tētatio q̄ nō pōt fieri sine pctō: vt illa q̄ fit intētione fallēdi: ⁊ in pctm̄ iducēdi: q̄lis est q̄ fit ab hoīe malo: aut spū maligno: qui ꝑ tētationē satagit tentatum ad pctm̄ ꝑtrahere. Nō eñ q̄s delinq̄t dūtaxat in se malū operādo: sʒ etiā delinq̄t malū alteri⁹ ꝓcurādo. Qđ autē fieri nō pōt sine pctō: nequaq̄ hʒ rōnē ꝑ se appetibilis: patet ergo ꝙ tentatio nō est appetibilis per se seu ꝓpter se. ¶ E Utrū autē sit appetibilis ꝓpter aliud/puta ꝓpter victoriā/que cōsequi pōt tentationē: aut ꝓpter veritatē/que ex tētatione augeri potest ⁊ roborari: magis dubiū est. Et videtur ꝓbabilius ꝙ tentatio nō est appetēda ꝓpter alterū bonū. Qđ sic ostēdit: q: qđ nō est per se cā alterius: sed oino habet se ad illud ꝑ accidēs: nō est appetendū ꝓpter aliud. (Nunq̄ eñ medicina amara appeteretur nisi posset causare sanitatē.) Tentatio autē nō est inductiua victorie: neq; ad victoriā ꝓmotiua quantū est ex se: sed magis inductiua casus. Et si victoria q̄nq; tētationē subsequit: nō tñ ꝓcedit ex tētatione tanq̄ a causa efficiente victoriā: sed ꝓuenit a tentato tentationē viriliter cōculcante. Per quod contingit virtutē quādoq;

augmētari aut etiā nasci: per actū scʒ resistēdi tentationi nō per ipsam tētationē. Et licʒ tētatio qn̄qʒ est occasio victorie: ꝑ quāto inuitat ad pugnā: ⁊ nemo vincit q̄ nō pugnat: non tm̄ ideo appetēda: alioquin etiā peccm̄ esset appetendū: qđ est erroneū. Nā ⁊ peccm̄ qn̄qʒ est occasio maioris gratie: vt si quis peccatū suū recogitās / surgit ardēter in magnā eius displicentiā: petens a deo sibi remitti: ad qđ sequitur qn̄qʒ maior gratia / q̄ si peccatū nō precessisset: dicēte scriptura: Ubi supabūdauit delictū: supabūdauit ⁊ gr̄a. Sic ⁊ nōnunq̄ peccm̄ sequit̄ maior humiliatio: sic dicit apl̄s. Scimus qm̄ diligētibus deū oīa cooperantur in bonū: ita oīa etiā peccata cōmissa ⁊ remissa. Ex quoꝝ memoria cōuersi assurgunt ad propēsiores gratiarū actiones: immo ad intensiorē dilectionē iuxta parabolam saluatoris de duob⁹ debitorib⁹. Non tm̄ propter hoc peccatū est perpetrādū seu appetendū: q: aliqn̄ sequitur maior gratia. Incerta est p̄terea victoria: q: incertum est an tentatus tentationē superet: an a tentatione superet̄. ideo videt̄ magis declināda q̄ appetēda. Nam qui amat periculū: in illo peribit. Est aūt periculosa tentatio: quia cōiter ꝓniores sumus ad malū q̄ ad bonū. Et nemo virtutes suas perfecte nouit. Sed neqʒ quantū vel it de⁹ permittere augeri tētationē: vt tētatū deijciat de merito precedentiū delictoꝝ. Hinc est cōis doctrina: nō solum vitia esse declināda: sed etiā occasiones peccatoꝝ que peccata inducere possunt: q̄uis per accidens et occasionaliter. Quia igitur tentatio occasio est in pluribꝰ ruine ⁊ casus in malū: qn̄qʒ ex intētione tentantis: ⁊ sepius ex infirmitate tentati. nō videt̄ q̄ ipsa sit appetēda. Uerū vbi certa esset victoria de tētatione: tentatio appeti posset cum victoria: quia tentari ſm predicta / nō est de se malū: licʒ sit ad malū prouocatiuū: ideo nō omnino refugit rationem appetibilis: quia inclinatiōi ei⁹ q̄s laudabiliter resistere potest ⁊ eā superare. Et hoc est verū: dum tentatio ipsa nō est peccatū: dum scʒ non fit intentione fallēdi. Quoniā in nullo casu peccatū appeti potest licite: sicut nō ꝓpriū: sic nec alienū. Nemo em̄ debet bonū suum cū alterius peccato: immo cū dei offensa ꝓcurare. ¶ F Per hoc ad rationes in principio dubij inductas. Ad primuʒ de beato Gregorio / dicitur q̄ electi iam multis victorijs vitioꝝ potiti: ne extollātur desiderāt aduersitatib⁹ a superbia preseruari. Nō ergo desiderāt tentari aduersitatibus simpliciter: sed aduersitatib⁹ tētari cū victoria ⁊ magis victoriā. Et hoc innuit cū addit: Ne peius ex virtutū cōfidētia cadat. Un̄ aliud est appetere tentationē ꝓpter victoriā: aliud appetere tentationē cū victoria. Scōm licet: nō primū: vt. s. patet ex declaratis. Ad scōm đ: q̄ aliquo dupliciter ꝓseruamur a ꝑiculo. Aut ꝑ se: quō v̓tutes preseruāt a periculo lapsus in vitiū: ⁊ per se inclināt ad actū virtuosum peccato cōtrariū: vt fortitudo ac sanitas mēbroꝝ / a periculo casus corpoꝝ: ⁊ illa sunt appetēda. Alio modo aliq̄d ꝓseruat a periculo ꝑ accidēs: ꝓ quāto ad cauendū seu vincēdū illud requirit̄ maior vigilātia ⁊ solicitudo. Sic via lubrica qn̄qʒ ꝑ accidēs preseruat a lapsu: pro quāto excitat in viatore maiorē ꝓuidentiā locādi pedes: ⁊ maiorē solicitudinē ⁊ curā caute ambulandi. Sic nōnunq̄ peccm̄ veniale / aut etiā mortale minus preseruat ꝑ accidēs a maiore. Et talia nō sunt appetēda nec agēda ſm regulā apostoli. Nō sunt faciēda mala vt eueniāt bona. Tētatio aūt ꝑ se nō preseruat a periculo peccati: sed magis inducit ad peccm̄: ⁊ ideo appetēda nō est. Qđ v̓o addit̄ de septima astutia đ: q: doc. ille nō solum in illis astutijs eas annumerat que per se inducūt ad casum: sed etiā que ꝑ accidēs inducūt: q: vtroqʒ modo ꝑ se ⁊ per accidēs diabolus q̄rit hoīs interitū. Per idem ad tertiū: q̄ illud ex quo ꝑ se plurimus sequit̄ fructus: non aūt si ꝑ accidēs sequit̄ ⁊ nō ꝑ se appetēdū est. Ad quartū q̄ nemo beat⁹ est q: tentat̄: sed q: fortiter sustinet tentationē atqʒ vincit nō cōsentiēdo. Un̄ vult beat⁹ iacob⁹: q̄ beat⁹ est in spe: nō qui tentat̄: sed qui suffert tētationem.

Marginal references (left column): Rom. v — Ro. viij. — Luc. vij. — Eccli. iij.

Hoc est qui nō cedit tentationi ei cōsentiēdo: sed viriliter sustinet ei⁹ impetū: fortiter repugnando ne cadat. Quia cū ꝓbat⁹ fuerit ꝑ tētationē / de fortitudine ⁊ cōstātia animi: accipiet coronā vite: nō q: tētatus: sed q: resistit ⁊ vincit. Nō ergo intelligēda est ista sufferētia sic: q̄ nemo debet cōtra tentationem insurgere: vt expugnet: qm̄ sancti exhortant̄: vt q̄cito exurgit tētatio repugnatio assit. Un̄ beatus Hiero. Dū paruus (ait) est hostis interfice: vt elidatur in semine. Et beatus Grego. Si tētationi in corde nascēti festine nō resistitur: eadē qua nutrit̄ / mora roboratur. Sunt etiā sufferēde sic: vt nemo ꝓpter eas surgat in murmur cōtra deū: ⁊ cadat in impatientiā. Sed repugnādū est cū mētis hilaritate. Un̄ ⁊ iacob⁹. Omne gaudiū existimate fratres mei cū in tētationes varias incideritis: sciētes q̄ probatio fidei vestre patientiā operatur. Quasi di. existimate omne gaudiū. i. gaudium celeste: qđ excellit omne gaudiū: cōsequi cū incideritis in varias tētationes: ⁊ h̓ si fortiter resistēdo vinceritis. Sciētes q̄ ꝓbatio fidei vestre (q̄ per hoc declarat̄ q̄ nō superamini: sed magis oēs tribulationes ꝑ patientiā vinceritis: q̄ hʒ opus perfectū) eterna est glīa remunerāda. Ad quintū de tētatione christi. Uerū est q̄ voluit tētari: q: de victoria certissimus: ⁊ ꝓpter vtilitatē nostrā: vt suo exēplo instrueremur: quēadmodū tētatoris astutias vinceremꝰ. Et quātū ad hoc: hec christi tētatio fuit nostra īstructio. Siquidē: Ois christi actio nostra est instructio: nō vt eadē agamus: sed vt ex sua actione spūalem doctrinā accipiam⁹. Sicut mortuoꝝ suscitatio nō instruxit quō ⁊ nos mortuos corporaliter suscitemus: sed quō a morte aīe resurgam⁹. ¶ Dubij annexi solutio / ad finē dubiorum reseruatur.

¶ G Scđo dubitat̄: cur tā callide diabol⁹ hoīb⁹ insidiat̄: vndiqʒ insidias suas tēdens ⁊ laqueos: quatenꝰ ad peccati cōsensuʒ ꝑtrahat perituros. Rn̄det̄ q̄ iter alias quattuor cause poterunt assignari. Prima sumit̄ ex magna ei⁹ inuidia. Scđa ex ingēti ei⁹ supbia. Tertia ex inueterato dei odio. Quarta ex ei⁹ ambitiōe nimia ⁊ inani gloria.

¶ Ex inuidia quoad primū. Nā licʒ ipse creat⁹ fuit bon⁹ sicut ⁊ alie rōnales creature: vt dei essentiā beatifice ꝯtēplaret̄: ipsaqʒ cū summo gaudio ⁊ delectatiōe frueretur: fact⁹ tm̄ est malus sua ꝓpria volūtate. Siquidē cecidit ab illa summa ꝑfectione ⁊ beatitudine non quā accepit: sed quā accepturus erat: si in sua innocētia perstitisset. Propter quē volūtariū suū lapsum / a deo in sua malicia ꝑpetuo desert⁹ est: ⁊ a loco beatitudinis ad īfernales penas detrusus. Deus aūt sua sapiētia ⁊ misericordia imēsa hominē cōdidit: vt ꝑ ipsum ruinaʒ in celis factā repararet. Uidēs igit̄ diabolus vt ait magister dist. xxi. lib. ij. sniaꝝ: hoiem ꝑ obediētie humilitatē posse ascēdere vn̄ ipse per supbiā corruerat: inuidit ei: ⁊ vt ipm̄ ab adeptione talis boni impediret: tētationū iacula ꝑparauit: vt habet̄ Genes. iij. de primi hoīs tētatione. Ex eadē inuidia qua primū hoīem ꝓsternere studuit ⁊ vicit: adhuc nos quotidie infestare nō cessat. Torquet̄ em̄ ex nostro bono ⁊ nostra felicitate. Hoc em̄ malū habet inuidia: vt ex alteri⁹ ꝓsperitate doleat: ex alteri⁹ malo gaudeat. Un̄ dicit Alanus in de planctu nature. Inuidis aliena ꝓsperitas aduersa est. Aliena aduersitas ꝓspera est. In aliena gratulatiōe tristant̄. In aliena tristicia gratulant̄. Et q: diabol⁹ summe inuidus est: cui⁹ inuidentia mors intrauit in orbē terrarū. Hinc bonū nostrū vbicūqʒ poterit: satagit impedire: ac diuersis varijsqʒ tētationib⁹ malū nostrū ꝓcurare.

¶ Scđa ratio sumit̄ ex eius supbia. Un̄ supbia neminē sibi patit̄ anteferri: sed oībus nitit̄ dn̄ari. In signū hui⁹ dixit lucifer: In celū cōscendā: sup astra dei exaltabo soliū meū: sedebo in mōte testamēti: in laterib⁹ aquilonis: ascendā sup altitudinē nubiū: ⁊ siĺis ero altissimo. Quid est querit Grego. Siĺis ero altissimo: q̄ sup alios optare principatū. Impedit igitur diabolus bonū hoīm quātū potest: ne ꝓpter bonū qđ operari conant̄: sibi ꝑferantur. Procurat malū per tētationē: vt ipse nobis dn̄etur.

Oēs siquidem

Marginal notes (right column): in q̄dam epistola — In moral. — Sap. ij. — Esa. xiiij. — in pastoral.

Job.xli. Omnes siquidē mali ei subsunt: Quia rex est sup oēs filios
supbie. Quales sunt oēs mali: dicente Aug. Nullum pcm̄
potuit aut pōt aut poterit esse sine supbia. Quia dicit scrip
Eccī.x. ptura. Radix (al's initiū) oim maloꝝ est supbia. ¶ Tertia
ratio sumit ex dei odio. Qui em̄ aliqḋ bonū odit: oēs affe
ctat idipm̄ odire: ꝛ neminē illud diligere: Sicut ex regione
viii. eth. q̄ recte diligit ipm̄ ab oib⁹ diligi cupit. Unde dicit phus: ꝙ
cōlcantes in bono honesto se diligūt: qꝛ in quib⁹ colcamus
in his nos diligim⁹. Et ecōtrario odientes aliqḋ bonū ho
nestū: diligūt alios idem odientes: qꝛ in odio participant.
Quia igit diabolus summe deū odit: qꝛ ipm̄ a loco volu
ptatis expulit: ꝛ in locū tenebrarum ꝛ caliginis relegauit:
idcirco quātū pōt: odiū dei in oib⁹ pcurare conat. Hoc aūt
aliūde facere nō pōt/nisi p tentationē ꝛ suggestionē in pec
catū: quib⁹ cū hoies cōsentiūt iam deū odiūt: pcepta vio
lando: ꝛ suā volūtatez volūtati dei pponendo: plus quoqꝫ
dei aduersario/ꝙ deo ꝯsentiendo. ¶ Quarta ratio sumit
ex inani gloria ꝛ ambitione. Uane gliosus em̄ alios sibi cu
pit adherere: ab aliis vult videri: reuereri ꝛ honorari. Un̄
Phil. ii. aplͣs volens philippēs inducere ad humilitatē: suadet ca
uere inanem gloriā. Superiores inquit sibi inuicē arbitrā
tes. s. p estimationē: nō q sua sunt singuli cōsiderantes: sed
ꝛ ea que sunt aliorū. Quorū certe opposita inducit inanis
gloria: q̄ querit videri: eminere: ꝛ multoꝝ habere comita
tum. Diabolus aūt cū maxime sit honoris cupidus: que
Matth. iiii. rens ꝛ diuinos sibi exhibere honores. Un̄ nec erubuit chri
stum dn̄m ad se adorādū inducere di. Hec oia dabo tibi si
cadens adoraueris me. Hinc ꝛ frequenter responsa dabat
in idolis: vt ipse p deo coleret. Ex eadē igit radice nos tē
tationū laqueis querit inuoluere: vt nos inducat ad sibi
seruiendū tanꝙ maiori ꝛ digniori: qḋ est opus inanis glīe
sm̄ beatū Hieronymū in quadā epla. Inanis glia inquit
est inordinatus animi motus: quo aliqs pprīam desiderat
excellentiā: vt alios honore precellat. Cetere rōnes q̄ assi
gnari possent: ad aliquā illaꝝ reduci pn̄t. ¶ H Tertium
dubiū est. Utrū diabolus ab aliquo in tentatione victus:
tentandi ptātem pdat. ¶ Ad hoc respōdet ꝙ de mēte Ori
ge. est vt allegat magr̄ li. ii. dist. vi. ꝙ diaboli qui a scis iu
ste ꝛ pudice viuentib⁹ superant: ptātem tentandi alios vl
tra nō habent. Un̄ ait: Puto sane ꝙ sancti repugnātes ad
uersus illos incentores ꝛ vincētes: minuūt exercitū demo
nū: velut ꝙ plurimos eoꝝ interimāt: ne vltra fas sit illi spi
ritui: q ab aliquo scō caste ꝛ pudice viuendo vict⁹ est: aliū
hoiem iterū impugnare. In cui⁹ signū quidā dicūt: ꝙ luci
fer qui dn̄m in deserto tentauerat: qꝛ victoriosissime a chri
sto superat⁹ est: relegatus est in inferno: vt neminem tentet
vsqꝫ ad tp̄s antichristi. Unde legit in Apoc. xx. Cū cōsum
mati fuerint mille anni: soluetur sathanas de carcere suo: ꝛ
exibit ꝛ seducet gentes. qḋ fiet in nouissimo tp̄e antichristi
Un̄ erit tanta psecutio: vt etiā si fieri posset: in errorē ducā
Matth. xxiiii. tur electi. Probāt idem ꝛ alio signo: qꝛ asmodeus victus a
tobia relegat⁹ est in desertū: ne aliū tentaret. Item qꝛ in vi
Tobie viii. taspatrū legit ꝙ demōes forti⁹ expugnabāt pmos patres
ꝙ sequētes: vix em̄ poterāt pmi etiā multi simul habitare
ppter demones eos infestātes: imo ꝛ verberātes. Quia pmi
eis viriliter restiterant: ꝛ valide eos expugnabāt: idcirco
posteriores maiori pace fruebant. Hoc tn̄ dictū Orige. vt
in vbis sonat plerīqꝫ veritatē habere nō estimāt. Qḋ pbāt
a signo de demone tentante christū: qui ꝙuis superatus fuit
ab eodē in pma tentatiōe/ qua suggessit vt de lapidib⁹ pa
nes faceret: nihilomin⁹ pcessit ipm̄ iterū ꝛ tertio in aliis tē
tando vitiis: supbia. s. ꝛ auaricia. Suggerens quoad pmū
si filius dei es: mitte te deorsum. Quo ad secūdū ostēdēs ei
oia regna ait. Hec oia dabo tibi ꝛc. Quapropter dicūt aliq
magis specificātes dictū Orige. ꝙ diabolus pfecte ab ali
quo vict⁹ de hoc vitio ad qḋ impellit ꝛ victus est: nō tentat
amplius eundē: ꝛ hoc ppter meritū victorie ꝛ triūphi. Iu
stū equidē videt: ꝙ puocās quēꝙ ad bellū iniuste ꝛ supa
tus: ampli⁹ nō pmittat ex eadē causa eundē iterū ad belluz
puocare. Tū qꝛ occubuit: tū qꝛ iniuste puocauit. Cui⁹ dicti
ratio etiā ex alio sumi pōt. s. ex ratione diaboli victi. Quia
em̄ summe supb⁹ est: ideoqꝫ vbi semel a quoꝙ ꝓsternitur:
ab eo in simili causa timet iterū supari. Un̄ nō finit ipsi⁹ su
pbia cōtra illū iterato bellū concitare. Et hec ratio trahit a
Luc. iiii. btō Amb. sup illud: Cōsummata oīmi tētatiōe diabolus re
cessit ab illo. Ubi amb. Instare diabolus formidat: qꝛ fre
quentius refugit triūphari. Et addūt ad hec aliq. Si quis
diabolū vincēs de certo vitio: inuict⁹ vsqꝫ in finē pseuerat:
ꝙ neqꝫ quēcunqꝫ aliū tentet de eodē vitio. Si aūt vincens
in pcm̄ ceciderit de quo prius diabolū supauit: audaciā
capit iterato eum aut aliū de eodem vitio impugnādi: si a
deo facere permittatur. Et esto ꝙ diabolus victus ab ali
quo in vno vitio ab ipso in eodem ampli⁹ victor nō tentet:
cōcedit tn̄ ipm̄ posse ab eodez tentari in alio vitio: sicut. s.
tactū est de diabolo christū successiue in trib⁹ vitiis impu
gnante: qꝛ ibi inducte cōgruētie cessant. Et pro illo facit qḋ
scribit btūs Greg. s. moral. Antiqu⁹ hostis ex pmo certami
ne dū se succūbere cōsiderauit: ad alia tentationū bella re
staurat. Uerūtamē ꝙ succrescētib⁹ victoriis cōtinuo ꝛ cōti
nuo sibi ptās tentādi minuit: ꝛ tentādo deficit ꝛ infirmat.
De quo etiā Chry. In pmis grauis est ꝛ insufferribilis dia sup mat.
boli impetus: ꝙ si qs forti aio ipm̄ sustinuerit: in scḋo inue
niet eū infirmiorē. Quāto em̄ plus pcussus fuerit: tāto ma
gis refrigescit ꝛ deficit. Nō si qs ei⁹ tentationi aliqualiter
resistit: nec ipsam pfecte repellit ꝛ cōculcat: nō cessat diabo
lus a tentatiōe sed pcedit. Exemplū hui⁹ legit de scō bn̄di
cto: quē cū diabolus tentauit in specie auis nigre: cruce se
signabat. Sed qꝛ vires ad vincendū nō exercuit: diabolus
in tentatione processit. Qḋ intelligens vir scūs: in vepres
nudū se piecit: ꝛ vulnerib⁹ carnis: carnē ꝛ hostē vicit: ꝛ ten
tationez penit⁹ extinxit. Similia de plurib⁹ scis leguntur.
¶ I Cōcedit insup hoiem vincentē diabolū inferiorē de
aliquo vitio tētantē: posse tētari a diabolo supiore de eodē.
Sic em̄ videm⁹ in cōgressib⁹ ꝛ mūdanis victoriis: ꝙ vincēs
militē nō ex hoc eximit a ptāte regis: Ita ꝛ videt in bello ꝛ
victoria spūalib⁹. Cū prelatio/inferioritas ꝛ supioritas cō
cedat esse in demonib⁹: non videt quin deuicto inferiore:
ptātem habeat superior tentandi alicui⁹ inferioris victorē.
Idcirco ꝛ de⁹ fidelis predicat: q nō pmittit nos tentari sup
I. Cor. x. illud qḋ possum⁹: sed facit cū tentatione pcentum vt possi
mus sustinere. Sic cū videt nos fortes ad vincendū tenta
tores: pmittit aggredi fortiores: vt meritū crescat ꝛ gloria
augeat. Ideoqꝫ ꝛ nūc dicit religiosos ꝛ alios viros vtute
stabilitos fortiores impugnatiōes demonū sustinere: ꝙ ce
teros hoies seculares in pacis tp̄a deducentes. Maior em̄
requirit ptās ad ꝓsternendū stantē: ꝙ cōtinuo decidentē.
Fortē ꝙ debilē. vn̄ btūs Greg. Hostis noster inquit/ quā
xiii. moral. to magis sibi rebellare cōspicit: tanto amplius expugnare
cōtendit. Et subdit: Eos em̄ pulsare negligit: quos quieto
iure se possidere sentit. Et p hoc ad dubiū respōderi pōt/ꝙ
etsi verū sit diabolū in vna tentatiōe pfecte supatū ampli⁹
eūdē hoiem de eodē vitio infestare nō posse: pōt tn̄ ab aliis
vitiis spargere laqueos: q qꝛ multi sunt (cōtingit em̄ pene
infinitis modis deficere: vt vult phus. ii. eth.) ꝛ sic multis
modis pōt hoiem in tentatiōib⁹ impugnare. Preterea: qꝛ
valde magnus est diaboloꝝ tentantium numerus: quia
draco cadens tertiā stellarū partē secū traxit: Idcirco etsi
Apocal. xii. vnus victus tentare desistit: succedūt alii septē nequiores.
Uerū illud dictū Orige. valde dubiū esse dicit sctūs Bo
nauen. Un̄. ii. li. sniarum dist. vi. in dubiis litteralib⁹ ait: lo
quens de dubio moto. Difficile est veritatez determinare:
ꝙ em̄ fiat diminutio in illo exercitu demonū nō videt im
probabile: cū ita videamus cōtingere virtute belli: vt qui
superat amoueat a bello. Quantū tamen quando: difficī
le est determinare. Unde quicqd dicat Orige. meli⁹ est du
bitare: ꝙ sup hoc quicꝙ definire. Hec ille. ¶ K Dubita
tur quarto: Utrū homo viator ex libertate sue volūtatis si
ne speciali dei gratia oēs vincere possit diabolicas tenta
tiones. Dubiū hoc tangit facultatē li. arbi. ac necessitatem
gratie diuine: que materia lata est: ꝛ p doc. tractat abundā

ter.ij.sniar. dist.xxviij. Sed breui⁹ hic exponendo/pro mis-
sione ad dubiū p̄mittēdū: ꝙ ſm sanctū Bonauē. in secū-
do suo scripto dist.xxvij. Aliud est resistere tentatiōi diabo-
li: aliud vincere tentationē ei⁹. Nam resistere tentationi/est
nō cōsentire tentationi. Vincere aūt tentationē/est assequi
oppositū illi qđ intendit diabolus sua tentatiōe. Intendit
aūt diabolus hoīem reddere inimicū deo: ꝛ dignū eterno
supplicio. Vincit̄ ergo quando homo oppositū assequit̄:
qm̄ scȝ homo tentationi resistēdo fit amicus deo: eterno di-
gnus premio: ꝛ hoc sine gratia fieri nō pōt. Sola grā est q̄
hoīem dignū facit ꝛ acceptū deo ad vitā: ꝛ opa ei⁹ vt meri-
toria p̄emij eterni beatifici. Et ideo manifestū est: ꝙ nemo
pōt vincere tentationē diaboli sine grā gratū faciēte. Op-
positū em̄ sentire esset erro:i pelagij cōsentire. Verū q: fre-
quenter vincere largius capit̄: vt extēdit se ad resistere: vt
etiā vincere dicit̄ qui tentationi nō succūbit: nec vincit̄ vt
cedens ei mortaliter peccet: licet sic resistendo nō mereat̄.
Respondendū est ſm hanc acceptionē ad dubiū: ꝛ ideo p
eodem habent̄ resistere ꝛ vincere. Sic ergo accipiēdo vin-
cere pro resistere: vincere tentationē nihil aliud est q̄ tenta-
tioni nō cōsentire. hoc est nolle vel nō velle id ad qđ tenta-
tio impellit. ¶ Est hec ppositio ad dubiū responsiua. Sin-
gulas tentationes pōt hō ex suis naturalib⁹ p voluntatis li-
bertatem vincere: ſȝ nō sine magna difficultate. Primū pa-
tet: q: homo ex sua libertate pōt cuilibet tētationi nō cōsen-
tire: ergo pōt eam vincere. Tenet ꝯña ex quid nois hui⁹ qđ
est vincere. Antecedens patet de quolibet gñe tētationū. Et
primo de tentatione diaboli. Nā diabolus nulla tentatiōe
pōt voluntatē hoīs ad cōsentiendū necessitare: nec cōsensuȝ
in voluntate efficere: ergo semp est in voluntatis libera ptā-
te tentationi nō cōsentire. Añs patet: q: ꝯsentire est quod-
dā velle. Velle aūt est act⁹ voluntatis in plena ei⁹ facultate
cōsistens: ad quē nulla creata potētia necessitari pōt. Nihil
em̄ tam est in ptāte voluntatis q̄ volūtas ipsa. ait Aug. Qđ
intelligendū est de actu scđo voluntatis/ velle scȝ ꝛ nolle.
Cui cōcordat phs. iij. ethi. c. xiij. d. Dñi sum⁹ nostrarū ope-
rationū a p̄ncipio vsq̄ in finē. Qđ verū est quātū ad actū
ix. meta. interiorē voluntatis elicitū/qui est velle ꝛ nolle. Propter
qđ voluntas dicit̄ potentia rōnalis: q: ceteris eodē modo
se habentib⁹ pōt in opposita cōtradictorie: scȝ velle ꝛ nō vel-
le: nolle ꝛ nō nolle. Hinc Chryſ. sup Mattheū loquens de
diabolo tentāte christū ait. Nō impulit: nō tetigit: sed tan-
tum: mitte te deorsum: vt intelligam⁹ ꝙ qui obedit diabo-
lo: ipse se deponit. Diabolus em̄ suggerere pōt: cogere nō
In quodā ser. pōt. Cōcordat btūs Bern. dicens: Pōt inimicus excitare
tentationis motū: sed in te est si volueris dare vel negare
cōsensum. ¶ Probat̄ idem de tentatione carnis: q: quātū-
cūq̄ caro inclinet voluntateȝ ad illecebras: nō tñ cogit neq̄
necessitat. Om̄ etsi volūtas pp̄ter cōiunctionē eius cū car-
ne: naturaliter ad ea q̄ carnis sunt/inclinat̄: ac carnem suaȝ
Eph.v. diligit: ſm illud aplī. Nemo carnē suā vnq̄ odio habuit: ſȝ
nutrit ꝛ fouet eā. retinet tñ dñium ꝛ libertatē quātū ad cō-
sentire ꝛ nō cōsentire. Habet nihilomin⁹ ꝛ ptātem tentatio-
nes carnis extinguendi vel saltem infirmandi: p discretas
abstinētias: disciplinas: labores: ceterasq̄ asperitates. Itē
per bona opa cōtinuata in se gñare virtutes morales hmōi
inclinatiōib⁹ cōtrarias: quib⁹ volūtas fortificatur: ꝛ anim⁹
ad cōtraria vitijs inclinat̄: ꝛ ita inclinatio carnalis debili-
tatur. Sic em̄ reperiunt̄ quidam cholerici māsueti: sangui-
nei cōtinentes. Propter qđ phs in fine p̄mi Eth. dicit ap-
petitū sensitiuū participare rationē: q: imperio rōnis ꝛ vo-
luntatis aliquantū subiacet ꝛ suasiōib⁹ refrenat̄. Hinc ꝛ in
politicis ponit rationem corpori principari principatu di-
spotico. id est tanq̄ dñs seruo: ꝛ appetitui sensitiuo tanq̄
principatu ciuili seu politico. Probat etiam de tentatione
mundi: ꝙ nec illa volūtatem necessitat ad cōsensum. Mū-
dus em̄ vel obiecta delectabilia aut tristabilia mūdi nō vi-
dentur tentare hoīem: nisi obiectiue pro quāto ingerunt
speciem suā sensib⁹: vnde allicit̄ appetitus ad ea affectāda
concupiscenda vel fugienda. Appetitus aūt sensitiu⁹ (qui
mediante cognitione intellectiua voluntatem mouere po-
test ad eadem obiecta acceptanda vel fugienda) si contra
rationem appetit: ꝛ volūtas cōsentit tentationi: cū assen-
sum prestat: vincitur. Sed quoad hoc nō necessitat: cū (vt
dictū est) in sua sit potestate actū cōsentiendi elicere vel nō
elicere: ꝛ per hoc cōsentire: vel nō cōsentire. Alioquin si ad
cōsensum necessitaret̄ cōsentiendo nō peccaret: cum nemo
peccet in eo qđ vitare nō potest: vt vult Aug. ꝛ Hiero. Pre-
terea si tentationi resistere nō posset: maxime pp̄ter pecca-
tum precedens: aut dispositionem derelictaȝ post peccatū.
Hoc aūt nō videt̄: q: sicut ex actu bono precedente vel di-
spositione derelicta post actū bonū/nō immobilitat̄ volū-
tas ad bonū: ita nec ex peccato immobilitat̄ ad malū. Ha-
bitus em̄ derelict⁹: etsi inclinat: non tñ necessitat. Preterea
intellectus circa quodlibet agibile pōt recte iudicare: aut
nō. Si nō: habet errorem inuincibileȝ: ꝛ ille excusat a pctō.
Si potest: ꝛ omni iudicio rōnis voluntas ex sua libertate
pōt se cōformare: cōformando aūt se recte rationi non pec-
cat. Potest ergo nō peccare tentata: ꝛ ita tentationē vince-
re. ¶ Dicit̄ notanter in ppositione: singulas tentationes:
q: forte ſm cōem opinionem docto. loquendo de tentatio-
ne ad pctm̄ inducente: nō potest omes simul vincere. sicut
nec oia venialia cauere: licet quodlibet seorsuȝ cauere pos-
sit. Quia dum circa vnū cauendū vigilat: in aliud corruit.
¶ L Secūda pars ppositionis: scȝ ꝙ homo nō pōt ten-
tationes singulas vincere sine magna difficultate: probat̄.
Om̄ licet voluntas humana ita sit libera ꝙ cogi non pōt:
pōt tamen modis varijs ad varia volenda ꝛ nolenda in-
clinari: trahi ac psuaderi: quib⁹ nō nisi cū difficultate nō mi-
nima valet resistere. Nam etsi naturaliter ad bonū incline- j. Eth.
tur: siquidē ſm phm ratio deprecat̄ ad optima: ratio auteȝ
includit vtrāq̄ potentiā/intellectū ꝛ volūtatem: frequen-
ter tamen seducit̄: nūc errore intellectus operante malorū
satore diabolo: nunc illecebra sensus: cui q: naturaliter cō-
iuncta est: naturaliter est inclinata ad cōdelectandū ꝛ con- x. Ethi.
tristandū ei: difficile aūt est delectationi repugnare. Nunc
blandimentis ꝛ terrorib⁹ seculi circūstantis ad mala gera-
hitur. Quis aūt fraudes/laqueosq̄ spūaliū nequiciarum
deprehendere ꝛ ei⁹ occultissimas tentationes. Quis se in
pugna sensualitatis ꝯtinua sustinere: ꝛ a carnis inclinatio-
nibus semp auertere. Quis totuplices mūdi laqueos eua-
dere potest. Huc accedit ꝙ peccato originali vulnerata est
voluntatis potentia. ita ꝙ licet simpliciter sit libera: tñ ad
malū prona est ab adolescentia. Propter qđ ſm Bern. in gen. viij.
ser. vij. de aduentu Proni sum⁹ ꝛ faciles ad seducendū: de-
biles ad operādū: fragiles ad resistendū. Si discernere vo-
lumus inter bonū ꝛ malū: decipimur. Si tentamus facere
bonū: deficim⁹. Si conamur resistere malo: deijcimur ꝛ su-
peramur. Propter qđ etsi vt dictū est: volūtas simpliciter
sit libera: raro tamen bonū vellet: raro se ad deū ꝯuerteret
raro se a delectationib⁹ carnis ꝛ mentis inordinatis auer-
teret: sed multo magis ad se recuruata/suū cōmodū quere-
ret: seq̄ finem suū in oibus cōstitueret: tot difficultatib⁹ et
laqueis cōuoluta: nisi dei fideli ac speciali fuerit auxilio su-
stentata: qm̄ ſm aplm̄. j. Cor. x. Fidelis est de⁹ qui nō pmit-
tit hoīem tentari sup illud qđ potest: sed facit cū tentatiōe
ꝓuentū: vt possit sustinere. Orandus igitur est de⁹ vt omi-
bus opib⁹ nostris assistat: rationēq̄ illuminet ne erret: vo-
luntatem refrenet ne dissentiat: executiuā potentiā confor-
tet vt imperata opere perficiat: fraudes inimicoꝝ submo-
neat ne irretiant: feritatem cohibeat ne preualeat: omnia
remoueat mala: cunctaq̄ tribuat bona. Nemo quippe sua
industria tot corporis pericula euaderet: quanto min⁹ ani-
me. Ideo ad impetrandū diuinā ab insidijs defensionem:
orandum est ne nos inducas in tentationem. Deniq̄ etsi
multa potest libe. arbi. sine gratia: raro tamen agit ſm vlti-
mum posse sue potentie propter difficultates ꝛ impedimēta
pretacta. Et si sic ageret: nihil tamen potest operari meri-
torie sine gratia: ꝛ ita nō potest vincere salubriter tentatio-
nes sine gratia. Ideo orat ecclesia: orant prophete: orant

Jo. xvij. apostoli: orauit ⁊ christus patrem in celis: Pater sancte ser
ua eos in noīe tuo ⁊c. Docuitq; nos salubriter orare patris
clementiā et bonitatem: Ne nos inducas in tentationem.
Neq; sic orando fingim⁹ aut ficte oram⁹: sicut hi faciunt de
quibus Augu. in ep̄la cōtra vitalem hereticū. Prorsus in
quit/nō oramus deū: sed orare fingim⁹: si nosipsos: nō illū
credim⁹ facere qđ oram⁹. Prorsus nō deo gratias agimus:
sʒ agere nos fingim⁹: si vnū illi gratias agim⁹ ip̄m facere nō
putam⁹. Qđ intelligendū est quantū ad meritū vite eter
ne: q: ipse solus dat merendi facultatem/scʒ gratiā. Etiam
q: etsi cooperamur: ip̄e tamen substantiā actus principa
liter operat̄: sicut prima et vniuersalis oīm causa. Deniq;
non suauiter nec faciliter tentationi resistim⁹: nisi deo spe
cialiter per suā gratiā assistente. Unde vtiliter fundim⁹ ad
deū orationē: ne nos inducas in tentationē. ¶ M Ulti
mo respondendū est ad dubiū primo dubio annexū. Utrū
oīs tentatio sit peccatū. Qđ non intelligendū est de pecca
to tentantis/puta demonis vel hoīs: de quo dictū est: ꝙ q̄
tentat cū intentiōe fallendi (quō hic accipit̄ tentare) vtiq;
peccat: cū velle decipere ⁊ ad peccatū inducere/sit peccare
Sed intelligendū est de pctō tentati. Et quidē certū est/
ꝙ tentatio demonis aut mūdi potest fieri sine pctō: immo
cū merito tentati. Nam ⁊ christus tentatus est a diabolo:
⁊ sancti martyres a mūdo: qui in tentatione coronas ppe
tuas meruerūt. Loquendū ergo solū est de tentatione car
nis: an illa potest fieri sine pctō tentati. Et videt̄ ꝙ non:
q: tentatio carnis fit p primos motus sensualitatis: sʒ oēs
hi sunt peccata: ergo. Cōsequētia nota cū maiore. Minor
pbatur sm̄ Aug. xix. de ciuitate dei. Nōnullū vitiū est cum
caro cōcupiscit aduersus spm̄. Primis aūt motib⁹ caro ad
uersus spiritū cōcupiscit. Item magr̄ dist. xxiiij. li. ij. Sen
sualis motus cū illecebrā cōcepit: quasi serpens suggerit
mulieri: id est inferiori rationis parti. Sequit̄. Si aūt mo
tu sensuali tantū peccati illecebra teneat̄: veniale ⁊ leuissi
mū est peccatū. Motus aūt sensualitatis sunt motus pri
mi: igitur motus primi sunt pctā. Item aliqđ peccatum est
In lib. re- necessariū qđ caueri nō potest sm̄ illud Aug. Sunt inquit
trac. quedā necessitate facta improbando: vt qui vult recte fa
cere ⁊ nō potest. Unde est illud apl̄i Rom. vij. Nō qđ volo
bonū hoc ago: sed qđ odio malū: illud facio. Itē glo. sup
Prouer. illud. Septies in die cadit iustus. ait. Singulis dieb⁹ p ne
xxiiij. cessitatem vel fragilitatē carnis/vel volentes vel inuiti pec
camus. Illud autē pctm̄ qđ inuiti ⁊ nolentes incidimus:
nō est nisi prim⁹ motus. Hic enī nō est in potestate volunta
tis. Primus igit̄ motus est peccatū. ¶ In oppositū. Pri
mi motus nō sunt in ptāte voluntatis: ergo nō sunt pctā.
Tenet ꝯña: Quia sm̄ beatum Aug. in de corrept. ⁊ gratia.
Nullus peccat in eo qđ vitare nō pōt. Et aña habet̄ in glo.
super illud Ps. Irascimini ⁊ nolite peccare. Dicit enī Cas.
Motus animi in ptāte nostra non est. Et iterū. Si motus
surgit animi: qui nō est in ptāte nostra: nō ei ꝯsentiat ratio.
Item motus sensualitatis pōt esse absq; hoc ꝙ ratio infe
rior moueat̄ ad cōsensum: ⁊ tunc nō est peccatū. Nam vt di
cit magr̄ dist. xxiiij. li. ij. ⁊ allegatū est. s. lectione. lxxvij. Si
cupiditas nostra nō mouet̄ ad peccandū: excludit̄ serpen
tis astutia. Et sequit̄: Cū cupiditatē refrenat ⁊ cōpescit ra
tio: nō labimur in peccatū: ergo motus sensualitatis (qui
per serpentem intelligit̄) nō imputat̄ ad peccatū: dū cupi
ditas. i. inferior ratio (que p mulierē figurat̄) nō cōsentit.
Et p cōsequēs primi motus: qui sunt motus sensualitatis:
nō sunt pctm̄: nisi accedat rōnis cōsensus. ¶ N Pro hu
ius dubij solutione primo videndū est: quid sit prim⁹ mo
tus. Deinde in quo actu cōsistat pctm̄: ⁊ sic respōdebit̄ ad
dubiū. De primo Alexan. de ales parte. ij. q. cxxv. membro
primo/sic diffinit primū motū: Est motus sensualitatis sm̄
Primus impulsum fomitis/tendens impetuose ad fruitionē crea
mot⁹ qd. ture delectabilis. Dicitur primo motus sensualitatis: ⁊ per
hoc excluditur omnis motus partis rationalis: quoꝝ licet
pleriq; sint surreptitij ⁊ deliberationē preueniētes: ac primi
in illa potentia rōnali: nō tñ dicunt̄ primi mot⁹: q: primi mot⁹
sunt qui oriuntur ex lege carnis: que immediate coniūcta
est sensualitati. Dicit̄ sm̄ impulsum fomitis: ad excluden
dum motū illū sensualitatis: qui potest p rationem ordina
ri ad sustentationem nature: vt fames/sitis: talis enī mot⁹
potest esse nō inordinatus. Motus autē prim⁹: q: est sm̄
impulsū fomitis/improb⁹ est vt impetus libidinis: ⁊ hoc
notatur cū additur: tendens impetuose ad fruitionē crea
ture: in quo etiā tangit̄ causa finalis. Et accipit̄ ibi fruitio
large pro delectatiōe. Ex hac diffinitione patet: ꝙ in ratio
ne primi motus includit̄ vitiū siue quedā deordinatio: q:
dicitur sm̄ impulsum fomitis tendens impetuose. Fomes
aūt est qualitas morbida inclinans ad malū. Secundo se
quitur ꝙ motus cognitiuus potentie sensitiue nō dicitur
primus motus. Patet: q: motus prim⁹ est motus delecta
tionis in creatura: qui ptinet ad appetitū nō ad cognitio
nem vt talis est. Tertio sequit̄ ꝙ per primū motū nō intel
ligitur primus actus potentie sensitiue simpliciter: sed pri
mus actus appetitus quem precedit actus cognitiu⁹. Et
q: nō est certum oēs doctores ita accipere primos motus:
ideo in respōsione largius loquendū erit de motib⁹ poten
tie sensitiue: siue dicant̄ primi: siue nō primi: nec est cura de
noīe/cum cōstat de re. ¶ Distinguūt etiam quidā vt idem
doc. membro secūdo dicte questionis innuit de primis mo
tibus. Quoniā quidā dicunt̄ primo primi: qui scilʒ statim
seu repente surgunt. Quidā dicūtur secūdo primi: qui ta
les sequunt̄. Exemplificat quidā alius doctor de motu pri
mo: vt titillatio carnis excitans ad libidinem. Item appe
titus sensitiui delectatio circa illud quod sensus suggerit.
Aut desideriū improuisum sensus ꝓsequendi in opere. Sʒ
de motu secūdo primo/ vt motus delectationis volūtaris
vt natura: nō libere cōdelectantis appetitui sensitiuo. Itē
cōsensus subitus volūtatis in delectationem. Item desidē
rium subitū volūtatis ꝓsequendi opus. Sed sm̄ illos acci
pitur motus prim⁹ large: pro quolibet motu in hoīe preue
niente rationis iudiciū. ¶ O Circa secundū aduertens
dum: ꝙ sicut actus virtuosus ad laudē imputabilis: ita et
vitiū seu culpa imputabilis ad vituperiū / primo est in vo
luntate. In inuolūta. ijs enī nec laudamur neq; vitupera
mur. Unde tamen aliquid dicit̄ voluntariū dupliciter sm̄
Alexan. vbi supra. ⁊ sanctū Bonauē. in secundo dist. xli. q.
iiij. scʒ simpliciter: ⁊ sm̄ quid seu interpretatiue. Volunta
rium simpliciter est: qđ est a voluntate. Secundū quid seu
interpretatiue est illud qđ oritur volūtate cōcomitante: nō
ꝓhibēte: vel precauente dum precauere potuit. Sicut sub
mersio nauis ex negligentia naute dicit̄ quodāmodo ⁊ in
terpretatiue voluntaria. Similiter quedā peccata omissio
nis pure: pro eo ꝙ talia voluntati imputantur. Et hoc mo
do multa venialia sunt voluntaria. Omne enī pctm̄ actua
le est voluntariū. Mortale est voluntariū simpliciter: Ve
niale aūt vel est voluntariū simpliciter: sicut illud qđ fit ex
deliberatione vt mendaciū iocosum. Aut sm̄ quid ⁊ inter
pretatiue: sicut qđ fit ex surreptione. Hoc Bonauen. Ex il
lo sequit̄ primo: ꝙ nullus actus cuiuscūq; alterius poten
tie a volūtate est essentialiter virtuosus vel culpabilis: sed
dūtaxat accipit̄ p denominationē extrinsecā: pro quāto scʒ
habet ordinē ad volūtatē. Probat̄: q: vbi nō est volūtaris
vsus: ibi neq; est meritū: neq; actuale pctm̄: vt in pueris:
fatuis: furiosis. Scđo sequit̄: ꝙ volūtate nō peccāte nulla
potentia peccat: neq; actus aliqs pctm̄ dici pōt. Patet: q:
sublato eo a quo aliqđ denoīatur: tollit̄ ⁊ denoīatio: sed a
volūtate peccāte cetera ab eo dependentia dicunt̄ peccare
vel pctā: ergo. ¶ Notandū etiā ꝙ differētia est inter vitiū
⁊ peccatū. Nam vitiū generalius est peccato. Dicit̄ nāq; vi
tium oīs inordinatio potētie respectu actus sibi debiti sm̄
suā naturalem institutionē. Sic vitiū ponitur in natura: vt
in effectibus monstruosis. Similiter in brutis: in furiosis:
in infirmitatib⁹ corporis. Sic generaliter omnis defectus
debiti ordinis/vitiū dicitur. Peccatū aūt est vitiū imputa
bile ad vituperiū. Duo enī hec dicit peccatū: scʒ vitiū seu
inordinationē quandā/⁊ imputabilitatem. Primū est quē

ſi materiale ſm quod inuenitur in actu cuiuſlibet potētie:
Secundū quaſi formale: ſm hoc eſt primo in voluntate: ⁊
propter voluntatem denoīat actus aliarū potentiarū: pro
quanto ſubſunt regimini volūtatis. ℭ P Iſtis premiſ
ſis reſpondeꝫ ad dubiū ꝑ quinqꝫ ꝓpoſitiões. Prima: Ois
primus motus vitiū eſt: ſicut ⁊ quilibet actus ſurreptitius
Probatur: qꝛ ois motus a lege fominis ortus: ⁊ ois actus
ſurreptitiuus eſt cōtra ordinem prime iuſtitutiōis huma
ne nature: igitur eſt vitioſus. Cōſequentia nota ex quid no
minis vitij ſtatim ſuprapoſiti. Añs patet: qꝛ ſm ordinē pri
me inſtitutionis: ratio hoīs q̄ eſt ſuprema hoīs potentia:
oēs inferiores potentias regendo preuenire ⁊ dirigere ha
bet: et ei⁹ imperio ac regimini cetera oīa debent ſubijci: nec
aliquis motus cognitiue potentie ꝑuenire. Sed cōtra hūc
ordinem eſt primus motus ⁊ oīs actus ſurreptitius: pro
quanto preuenit rōnis iudiciū: ergo ⁊c. ℭ Scđa ꝓpoſitio
Neqꝫ prim⁹ motus: neqꝫ alius actus in ſenſualitate eſt pec
catū eſſentialiter ⁊ intrinſece. Patet: qꝛ illo mō pctm̄ eſt in
ſola volūtate: cui⁹ eſt libe. arbi. vt deductū eſt in correlario
primo ſecūdi notabilis premiſſi. ℭ Tertia ꝓpoſitio: Aliqs
motus prim⁹ neqꝫ mortaliter neqꝫ venialiter eſt culpādus.
Probaꝫ auto. ⁊ rōne. Auto. bti Aug. j. de ciui. dei. c. xxv. lo
quentis de corruptis violenter contra eos vel eas: q̄ ꝓpꝫ
peccati deuitandi cauſa: ne ſub alterius libidine etiā ſue cō
citate forte cōſentiant: vim ſibi qui moriaꝫ inferre putant
ait. Abſit a mente chriſtiana q̄ deo ſuo fidit: in eoqꝫ ſpe po
ſita eius adiutorio nitiꝫ. Abſit inquā vt mens talis cuiuſli
bet carnis voluptatib⁹ ad cōſenſuꝫ turpitudinis cedat. Et
ſequiꝫ ad ꝓpoſitū: Qđ ſi illa cōcupiſcentialis inobedien
tia q̄ adhuc in membris moribūdis habitat: preter noſtre
volūtatis legem quaſi ſua lege moueꝫ: quātomagis abſqꝫ
culpa eſt in corpore nō cōſentientis: ſi abſqꝫ culpa eſt in cor
pore dormientis. Hec Aug. Ecce q̄ⁱs violenter corrupta
delectationes ſentiat: nequaq̄ tn̄ peccat: ſi nō mente cōſen
tiat. Nullus ergo carnis motus pctm̄ inducit: ſi oino volū
tas nō cōſentit. Ex illo infert ſctūs Bonauē. diſt. xl. ſcđi. q.
iiij. Si venialia rōnem culpe habent: hoc eſt: qꝛ a volūtate
in particulari ⁊ diuiſim vitari ⁊ precaueri poſſunt. Itē btā
lucia ad paſchaſiū tyrannū inquit. Non inquinaꝫ corp⁹ niſi
de cōſenſu mentis. Nam ſi me inuitā violari feceris: caſti
tas mihi duplicabiꝫ ad coronā. Faciūt ad idem allegata. ſ.
ad oppoſitū dubij. Item beat⁹ Anſ. in de cōcep. virginali.
Nec eñ ipi appetitus (quos aplš carnem vocat: q̄ cōcupi
ſcit aduerſus ſpm̄: ⁊ legem pcti que repugnat legi mētis)
iuſti vel iniuſti ſunt ꝑ ſe cōſiderandi. Nō eñ iuſtū vel iniu
ſtum faciūt ſentientē: ſed iniuſtū tantū volūtate cum nō de
bet: cōſentientem. Dicit eñ aplš nihil dānationis eſſe his
qui ſunt in chriſto ieſu: qui nō ſm carnem ambulant: id eſt
nō carnis volūtati cōſentiūt. Nā ſi ſentientē ſine cōſenſu in
iuſtū facerent: ſequereꝫ dānatio. Quare nō eos ſentire: ſed
eis cōſentire pctm̄ eſt. Hec Anſ. ℭ Q Ratione ꝓbatur:
Nullus motus qui ꝑ lib. ar. caueri nō pōt eſt pctm̄: ſed aliq
primi motus ſunt hmōi: igiꝫ. Cōſequentia nota. Maior ꝓ
bata eſt in notabili. ⁊ etiā ex eo patet. Alioquin primi mo
tus in beſtijs ac hoīb⁹ rōnis vſu carentib⁹ eſſent pctā: puta
in infantib⁹: furioſis: dormientib⁹. Conſequens falſuꝫ. Et
probaꝫ ꝯña: qꝛ nulla alia cauſa aſſignari pōt: cur nō in illis
ſunt pctā: niſi qꝛ nō ꝓcedunt a li. ar. vere vel interpretatiue.
Minor ꝓbaꝫ: qꝛ multi ſunt primi motus: qui per volunta
tem caueri aut ꝓhiberi nō poſſunt: vt in coniuge debitum
reddente: in infirmis feminifluis oīmodis paſſionē ſuam
horrentibus ⁊ nolentib⁹. Item in predicatorib⁹ ⁊ cōfeſſori
bus materias lubricas audire aut imaginari cōpulſis: vn
de nōnūq̄ obſceni ſurgūt motus. ⁊ ita in multis alijs. Iteꝫ
quis ſtatim cū motus prim⁹ ſentiꝫ poteſt ex charitate reſi
ſtere: ⁊ ad ei⁹ repreſſionem poſtetenus conari: ⁊ ita mereri
⁊ ꝑ cōſequens pōt primo motu non peccare. Tenet ꝯña: qꝛ
circa ideꝫ obiectū non cōtingit ſimul mereri ⁊ peccare. Et
antecedens eſt manifeſtū: ⁊ patet in btō paulo qui ter dñm
rogauit vt auferreꝫ ſtimulus carnis: nec tn̄ obtinuit: ſꝫ au

diuit: ſufficit tibi gratia mea. Nec tamen hunc patiēdo pec
cauit: qui reſtitit quantū in eo fuit: ⁊ augmentū gratie me
ruit. Item nullus actus precedens actū volūtatis nō negli
gentis cohibere eſt pctm̄: vt dicit Ockā. q. iiij. li. iij. Inuitū
talis eñ nullo modo eſt volūtarius. Sed primi mot⁹ fre
quenter precedunt actū volūtatis ⁊c. ergo tales ſic prece
dentes nō ſunt pctā. Itē quodlibet pctm̄ veniale ſeorſuꝫ vi
tari poteſt: licet nō oīa ſimul ſm doc. cōiter. Sꝫ aliqui mo
tus primi vitari nō poſſunt: ergo aliqui non ſunt pctā ve
nialia. Cōſequentia eſt in quarto ſcđe baroco. ⁊ añs oſten
ſum eſt ⁊c. Ex hac cōcluſione ſequiꝫ q̄ nō ſolū primus mo
tus in ſenſu: ſed naturalis cōdelectatio vel cōtriſtatio in ap
petitu intellectiuo (ſi poniꝫ) non eſt pctm̄. Patet: qꝛ ſicut
nec motus ſenſus: ita nec cōdelectatio vel cōtriſtatio natu
ralis eſt in ptāte voluntatis. ℭ R Quarta ꝓpoſitio: Pri
morū motuū illi tantū imputanꝫ ad veniale pctm̄: qui ſunt
volūtatij per li. arbitrij verū vel interpretatiuū cōſenſum.
Patet: qꝛ ſimpliciter inuoluntariū nō eſt pctm̄ ſm beatuꝫ
Aug. ⁊ ſanctū Bonauē. diſt. xli. q. v. li. ij. Si tollaꝫ liberuꝫ
arbitriū: nullo mō erit peccatū. Tolliꝫ aūt reſpectu illi⁹ mo
tus: qui nec ſimpliciter nec interpretatiue eſt voluntarius:
igitur. ℭ Quinta ꝓpoſitio ⁊ reſponſiua ad dubiū: Carna
lis tentatio fieri pōt ſine actuali pctō. Patet: qꝛ illa fit per
primos motus. Hi aūt fieri poſſunt nō cōcurrente li. ar. ve
re vel interpretatiue: vt deductū eſt: ⁊ ꝑ ꝯñs ſine peccato.
ℭ S Ad rationes ad partem negatiuā dubij inductas.
Ad primā diciꝫ / negando minorē. Et ad beatū Aug. diciꝫ:
q̄ cōcupiſcentia carnis aduerſus ſpm̄ non eſt ſine vitio: ſed
poteſt eſſe ſine pctō: nec aliud vult btūs Aug. Ad ſecūdam
diciꝫ ad magiſtrū q̄ in ſenſualitate quādoqꝫ motus eſt pec
catū. quādo ſcꝫ eſt volūtarius interpretatiue: vt dum caue
ri potuit. Quādoqꝫ nō eſt pctm̄: qn̄ caueri nō potuit: vt pa
tet ꝑ magiſtrū eadē di. in auto. ad oppoſitū dubij allegata:
Quando ergo illecebra peccati in ſenſualitate cōcipiꝫ: le
uiſſimū eſt pctm̄ ſi nō vltra ꝓgrediꝫ. Sed nō oportet q̄ oīs
motus ſit illecebra peccati: alioquin magiſter ſibiipſi cōtra
diceret. Ad tertiā reſpōdet ſctūs Bonauē. q̄ ſctūs Aug. lo
quitur de neceſſitate venialiū: nō quātū ad hoc veniale vel
illud determinate: ſed gn̄aliter quantū ad venialia: qꝛ oīa
ſimul caueri nō poſſunt: licet quodlibet ſeorſum: ſaltē pro
toto tpe. Vel poteſt dici ſicut impoſſibile quādoqꝫ dicitur
qđ eſt valde difficile: ita ei⁹ oppoſitū neceſſariū aliquando
diciꝫ: ſcꝫ qđ vix eſt fugibile. ⁊ illo mō large loquiꝫ de neceſ
ſitate Aug. Similiter q̄ aplš dicit: qđ nolo malū hoc ago.
Dicit ſctūs Bonauen. q̄ nolo ibi nō priuat oīmodā volun
tatem: ſed voluntatem principaliter mouentē. Quia in il
lis motibus voluntas non ꝑuenit excitando: ſed motioni
accedit nō reprimēdo: vel aliquādo cōſentiendo. Ad quar
tam de gloſa ſup illud: Septies in die cadit ⁊c. Reſpondet
Bonauen. vbi ſupra. q̄ in gloſa illa dicitur aliquis inuitus
peccare: nō per priuationem voluntatis omnimodā: ſed ꝑ
priuationem volūtatis plene ſiue cōplacentie. Et hoc qui
dem verum eſt: quia frequenter ſic inuiti peccam⁹: ⁊ diſpli
cet q̄ ſic inordinate mouemur. Si tamen bene precauiſſe
mus: in hunc motū vel actū non incidiſſem⁹. De neceſſita
te dicitur vt. ſ. in ſolutione prima. Et tantū de hoc dubio
⁊ expoſitione huius ſexte petitionis. ℭ T Circa quam
ita poterit orantis deuotio colligi. Pater noſter qui es in
celis: ne nos inducas in tentationē. Nihil cōtra nos preua
leant aduerſe ptātes: quarū etſi volūtas mala: ptās tn̄ niſi
quantū tu dederis ad noſtri exercitiū / penit⁹ eſt adempta.
Et qm̄ nō expedit oīno nō tentari: oramus vt tentatio ipſa
quā nos ferre diſponis: ſit pctōꝝ noſtroꝝ purgatio. Sit no
ſtre infirmitatis certa cognitio: ac per hoc vera noſtri hu
miliatio. Sit per tui aſſiſtentem gratiā meritoꝝ ⁊ victorie
cumulatio. Tu eñ es fidelis ille dñs ⁊ pater: qui non per
mittis nos tentari ſupra q̄ poſſumus. Da ergo cum tenta
tione prouentum: vt poſſimus ſuſtinere. Non eſt in nobis
pater clementiſſime: vnde tantis oppugnatoribus reſiſta
mus. Unde laqueos tam multiplices ⁊ latentes deprehē

habēs in teipso: Et regnas / in terris ꝛ in celo / deus / ve
rus naturalis vnus ꝛ indiuisus. Per omnia secula secu
loruꝫ / sine fine: Amē: vere ꝛ indefectibiliter. ¶ D Cir
ca primā partē huius orationis / incidit dubiū. Utrū chri
stus ex volūtate patris mundū viuificās p mortē suā sua
potestate aiam suā posuit: an sua permissione mortē vul
nerū violentia a iudeis inflictoꝝ illatā sustinuit. ¶ Ad ħ
pbabiliter dici pōt: q christ⁹ in cruce sua potestate aiam
posuit: preueniēdo mortē quā durissimi vulnerū crucia
tus intulissent: vt sic euidētissime cōstaret / nō nisi ppria
volūtate nos sua morte redemisse. Potest autē illud si
gnis ostendi ꝛ scriptis. Signis: Nā ob hoc pilatus dum
peteret dare corpus sepeliendū: mirabat si iam mortu⁹
esset: quasi illate pene licet letales fuerāt: nō tñ vitam in
tam breui tēpore extorsissent. Sicut nec in latronib⁹ cuꝫ
dño crucifixis: quoꝝ crura q2 dño mortuo / vixerant: fra Joh. xix
cta sunt: vt eoꝝ mors acceleraret. Aliud signū: q2 cū cla
more valido expirauit: qđ nō est hois morte naturali vi
illata morientis: sed ei⁹ tm̄ qui ppria potestate ꝛ volūtate
aiam suā ponit. Hinc cēturio vidēs q2 sic clamās expiras Mat.
set: ait: Uere hic hō filius dei erat. vbi glo. Ostēdit quas xxvij.
re centurio mirat: q2 vidit eū sic expirasse. i. spm̄ emisisse: Marci
nullus eñ habet potestatē emittēdi spiritū / nisi cōditor xv.
animarū. Et alia glo. Hiero. Infirmata etenī carne / mor
virtus diuina inualuit: que dicit: Aperite mihi portas iu
sticie. Nos autē cū nulla aut ima voce morimur / q de ter
ra sumus. Ille eñ cū exaltata voce expirauit: qui de ce
lo descēdit. Ex quib⁹ satis patet: q nō violētia coact⁹: sed
potestate functus mortē aduocauit. Patet idē autorita
te scripture supra allegata: Nemo tollet aiam meā a me Joh. x.
sed ego ponā eā a meipso. Ad idē multe scripture cōcor
dant: vt illud: Oblat⁹ est / q2 voluit: sed quecūq; voluit / Esa. liij.
fecit. Itē: Tradidit semetipsum p nobis. Et similia multa. Ephe. v.
Oblatio autē / ꝛ traditio facta est in effectu: dū aiam
suā obtulit patri sacrificiū vespertinū. Hinc ppheta: Uo
lūtarie sacrificabo tibi. Preterea volēs suspendit redun
dantiā beatitudinis portionis supioris / ne redūdaret in
corpus: quā nisi suspēdisset: corpus q2 gloriosuꝫ fuisset:
nec mori nec ledi potuisset. Christ⁹ eñ ab instāti sue cōce
ptionis ſm aie portionē supioreꝫ / pfecte beat⁹ fuit clare
vidēdo diuinā essentiā / eaq; pfecte fruēdo. Vñ nisi p mi
raculū suspēsa fuisset beatitudo in pte supiori mentis: re
dūdasset in vires inferiores vsq; in corpus: ipm dotibus
glorie pficiēdo: claritate scꝫ impassibilitate / agilitate / et
subtilitate. Et ita penitus pati nō potuisset: siue dotes il
las deus immediate in corpe beati efficeret: siue ex ipa bea
titudine naturaliter redundarēt. Saltē ſm legē statutā /
nō potest aia in corpore esse beata: ꝛ corpus nō esse glo
riosum. Miraculū ergo suspēsionis glorie corpis in po
testate fuit christi: qđ exhibēdo corpus suū reddidit passi
bile ꝛ mortale. Ipse ergo mortē aduocauit: q miraculo
se gloriā / mortē penitus excludētē / suspēdit. Sed tūc est
dubiū: Quō iudei eū occiderunt. Rñdet q iudei primo
volūtate eū crucifixerūt: etiā verbis et factis nihil omit
tentes per se ꝛ milites quantū in eis fuit: vt christus mo
reretur. Scdo / vulnera ꝛ penas intulerunt ꝛ sanguineꝫ
fuderunt: quibus stante miraculo suspēsionis glorie / tā
dem mortu⁹ in cruce fuisset. Preuētio aūt qua dñs preue
nit mortē: vt volūtarie seipsum p nobis offerret: non ex
cusat iudeos ab homicidio quod fecerunt maliciose: vn
de dñs: si nō preuenisset: moreretur. Sequitur:

Perceptio corporis tui

domine iesu christe: qđ indignus sumere propono: non Alij hñt
mihi proueniat in iudicium et condemnationē: sed pro psumo.
tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corpo
ris: et ad medelam percipiendam. Qui viuis et regnas
deus: per omnia secula seculorum. Amen.
¶ E Postq; in priori oratione sacerdos orauit p sua

iustificatione: vt digne possit tanto mysterio participare in illa orone petit ꝓ salute cōsequēda ex sacramēti perceptione: vñ dicit: Perceptio corporis tui dñe iesu christe/ qḋ indignus/ ꝓpter plurima cōmissa petā: ꝓpter q̄ deuotionis ac feruoris neglecta exercitia. Sumere ꝓpono aliter presumo. Nō vtiqꝫ cōfidens in mea iusticia: sed de tua benignitate ac misericordia multa: qua linū fumigās nō extinguis: nec quassatū calamū cōfringis. Esa. xlij. Nō mihi ꝓueniat in iudiciū ꝛ cōdemnationē: quas aplꝰs cōminat oibus indigne accedētibꝰ: corpus dñi nō dijudicātibꝰ: discretionis iudicio hunc cibū ab alijs materialibꝰ ꝛ corporalibꝰ cibis nō discernētibꝰ/ per diligentē ꝛ ꝓcuiā suipsius ꝓbationē: ne mortui cibū sumant vite. De qua dispositiōe tam de necessario/ q̄ de cōgruo prerequisita: superius dictum est lectionibꝰ. vj. vij. viij. ꝛ. ix. ideo hic rescinditur. Sed pro tua pietate ineffabili/ qua me sola tua bonitate nullis meis meritis ad hūc gradum vocasti: ꝛ hactenus sustinuisti: ꝛ misericorditer ad penitētiā expectasti. Prosit mihi ad tutamentū mētis ꝛ corporis/ Hec sumptio tui corporis ꝛ sanguinis: vt scꝫ preseruet in futurū: ne mentē peccato cōsentiā. Aut per viā corporis ꝛ sensuū mortē anime intromittā: qua a te separatꝰ vtriusqꝫ mortem/ anime ꝛ corporis tue offensionis demerito/ mortē peccatoꝝ incidā pessimā ꝛ eternā. Sit mihi ad tutamentū mentis/ ne tuā presentiā gratiosam: quā sumere festino: vnq̄ peccatoꝝ sordibꝰ repellā: ꝛ corpis mēbra tibi ꝯsecrata arma peccati efficiam. Sed mente dulcedinē tuā degustās: in te semꝑ delecter: ꝛ corpore tibi famulās/ nulla lassitudine fatiger. Et ad medelā corpis ꝛ aīe ꝑcipiendā/ qḋ prestare velis o iesu christe. Qui viuis ꝛ regnas ꝛc. Sequitꝰ oratio tertia sumptioni premittenda.

Domine nō sum dignus

vt intres sub tectū meū: sed tm̄ dic ṽbo ꝛ sanabitꝰ aīa mea. ¶ F In precedēti oratione petiuit sacerdos/ vt manducatio dignissimi sacramēti sibi nō proueniat ad iudiciū ꝛ cōdemnationē: sed magis ad mentis corporisqꝫ salutē: Hic sciens summā sumēdi dignitatē eius: scꝫ qui in altis habitat: ꝛ tm̄ nō alta: sed humilia respicit: ad quē nō nisi
Esa. lxvi humilitate peruenitꝰ: ipso dicēte per ꝓphetā: Super quē requiescit spūs meus: nisi suꝑ humile ꝛ quietū/ ꝛ tremē
Jaco. iiij tē sermones meos. Nimirū sugbio resistit: humilibꝰ autē dat gratiā. Sequens quoqꝫ consiliū principis aplorum.
j. Pet. v. Humiliamini (inquit) sub potēti manu dei: vt vos exaltet in tēpore visitationis. Et ad tam dignā sumptionem exaltari mereatꝰ: seipsum humiliat: ꝛ omnipotēti manui vt saluet se subijciēs/ orat: Dñe nō sum dignus ꝛc. Verbū hoc sumptū est ex euāgelistis mattheo ꝛ luca referētibꝰ factū centurionis hois gētilis: qui cū magnus esset seculari potētia/ vtputa romanoꝝ officialis ad custodiā galilee in capharnaū delegatꝰ: qui volēs puero suo corporis sanitatē impetrare a dño: cuiꝰ miracula audierat: ac per hoc potentiā crediderat: se humiliauit: ꝛ indignū dñi corporali ꝑsentia iudicauit. Vñ nūcijs suis ꝓ eo dominū interpellātibꝰ: vt seruū suū sanare dignaretꝰ/ cum dñs rn̄disset: Ego veniā ꝛ curabo eū. Statim ipso iter arripiēti/ ꝛ domui sue appropinquāti ꝑ amicos suos remādauit: vt Luc. c. vij. scribit: Dñe noli vexari. Nō em̄ suꝫ dignus vt sub tectū meū intres: ꝓpter qḋ ꝛ meipsum non sum dignū arbitratꝰ vt venirē ad te: sed dic verbū/ ꝛ sanabitꝰ puer meus: Nā ꝛ ego sum hō sub ꝑtāte ꝛc. Hinc sumptū est ṽbū illud: vt sacerdos christū inuitaturus ꝛ sumpturus ad sanādū animā suā: suam indignitatē recognoscēs: dicat magna fide pariter ꝛ humilitate: Dñe nō sum dignus vt intres sub tectū meū. Nō sum dignus vt sumā te in interiora mea/ multis peccatoꝝ sordibꝰ abominabiliū. Dicat voce: ꝛ humilia de se sentiat corde. Est em̄ q̄ ne
Eccli. xix quiter se humiliat: ꝛ interiora eiꝰ plena sunt dolo. Tales non exaltat dñs: q humilē spiritu saluū faciet: ꝛ oculos sugboꝝ humiliabit. Ideo vt digne sumere dñm mereatꝰ in hoc sacramētali cōuiuio: recūbat mente in nouissimo loco: se oibus inferiorē recognoscēs: ꝛ tāto cōuiuio indignū: vt tandē audire mereatꝰ: Amice/ ascēde superius: et tūc obtineat gloriā corā simul discūbentibꝰ. ¶ G Nec difficile erit in veritate se indignū recognoscere tanti ministerij (alꝰ mysterij) participatiōis: si maiores se/ diligēter cōsideret seipsos valde humiliātes. Cōsideret inquā iohannē baptistā: cuiꝰ supra habita est memoria: q ab angelo prenūciatus ī vtero sanctificatꝰ est: a puericia extra tumultū hoim in heremo cōuersatꝰ: a christo suꝑ cūctos mulierū natos cōmendatus: nihilominus timuit baptizare dñm/ dicens: Ego a te debeo baptizari. Vñ de ipso ait ecclesia: Baptista cōtremuit: ꝛ nō audet tangere sanctū dei verticē: sed clamat cū tremore/ dicēs: Sanctifica me saluator. Attēdat mariā magdalenā: que tanto feruore christū diligebat: vt nō erubesceret inter epulas cōuiuantiū lachrymosam se ingerere: pedes dñi lachrymis irrigare: ac capillis tergere: ꝓpter qḋ a dño audire meruit: Dimissa sunt sibi peccata multa: qm̄ dilexit multum. ꝛ iterū. Remittuntꝰ tibi peccata. Nec tm̄ post christi resurrectionē pedes ipsiꝰ tangere ꝑmissa est. Quid igitꝰ magnū si sacerdos q̄ testimoniū de diligēdo deū nō habuit: q̄ nō sibi remissa petā a deo audiuit: q̄ ad fundēdū lachrymas est aridus: in diligēdo tepidus. in obsequio tardus: non modo tacturus pedes dñi: sed totū eiꝰ corpus comesturus: dicat cū vilitatis sue recognitiōe: Dñe nō sum dignꝰ vt intres sub tectū meū. Ecce petrus: cui dñs totius gregis sui curā cōmittere dignatꝰ est: ad pisciū capturā stupuit: ꝛ indignū se dñi presentia exclamauit/ dicens: Exi a me dñe: q hō petōr sum. Beatus q̄ marcus euāgelista: qui pre ceteris christi resurrectionē ꝛ regnum spiritusancto inspirāte descripsit: se tm̄ indignū tāto mysterio (alꝰ ministerio) sentiēs/ pollicē abscidit: vt reprobꝰ sacerdotio haberetꝰ: timens tractare corpus dñi in altaris sacramēto. Merito igitur sacerdos iohāne baptista impurior magdalena amādo tepidior: petro aplo dignitate inferior: euāgelista marco indoctior: dñicū corpus sumpturꝰ/ dicat corde ꝛ ore: Dñe nō sum dignus vt intres sub tectū meū. Non (inquam) sum dignus ex mea iusticia: ex mea preparatione: ex mea operatione: sciens a te dictū: Cum Lu. xvij. feceritis omnia que precepta sunt vobis/ dicite: quia inutiles serui sumus. Qḋ facere debuimus: fecimus. Et qui nec feci q̄ facere debui: sed in multis tua sanctissima precepta trāsgrediēs violaui: quō dignus esse potero: vt tu dñe creator totiꝰ mundialis machine/ intres sub tectum meū: domū cōsciētie mee: petis obscurātibꝰ tenebrosū: virtutū carētia ruinosū: vbi tue māsionis nō est locus. Nō em̄ delectaris habitare in tabernaculis petōꝝ: sed in tuis dilectoribꝰ/ patris bn̄placita semꝑ operātibus/ verbisqꝫ tuis obediētibꝰ: talibꝰ em̄ tui patrisqꝫ aduentū polliceri dignatꝰ es: ꝛ apud eos facere māsionē. Itē: Qui te Apocal. pulsantē audiūt: tibi cordis sui portas aperiunt: ad hos iij. intrare/ ac cū eis cenare ꝓmisisti. Sed q heu talis non sum: vere indignꝰ sum vt intres sub tectū meū. Sed quia petōres nō spernis: cū his em̄ cū in terra ambulares: vt sanares: māducasti. Nec ad te cōfugiētes repellis: sed et Mat. paruulos sinere ad te accedere p̄cepisti: Me petōrē: me xix. paruulū: quia indignū/ ne a facie tua ꝓijcias: sed tm̄ dic ṽbo/ qui verbū es patris coeternū. Dic ṽbo ṽtutis tue: quo dixisti paralytico: Surge ꝛ ambula: ꝛ cōtinuo surrexit sanus ꝛ ambulauit. Ita dic ṽbo: ꝛ sanabitꝰ aīa mea/ a morbis spūalibꝰ vitioꝝ. Tuū nāqꝫ dicere/ facere est: dicēte scriptura: Dixit/ ꝛ facta sunt oīa. Sana me dñe (orauit Hieremi. ꝓpheta) ꝛ sanabor. Sed dic verbo/ ꝛ sanabitꝰ aīa mea ꝑ xvij. te cibū saluiferū: qui cibꝰ es spūs/ nō carnis: cibus mētis nō ventris ¶ H Sed forte dicis: Nūquid suꝑ se exaggerat iudiciū: quo ꝓfitens se indignū/ nihilominus accedit ad corpus dñi sumendū: cū aplꝰs terribiliter clamet: Qui māducat panē hūc/ ꝛ calicē bibit indigne: iudicium sibi māducat. Aut ergo falso ꝓfitetur se indignum: ꝛ ita

professione

pfessione falsitatis vere indign⁹ reddit. Aut vere dicit: et
credit se indignū: ⁊ sic indigne manducat: perplexus ǵ est
māducādo/euadere nō potēs iudiciū dñi. Sȝ absit vt cib⁹:
q̄ dat vitā eternā mūdo: in oēm euētū mortē afferat accessu
ro. Ad hui⁹ igit replice solutionē/remēmorāda sunt supra
lec. vij. et. viij. exarata. Refert em̄ neqidē est/eē idignū hac
refectiōe: ⁊ indigne eā sumere. Siliter refert eē indignū in
ocl'is suis: ⁊ eē indignū i oculis dei nos diligētis. De pmo
simplr indign⁹ est: q̄ gr̄a dei caret: Nā q̄ gr̄a caret/ inimic⁹
dei est: mortu⁹ est: sȝ inimic⁹ nō est dign⁹ pane filiorū: ipo
Matth. xv. dicente: Nō est bonū sumere panē filioꝝ: ⁊ mittere canib⁹.
Neq̄ mortu⁹ deo dign⁹ est pane vite: neq̄ cib⁹ est mortuo/
rū: sȝ viuētiū. Pōt autē nō habēs grām ⁊ per hoc indign⁹/
sumere nō indigne: si post discussionē ac suīpsi⁹ pbationē
quā pcedere hanc sumptionē debere apl's docet: maneret
aliquod pctm̄ mortale nōdū dimissum: nec tm̄ a sumēte co/
gnitū. Cū ergo nemo delictorū suorū pfectā habet cognitio
nem nec memoriā/ dicēte pphetā: Delicta q̄s intelligit. Ab
occultis meis mūda me: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Hinc
q̄libet se indignū estimare habet/ tanq̄ nesciēs se dignum:
et tamē de misericordia dei presumēs pōt nō indigne acce/
dere: ita q̄ accedēdo nouū mortale nō cōmittat. Et p hoc
vtiliter ⁊ nō ficte orare: Dñe nō sum dign⁹ ⁊c. De scđo: Ne/
mo filiorū captiuitatis ade ex suis dign⁹ est pane angeloꝝ:
de quo Bern. ser. v. de dedicatione ecclesie late differit/ di.
Nōnunq̄ de aia mea cogitans: videor mihi in ea (fateor)
velut duo contraria inuenire. Si ipsam aiam put in se est:
et ex se est/ intueor: nihil de ea verius sentire possum/ q̄ ad
nihilū esse redactā: cū sit onerata pctis: obfusa tenebris: ir/
retita illecebris: pruriēs cōcupiscētijs: obnoxia passionib⁹:
impleta illusionib⁹: prona semp ad malum: in vitiū oē pro
cliuis. Postremo toti⁹ confusionis ⁊ ignominie impleta.
Nimirū si ipse quoq̄ iusticie nr̄e oēs ad lumē v̄itatis inspe
cte/velut pannus menstruate inueniunt. Iniusticie deín/
ceps quales reputabunt. Si lumē qđ in nobis est: tenebre
sunt: ipe tenebre quāte erūt. Facile est cuiq̄ nostrum si sua
pleni⁹ vniuersa ⁊ sine dissimulatiōe vestiget ⁊ iudicet sine
Gal. vj. acceptione psone: attestari p oia aplice veritati: ⁊ libere p
Job. vij clamare: Qui se putat aliq̄d esse cū nihil sit: ipe se seducit.
Quid est hō q: magnificas eū/ait fidelis ⁊ deuota confes/
sio: aut quid apponis erga eum cor tuum. Quid. Sine du
bio vanitati similis fact⁹ est hō. Ad nihilū redactus est hō:
Nihil est hō. Quō tn̄ penit⁹ nihil est: quē magnificat deus.
Quō nihil/ erga quē appositū est cor diuinū. Et infra: Tā/
q̄ nihil reputat homo in iudicio veritatis tue: sed non sic
Roma. iiij. in affectu pietatis tue. Nimirum vocas ea que non sunt: si/
cut ea que sunt: et non sunt. ergo quia vocas ea que non
sunt: ⁊ sunt/ quia vocas. Licet em̄ nō sint quātū apud se:
apud te sunt vtiq̄: iuxta aplum: Nō ex oḡib⁹: sȝ ex vocante.
Rom. ix Sic nimirū sic cōsolaris in tua pietate/ quēȝ in veritate tua
humiliasti: vt magnifice dilatet in tuis: q̄ merito angustia
ps. xxiiij tur in suis. Siq̄dē vniuerse vie dñi misericordia ⁊ veritas:
requirētib⁹ testamētū tuū ⁊ testimonia tua. Testamentum
vtiq̄ pietatis ⁊ testimonia veritatis. Et sequit ad proposi
tū: Lege hō in corde tuo: lege intra teipm̄ de teipo testimo
nia veritatis: etiā hac cōi luce iudicabis in te indignū. Le/
ge in corde dei testamētum qđ firmatū est in sanguine me/
diatoris: ⁊ inuenies q̄ longe aliud spe possidere/ q̄ re tene
re videris. Hec Bern. Sic ergo sacerdos cōsiderās se sm̄
se: in corde suo verissime indignū se proclamabit. Sed attē
dens q̄d in corde dei/ q̄ se magnificauit: redemit: dilexit: se
dignum sperare poterit: nō dignitate sua: sȝ illi⁹ dignatiōe.
Osee. xiij. Verūq̄ sit pphete verbum. Perditio tua ex te isrl': tm̄mō
in me auxiliū tuū. Deniq̄ btūs Job. c. xxv. ait: Nunq̄d iu/
stificari pōt hō cōparat⁹ deo: aut apparere mūdus nat⁹ de
muliere. Ecce luna etiā nō splēdet: ⁊ stelle non sunt mūde
in cōspectu eius. Que expōnēs btūs Grego. xvij. moral. §.
xxv. Nōnulli p donū spūs adiuti cōtra infirmitatē sue car/
nis erigūtur: virtutib⁹ emicant: signorumq̄ miraculis co/
ruscant: nullus tamē est q̄ sine culpa vitā trāseat: quousq̄
carnem corruptionis portat. Et sequitur: Nec sctā ecclesia
p lunā signata/ virtute ppria tot miraculis emicat: nisi hāc
supuenientis grē dona pfundāt. Nec singuloꝝ bene viuen
tiū stellarū noie designatorum/ mētes a peccatorū maculis
mūde sunt: si remota pietate iudicent: q: apud districti iu/
dicis oculos/ sua vnūquēq̄ corruptibilitas inquinat: nisi
hanc quotidie grā parcens tergat. Electorū quippe anim⁹
prodire ad libertatē iusticie nitit: sed adhuc cōpede infirmi
tatis tenet. Et culpas quidē subigere pfecte desiderat: sed
quousq̄ corruptioue carnis astringit: eiusq̄ vinculis etiā
cū nō vult: ligat. Hinc itaq̄ colligat quāto pctōrum pon/
dere pressi sunt: qui contra hec decertare negligunt: si ple/
ne culpā nec illi superant: qui cōtra hāc viriliter pugnant.
Unde postq̄ dictū est: Ecce luna non splendet: ⁊ stelle nō
sunt mūde in cōspectu ei⁹: protinus addit: Quanto magis
homo putredo: ⁊ fili⁹ hōis vermis. Hec Grego. ¶ J Cō
siderās itaq̄ sacerdos se esse creaturā: ⁊ vas luteum figuli:
eūq̄ q̄ in sacramēto oculis subiecto (quē ⁊ nūc sumpturus
est) cōtinet: esse creatorē ⁊ figulū: sese esse finitū et pene ni/
hilū: illū vero simpliciter ifinitū: ⁊ omnib⁹ incōparabiliter
puriorē. Etiā si seraphica puritate arderet: verissime diceret:
Dñe non sum dign⁹ vt intres ⁊c̄. Rogatq̄ attenti⁹ quod se
quit. Sed tm̄ dic verbo ⁊ sanabit spirit⁹ me⁹. Tm̄ dic v̄bo:
hoc est/ teipso: q̄ verbū es patri eterno coeternū: per quod
facta sunt omnia. Vel dic verbo virtutis tue/ quēadmodū Job. v.
dixisti paralytico: Surge tolle grabatū tuum: ⁊ ambula. ⁊
cōtinuo surrexit ⁊ ambulauit. Sic dic verbo ⁊ sanabit spi/
ritus me⁹ a morbis spiritualib⁹ peccatoꝝ. Tuū nāq̄ dicere
facere est: Dixit/ ⁊ facta sunt: ait ppheta regi⁹ vt supra. Ve/
rum ad mūdiciā cordis/ qua mēs digna fiat habitatio hui⁹
sacrificij salutaris: non sufficit hec orare: sed et necesse est se
purgare: ⁊ posseten⁹ ad tāti regis susceptionē/ mētis domi
ciliū adornare: sm̄ illud Eccl'ie: Adorna thalamū tuū sion/
speculatrix anima: ⁊ suscipe regē christū. Quod quomodo
fieri habeat ppe pncipiū hui⁹ operis lectionib⁹. vij. viij. ix.
et alibi diffusi⁹ declarat: Preter quas adhuc addi possunt
manuductiōes figurales/ ad bonā dispositionē cōmunica/
turū informātes: que lati⁹. s. lec. lv. tacta sunt: ibi requirā
tur. Possum⁹ ponere exēplariter vnā: ⁊ ad hui⁹ similitudi/
nem cetera mysticētur. Inter ceteras figuras satis expressa
fuerat esus agni paschalis: de quo scribit Exo. xij. cū suo ri
tu. Vn̄ ait dñs moysi ⁊ aaron/ vt preciperēt populo de esu
paschalis agni. vn̄ ⁊ ait moyses: Sumēt de sanguine agni
⁊ ponēt sup vtrūq̄ postē: ⁊ in suplīminarib⁹ domoꝝ/ i quī
bus cōedent illū. Et edent carnes nocte illa assas igni: et
azymos panes cū lactucis agrestib⁹. Nō cōedetis ex eo cru
dum quid: nec coctū aqua: sȝ assum tm̄ igni. Caput cū pe/
dibus ei⁹ ⁊ intestinis vorabitis: nec remanebit quicq̄ ex eo
vsq̄ mane. Si quid residuū fuerit: igne cōburetis. Ubi et
addit: Sic aūt comedetis illū. Renes vestros accingetis.
Calciamēta habebitis in pedib⁹: tenētes baculos in mani
bus: ⁊ comedetis festinanter. Et infra: Ois alienigena nō
comedet ex eo. Ois aūt seru⁹ emptitius circūcidetur et sic
comedet. Aduena ⁊ mercēnari⁹ nō edent ex eo. In vna do
mo comedetis: nec efferetis de carnib⁹ eius foras. Nec os
illius cōfringetis. ¶ L: Hec exponēdo psequit beatus
Grego. in homel. sabbati in hebdo. paschali di. Hec oia ma
gnā nobis edificationē pariunt: si fuerint mystica interpre
tatiōe discussa. Agn⁹ ille paschalis christ⁹ est sm̄ illud apli:
Pascha nr̄m xp̄s est: itaq̄ epulemur nō in fermēto veteri: j. cor. v.
neq̄ i fermēto malicie ⁊ neq̄cie: sȝ in azymis sinceritat̄ ⁊ ve
ritat̄. Ab hui⁹ agni esu arcet alienigena. i. a fide extrane⁹: vl'
in fide hesitās. Admittit seru⁹ emptus pcioso hui⁹ agni san
guine: dū tn̄ fuerit circūcisus: hoc est/ a carne pcti emūdat⁹
per verā cōtritionē ⁊ cōfessionē peccatorum. Precludit rur
sus aduena ⁊ mercennarius. Aduena. i. nouiter ad fidē cō/
uersus: nondū potens capere altissima huius sacramenti:
et nec potens discernere corpus domini. Vel aduena noui
ter peccare desinēs: qui nec digni sunt cibū istū suauissimū
degustare. Quod maxime attendere habent sacerdotes il

li/quorum vita scādalosa est pplo. Vespere ebrij: vitio car-
nis/aut alterius pcti macula irretiti: mane supficiali cōfessio
ne pmissa/currunt ad altare: agnū dei immaculatū deuo
raturi: deū inhonorātes: populum celebrādo scandalizan-
tes: ⁊ seipsos misere in laqueos perditionis precipitantes:
non attendentes/ꝙ fm doctrinā diuini Dionysij de eccle-
siastica hierar. ca. iij. eos qui in penitētia sunt. i. nondū con-
gruā cōmissis pctis satisfactionē impleuerūt: ab hoc mini-
sterio arcēdi sunt: q̄ licet a contraria vita discesserint: non-
duz tñ imaginū ipsius habitu altius impresso caruere: ⁊ necdū
amore diuino atqȝ purissimo purgati sunt. Non illi de san-
guine agni postes linūt: Nā tūc in vtroqȝ poste agni san-
guis ponit: qñ sacramētū passiōis illius cū ore ad redēptionē
sumit. Ad imitationē quoqȝ intēta mēte cogitatur. Nā qui
sic redēptiōis sacramentū accipit: vt imitari passionē illius
nedū velit: in vno poste sanguinē ponit: Qui tñ etiā in sup
liminaribus domus ponēdus est: que intētio cogitatiōis ad
imitationē passionis dñice est dirigēda. Siquidē domus ha
bitationis nostre mens est: in qua p cogitatiōes habitamus.
Intētio vo supliminare est: que cum in dñica passione figi
tur: supliminare agni sanguine tingit. Carnes autē agni
crude comedende nō sunt p malā fidē de sacramēto: nec co
cte aqua per inanē philosophiā scīarū ⁊ curiose sapientie:
Sed asse tñ igne. i. affectu feruido/spūssancti igne accen-
so. Caput cū pedibus vorabitis/pfitendo diuinitatē in chri
j. Cor. xj sto altissimā: que locū capitis tenet: fm illud apli: Caput
christi deus. ⁊ ipsius terrenā humanitatem. Hi pedes calceati:
Job. j. quorū corrigiam iohannes soluere se clamauit indignum.
Os nō confringetis ex eo violētia perscrutationis/et sup-
uacue inquisitionis. Totū qd comedi nō pōt p intelligen-
tiā: igne spūssctī cōburetis p venerationē amorosam. Sed
sola redemptoris nostri percepta sacramēta/ad verā solen-
nitatē mētis nō sufficiunt: nisi eis et bona opa adiungant.
Quid em̄ prodest corpus ⁊ sanguinē illius ore percipere (ait
Grego.) et eis peruersis moribus cōtraire. Unde subditur:
Et azymos panes cū lactucis agrestibus. Panes azymos si
ne fermēto comedit: q̄ recta opa sine corruptione vane glo
rie exercet: q̄ mandata misericordie sine admixtione pecca-
ti adhibet: ne peruerse diripiat: qd quasi recte dispēsat. La
ctuce vero agrestes valde amare sunt: cū quibus sumēdus il
le est agnus. Amara. s. cōpūctione: qua nos p pctis nostris
affligimus: quatenus ipa amaritudo penitētie abstergat a
mētis stomacho peruerse humorē vite. Sz et intestina mā-
ducari debent: hoc est/verborū illius mystica ⁊ occulta man
data: que tunc voramus: cū verba vite cū auiditate sumimus.
In quo deuorationis verbo/q̄d aliud (ait Grego.) ꝙ pi-
gritie nostre torpor reprehendit: q̄ eius verba ac mysteria p
nosipos nō requirimus: et ab alijs audimus inuiti. Nō rema-
nebit ex ipso aliq̄d vsqȝ mane: q: eius dicta sunt magna so-
licitudine discutiēda: quatenus prius ꝙ dies resurrectionis
appareat: in hac presentis vite nocte oīno illius mādata intel
ligēda et operādo penetrent. ¶ L Sz q: valde est diffi-
cile/vt omne possit sacrū eloquiū intelligi: ⁊ omne eius my-
steriū penetrari: recte subiungit. Si q̄d aūt remāserit/igne
cōburetis: qd tunc facimus: cū ea que de incarnatiōis eius my
sterio intelligere nō possumus: ptāti spūsscti humiliter re-
seruamus: vt nō supbe quis audeat vel cōtemnere vel denū
ciare/qd nō intelligit: sed hoc igni tradit: cū spirituisancto
reseruat. Sequit: Sic aūt comedetis: Renes vestros accin
getis p castitatē. Nā q̄ pascha comedit: corruptioni carnis
p vitia nulla subiaceat: voluptatē edomet: carnē luxuria re
stringat. Calceamēta habebitis in pedibus: exēpla preceden
tiū ac defunctorū patrū/opa nostra quibus ad vitā currimus/in
struamus ⁊ mortuorū vitā cōspiciētes/nostra vestigia a pcti
vulnere custodiamus. Tenētes baculos in manibus/fctē scz
spei: cōfidentes in protectione altissimi. Et comedetis festi
nantes. i. cū auiditate ad patriā anhelantes. Nemo in huius
vite itinere torpeat: ne in patria locum perdat. Nemo ad
apperenda studia moras innectat: sz cepta perficiat: ne mi
nime liceat implere/quod inchoat: qr pascha. i. transitus dñi

est. Est em̄ sacramentum illud viaticū: in cuius fortitudine
ambulatur in terrā pmissionis. Sic ergo manducaturus
sit dispositus: vt transire sit paratus: exire non formidet ab
huius exilij carcere: in quo detinet vt captiuus: sed amore ce
lestis patrie aio anhelet ad gloriā celestis hierlm nobis cer
tissime repromissam. Hic suo modo alie huius sacramenti
figure mystificari possunt ad accēdendū affectū ad huius sa-
cramēti reuerentiā ⁊ honorē. Verū hic aliqua tangunt: que
reqrunt de necessitate ad dignā sumptionē: q̄dā de ꝯgruo:
quoꝝ discretionē supra lec. vij. viij. ⁊. ix. inuenies distinctā.

Panem celestem accipiaz

et nomen dñi inuocabo. ¶ M Post sui humiliationē
ac indignitatis recognitionē/sacerdos nō velut desperās:
sed spe diuini adiutorij/p subiunctā petitionē inuocati: q̄
hoc salutis sacrm in remediū ⁊ nutrimētū pctōribus cōuertere
se cupiētibus disposuit: se erigēs ad sumēdū hostiā salutarē/
dicit hāc orōnē qrtā: Panē celestē accipiā. Panē celestē nō
factū de terre frumēto: sed de sanguine virgineo: nō pistuz
in fornace p ardorē ignis: sz coctū p feruorez dilectionis in
ara crucis. Panē celestē reficiētē angelos in beatitudine. Pa
nē de celo descēdentem: vt nutriat mentes pauperū suorū/
in hac miseria ad celos aspirantiū. Accipiā/sperās in boni Job.
tate dñi: confidens in ipsius dignificatione: qui solus po- xiiij.
test facere mundū de immūdo conceptū semine: et de lapi Math.
dibus filios suscitare abrae: q̄ paruulos in oculis suis ma- iij.
gnificat: eos vtiqȝ paruulos: q̄ non in sua virtute cōfidunt
sed se totos in sui adiutoriū proijciunt. Nam et btūs Aug.
de cēturione (cuius supra habita est mentio) loquitur. Dum
(inq̄t) se centurio tātū vilificaret: vt diceret se indignū chri
stum sub tectū suū suscipere: confidentiā suā in christum ia
ciens: vt salutē suo seruo prestare absens potuisset: christus
eum dignificauit: ⁊ sub tectū sui cordis introiuit: ipsum in
fide illuminās ⁊ inflāmans. Cur ita. vt latius crederet chri
stū sanasse infirmos: mundasse leprosos quos nō vidit: ꝙ
iudei qui diuersa miracula ab ipso facta experimētaliter di
dicerūt. Accipiam et ego sacerdos a dño adhuc in mundo
peregrinus/panē celestē: vt in ipius fortitudine ambulē vsqȝ
ad dei montē. Accipiā ego egrotus et infirmus panē cele-
stem/cor hois roborantē: vt a morbis cunctis merear pre-
seruari. Accipiā panē celestē ego famescēs et esuriēs: quem
qui gustauerit: nō esuriet in eternū. Accipiā ego inquietus
et anxius panē celestē: qui cor stabilitat: ⁊ turbidos fluctus se-
dat. Accipiā claudus et debilis panē celestē: inuitatus a re
ge magno ad cenam: ad quā debiles et claudi sunt introdu
cti. Et nomen dñi inuocabo: cū christo cenā in pane isto ce
lesti faciēs: vt misericordiā mihi exhibeat nūc habitās in ce
lis: quēadmodū exhibuit secū cenantibus habitans in ter
ris. Hoc ipsum em̄ vt faciat/querit: Ego (inq̄t) sto ad ostiū Apocal.
foris pulsans: si quis audierit vocē meā: et aperuerit mihi iij.
ianuam: intrabo ad illum ⁊ cenabo cū illo: et ipse mecum.
Cenabat christus apud petrū ⁊ iohannē et iacobū: vbi so-
crus petri tenebat magnis febribus. Imperauit febri chri Math.
stus: et surrexit cōtinuo socrus ⁊ ministrabat eis. Inuoca- viij.
bo et ego nomē dñi sup me: vt christus cū quo ceno: immo Mar. j.
quē manduco: pellat a me febres spirituales: cōpescat a me Lu. iiij.
ardorē innaturalem carnalium delectationū: fuget calorē
amoris mūdani: vt cor meū reformet ad calorem naturalē
amoris dei. Conuiua fuit christus in hoc sacramēto cōtēnus
apud mattheū: murmurabat iusticia falsa phariseorum: vi
dēs misericordie fontē cum pctōribus manducantez. Sed Math.
cōfusa est vera dñi iusticia/dicēte: Nō veni vocare iustos: ix.
sed pctōres. Inuocabo ⁊ ego nomen dñi: vt me pctōrez in
ter suos electos vocet: ⁊ patri reconciliet. Māducauit itē Lu. vij.
cum simone pharisco christus: hic sub specie panis velatus:
et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: attulit alaba-
strum vnguenti: et cepit lachrymis rigare pedes eius: ca-
pillisqȝ suis tergere ⁊ perungere. Judicatus est a pharisco
dominus: quasi ignorans que et qualis esset mulier que
tangebat eum; quoniaz peccatrix erat. Sed cōtempto pha

risseo/mulieri domin⁹ dixit: Mulier fides tua te saluā fecit.
Nihil ego cōtra dominū in sacramēto ad me peccatorē ve-
nientē infideliter murmurabo: sed nomen ipsius intra me
inuocabo: vt in fide qua panē celestē accipio: saluum me fa-
Luc.xix. ciat nūc ꝛ in futuro. Intrauit christ⁹ sub his specieb⁹ corpo-
raliter cōtentus in domū zachei/cū videre cupiētis. Et ob
hoc arborē sycomorū ascendētis: murmurantib⁹ nōnullis ꝙ
ad hominē pctōrez diuertisset. Sed ait dñs zacheo: Quia
hodie huic domui salus facta est. Et ego de aduētu dñi gau-
dens/nomenqꝫ ei⁹ inuocabo: vt fiat salus anime mee ꝗ ipse
sum: ꝗ venit querere ꝛ saluū facere quod perierat. Cenauit
Lu.xxij. tandē exiēs ex hoc mūdo cū discipulis suis/ꝗb⁹ ꝛ dixit: Dis-
pono vobis/sicut ꝛ disposuit mihi pater me⁹ regnū: cōmit-
tens vt sacramēti hui⁹ cōsecrationē ꝛ cōmunionē in sui me-
moriā frequētarēt di. Hoc quotienscūqꝫ feceritis in mei me-
Matth. moriā facietis. Nō me cū iuda traditore a discipulorū cōsor-
xvj. tio exeūte a dño separabo: sed nomen dñi inuocabo: vt hec
sacratissimi corporis sui māducatio sit mihi ad regnū suum
preparatio salutaris. ¶ N Dis itaqꝫ a sacerdote platis-
siccas particulas duas i patena collocatas/ immediate vel
mediāte patena in man⁹ ad ꝑlationē statim premisse oratio-
nis/ Panē celestē accipiā/receptis: inclinato paulisper cor-
pore/sacerdos subsistit: et omnes suas cogitatiōes quantū
possibile est vniendo/deuote se recolligit. Et sicut corpora-
les oculos ad species ꝛ formas sacramēti exteriores dirigit:
Sic oculos fidei interiores/ad dñm nostrū iesum christum
sub visibilib⁹ specieb⁹ cōtentū: eiusqꝫ sacratissima passionis
ꝛ redēptionis nostre mysteria: cui⁹ in hac sumptiōe memo-
ria principalissime recolit (vt dictū est lec.xxxvj.) cōuertat:
prout deuotio propria/ꝛ sancti spiritus vnctio docuerit me-
ditando. Cui⁹ exēplū aliquod ponere nō estimo omnino in-
utile. Poterit ergo sacerdos intra se nulla voce emissa cogi-
tādo dicere: Eya misericordissime dñe iesu christe: eterni pa-
tris vnigenite fili: vn⁹ cū eodē patre et spiritusancto verus
cōsubstātialis ꝛ naturalis de⁹: ꝗ pro peccatorū salute ex infi-
nita charitate tua carnē sumere: inter homines apparere: et
triginta trib⁹ annis grauiter laborare: et multipliciter fati-
gari dignat⁹ es: ꝛ tandē amarissima passiōe/ꝑciosissimi san-
guinis effusiōe/ac morte turpissima/nos a morte perpetua
peccatis ꝛ penis liberare. In cui⁹ saluberrime passiōis me-
moriā/te presentē his specieb⁹ exhibere: teqꝫ cibū anime no-
stre ac pign⁹ salutis eterne tradere voluisti: Respice in hac
hora in me peccatorez indignū: purga ꝛ sanctifica me: vt te
deū meū creatorē ꝛ redemptorē merear digne sumere. Bre-
uius quidē vel longi⁹ ꝑut gratia ministrabit. Et more quo-
Luce rundā pect⁹ tundēs/addat: De⁹ ꝓpiti⁹ esto mihi peccatori.
xviij. Quo verbo publican⁹ oculos ad celū leuare nō audēs/ re-
missionē suorū meruit peccatorū. Dicēs aūt de⁹/ intentionez
dirigat ad cōtentū in sacramēto christū: et latria cū adoratiōe
cū magna reuerētia/deuotiōe/timore ꝛ charitate: mētisqꝫ af-
fectione ac desiderio/sacrosanctuz dñi corp⁹ sub duab⁹ illis
particulis cōtentū: pro sua ac toti⁹ ecclesie salute sumat. Su-
mat aūt nō masticādo dentib⁹: ꝑpter euitandū periculū/et
sacramēti irreuerentiā: ne forte aliꝗd sacramēti herēs denti-
bus/post incaute expuat: vel aliis cōmunib⁹ cibis misceat:
sed humectatis in ore specieb⁹ reuerēter glutiēdo traijciat.
Ipso vero in ore pro sua humectatione manēte/ sic poterit
meditari. Ueni in animā serui tui deus meus ꝛ dñs meus:
meqꝫ tibi icorporare digneris: vt mihi mori: tibi soli merear
viuere. Hec aūt non dico quasi necessario sic fieri debeat ex
ecclesie ordinatione vel statuto: neqꝫ per hec contempla-
tionis ac deuotionis exercitia in prompto habētes infor-
mare presumens: sed pro quodam exemplo grosso pro ru-
dibus et nondum in spiritualibus deuotionibus assuetos
interserere curaui.

¶ Lectio.lxxxiiij. A

S Umpto venerabili
sacramento sub speciebus panis de manibus
vel patena/sacerdos dicit:

Corpus domini nostri ie-

su christi custodiat animā meā in vitā eternā. ¶ Premissis
orationib⁹ cōmunionē precedentib⁹/sequunt due inter cō-
municandū dici sol tc: Quarū prima respicit perceptionez
sacramēti panis: Alia ꝑceptionē sacramēti sanguinis: ꝛ ꝭm
hoc diuidit illa pars: Quia em̄ primo sumit christ⁹ sub spe-
ciebus panis: ideo premittit primo oratio specialiter pro sa-
lute obtinēda ex perceptione dominici corporis. Scdo idē
sumit sub specieb⁹ vini: ideo premittit scda oratio pro obti-
nenda salute ex perceptiōe sanguinis/ibi: Quid retribuaz.
¶ Quoad ꝑmū orat sacerdos: Corp⁹ dñi nostri ꝛc. Corp⁹
dñi pro expiatiōe peccatorū toti⁹ mūdi in ara crucis immo-
latum. Corp⁹ dñi ex dignatissima bonitate dei/pro viuifica-
tione mūdi sub sacramēto altaris xp̄i fidelibus ministratū.
Corp⁹ dñi nostri iesu christi/a me ꝑ eterna beatitudine ca-
pescēda fideliter et sacramētaliter manducatū. Custodiat/
in vnitate fidei catholice: ne mysteria altissima hui⁹ veri cor-
poris christi cogitās ꝛ nō capiēs/ab vnitate corporis christi
mystici ꝑ infidelitatē recedā. Quēadmodū quidā ex christi
discipulis dū sacratissima quedā ꝛ ardua de corpore christi
ab ipso dei patris sapiētia increata audierūt: ab ei⁹ magiste-
rij doctrina retro abierūt/dicētes. Dur⁹ est hic sermo. Quo- Joh.vj.
modo pōt nobis hic dare carnē suā ad manducandū. Per
quod certe ab vnitate ecclesie se presciderunt: qꝛ in heresim
ex verbis saluatoris scādalizati prolapsi sunt: vt dicit beat⁹
Aug. in expositione pꝰ. Custodiat (inquaz) rursus corpus
dñi manducatū/animā meā/a prolapsu in peccatuz: ne in
detestanda ingratitudine abeā de mensa dñi/inferendo cō-
tumeliā christo cum iuda proditore nequissimo. Custodiat
demū corp⁹ dñi nostri iesu christi a me sumptū: in vita ꝛ ro-
bore spirituali animā meaz: vt cibatus et roborat⁹ hoc cibo
nobilissimo/ cōtinuo robustior ꝛ potentior fiam ad exercē-
duz opera vite: vt quoqꝫ in me extinguat fames ꝛ sitis car-
nalium desideriorū: et exciteē cōcupiscētia gaudiorū eternorū:
per ꝑgustationez dulcedinis: que cōcedit corp⁹ illud digne
sumentib⁹. Subdit ab aliquib⁹: Et perducat animā meaz.
Perducat potenter preseruando ab incursione malignorū
spirituū: qui exeūtes de hoc mūdo cōsueuerūt acrius infe-
stare. Animā meā in hora exit⁹ mei ex hoc scl'o. Animā meā/
cuius est cib⁹ spiritualis eā nutriens/roborans ꝛ cōfortās:
nō ꝭm suam essentiā siue substātiā: sed ꝭm dona spiritualia
ꝛ gratiā: que donat anime in digna corporis christi mādu-
catione. In vitā eternā: hoc est/in eternā beatitudinē: quē-
admodū heliā panis ministratus ab angelo confortauit: in iij. Reg.
cui⁹ fortitudine ambulauit vsqꝫ ad montē dei. Quēadmo- xix.
dum ꝛ panis qui de celo descēdit: perduxit populum israel
per desertū vsqꝫ ad terrā ꝑmissionis. Ita oro o dñe/ vt hec
esca celestis sit meū verum viaticū ducēs me per desertum
hui⁹ seculi/ad supernā patriam fidelibus repromissam. B

Quid retribuaz domino

pro omnibus que retribuit mihi. Calicē salutaris accipiaz:
ꝛ nomen dñi inuocabo. Laudans inuocabo dñm: ꝛ ab ini-
micis meis salu⁹ ero. ¶ Ista est scda oratio que premittit
calicis sumptioni. Sicut em̄ sacerdos volens suscipere cor-
pus domini sub panis specie/premisit orationē pro sua hu-
miliatione: recognoscendo suā indignitatem ad dignissimi
corporis perceptionē/dicens: Domine nō sum dignus ꝛc.
Ita procedens ad sumptionē sacratissimi sanguinis christi
sub specieb⁹ vini/pro sui humiliatione indignitatē suā ite-
rum recognoscit: fatendo se nihil habere ex proprio: quod
domino possit ꝑ tanto beneficio prestito retribuere/dicēs:
Quid retribuaz domino. Et diuidit in tres particulas. In
prima recognoscit sacerdos suaz insufficientiā retribuendi
pro acceptorū beneficiorū collatione. In scda ostendit grati-
tudinem in accipiendo domini beneficiū/ cuz sui nominis
laude ꝛ inuocatione/ibi: Calicē salutaris. In tertia ostēdit
suā confidentiā quā habet ex virtute dati beneficij in nocū-
morum preseruatione/ibi: Et ab inimicis meis. ¶ Quoad

primū dicit: Quid retribuā domino. quasi di. Quid ego ci
nis ꝛ puluis/plasma et figmentū cōditoris/homo vilis et
fragilis/vacuus virtutib⁹/plen⁹ vitijs. Quid retribuam
mercedis et premij de meis vitib⁹: de meis bonis: de meis
possessionib⁹/dn̄o vniuersorum: cui⁹ est terra ꝛ plenitudo
eius: orbis terrarū et vniuersi qui habitant in eo. Qui bo
norū meorū nō indiget: qui diues est in omnes: q̄ nec diti
or ex per me sibi oblatis cōstituit: nec si omnia sibi subtra
xero: pauperior efficit. Immo vero cui sicut nihil subtrahi
pōt (ipso dicēte: Quia oia dedit pater in manu eius. Joh.
xvij) ita nec addi quicq̄ potest: q: in ei⁹ ditione cūcta sunt
posita. Hester. xiij. Pro oibus/beneficijs scz: quorū nume
rus et immēsitas modū superat ꝛ sensum. Quis enī cogita
re poterit trinitatis opa sup nos ab initio mūdi vsq̄ in finē:
vt videat q̄ sollicita fuerit illa maiestas: cui administratio
pariter ꝛ gubernatio seculorū incumbit: ne nos perderet
in eternum. Et potēter quidē oia fecerat: ꝛ sapiēter oia gu
bernabat: ꝛ vtrarūq̄ rerū tā potētie q̄ sapiētie/signa mani
festissima tenebant in creatione ꝛ gubernatione machine
mundialis. Sed nec latere potuit bonitas: cum oia hec gu
bernatio ad hominis vtilitatem tendebat. Respice inquit
venerabilis hugo de arra aie. Respice vniuersum mundū:
et cōsidera si aliqd sit in eo qd̄ tibi non seruiat. Ois natura
ad hunc finē cursum suū dirigit: vt obsequijs tuis famule
tur: et vtilitati deseruiat: tuisq̄ oblectationib⁹ pariter ꝛ ne
cessitatibus fm affluentiam indeficientē occurrat. Hoc ce
lū: hoc terra: hoc aer: hoc mare/cum his que in eis sunt vni
uersis/explere nō cessant. Hoc circūitus tēporū annuis in
nouationibus ꝛ rediuiuis partubus antiqua innouans: di
lapsa reformans: cōsumpta restaurās: pastu perpetuo sub
ministrat. Magna sunt hec q̄ domin⁹ tribuit sustentando
corpori: sed multo maiora impendit saluande anime q̄ pe
rierat. Qd̄ dedit mihi pater maius oib⁹ est. inq̄t. ꝛ hoc ipm
p me ac ceteris oib⁹ dedit. q̄d hoc. Seipsuz dedit. Neq̄ enī
a se est fili⁹: sed a patre qui essentiaz infinitā oibus maiorē
dedit. Et quomō se dedit: Audi Bern̄. in ser. ij. de penteco.
Verbum dei (inq̄t) in sublimi cōstitutū: vt ad nos descen
deret ppria benignitas inuitauit: misericordia traxit: ve
ritas qua se pmiserat venturū cōpulit: puritas vteri virgi
nalis suscepit: salua v̄ginis integritate potētia eduxit: obe
diētia in omnibus deduxit: patiētia armauit: charitas ver
bis ꝛ miraculis manifestauit: ac vitā suā p singulos etatū
gradus/infantie/pueritie/adolescētie/iuuētutis nobis de
dit. Adijciēs mortem/resurrectionē/ascensionē/ac spūssan
cti missionē: vt sua cōceptio mūdet nostram: sua vita instru
at nostrā: mors sua destruat nostrā: resurrectio sua p̄cedat
nostrā: ascēsio sua preparet nostrā: missus spiritus suus ad
iuuet infirmitatē nostrā. Ut quoq̄ hec omnia in perpetua
maneāt memoria: ꝛ in effectu atq̄ fructu noua: etiā seipsuz
in cibū nobis tradidit in viuifico sacramēto: quo oim pre
missorū bonorū recētī efficacia aiam nutrit: reficit ꝛ impin
guat. Illa sunt bona ineffabilia: que vt breui verbo cuncta
cōcludam inquit Bern̄. Nihil meli⁹ inuenire poterat/ vn
de nos redimeret sapiētia dei/in omni sapientia sua. Nam
omnia tribuit trinitas bn̄dicta. Pater vt seruū redimat: fi
lio non parcit. Filius seipsum libētissime tradidit: ꝛ ipse spi
rit⁹ postulat p nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. ¶ E. His
omnibus cōdigne respōdere sacerdos nō valēs/ recte ait:
Quid retribuā dn̄o pro oib⁹/scilicet bonis/que retribuit:
nedum oibus generaliter in his que p̄dicta sunt: sed ꝛ spe
cialiter mihi. Mihi inquā in mei sue creature benigna cō
seruatione: in longanimi mee cōuersionis expectatione: in
boni propositi inspiratione: in sacramentorum suorū admi
tione: in eucharistie suauissima refectiōe. Retribuit inq̄t:
Retributio actus est eius qui ab alio beneficium aliquod
accipit: quod retribuendo per aliud recōpensat. Sed quid
ego tribui dn̄o/ vt bona illa magnifica retribueret et mihi.
Si boni quid cogito sibi rependere: ab ipso immittitur co
gitatio: quia non sumus sufficientes aliquid cogitare a no
ij. cor. iij bis/quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Si bo
ni quid operatus sum vt sibi retribuerem: id recepi eo do
natore. Omne nāq̄ datū optimū: et omne bonū perfectum Jaco. j.
desursum est/descedens a patre luminū. Si sibi seruiēdo/
mandata sua executus sum: nullū pfectum sibi attuli/ipo
teste: Cū feceritis quecūq̄ p̄cepta sunt vobis dicite: Inuti Lu. xvij
les serui sum⁹. Et breuiter quecunq̄ bona obtuli/ab eo re
cepi: nō ipse donaui. Quid habes quod non accepistis/ait j. cor. iiij
apostolus. Quid igit dedi dn̄o pro his que retribuit mihi:
Nihil pfecto ex me: nihil meū reperi: nihil propriū possedi.
Unū est quod preter te habeo o dn̄e: scz pctm̄. Huius tu nō
es autor: sed ego peccator. Tu mihi id nō tribuisti: sed ego
sine te id perfeci. Sine te factū est nihil. ait iohannes. Nihil
id est peccatū: fm glo. btī Aug. Retribuisti igit mihi hec/
et alia innumerabilia bona pro meis malis: p meis pctis.
Nihil erā/qd̄ ē malū entis puatio. Et me bonū aliqd̄/ens
aliqd̄ fecit tua potētissima creatio. Peccaui i adā tui māda
ti p̄uaricatore: et me redemisti in xp̄o perditorū saluatore.
Peccaui in meipo ex peruersa mea volūtate: nec statim me
perdidisti ex tua benignitate. Peccaui/ ꝛ malum corā te fe
ci: et tu ignouisti/ac penitētiam inspirasti. Defeci: esuriui: ꝛ
sitiui ex viriū mearū tenuitate: tu me pauisti ꝛ potasti pro
prio corpore ꝛ sacratissimo tuo sanguine. Ecce soli in me de
fectus inueniuntur: ꝛ nō nisi bona excellētissima retribuū
tur: bona ergo pro malis que meruimus/ tribuuntur: q̄s
pro malis punire poterat/bonis suis obruebat: nō tamen
bona ista nostra mala meruerunt. Sed quomodo retribuū
tur: aut cui merito/si non meo. Meis enim meritis nō bo
na debent: sz pena. Certe merito dn̄i/mei qui prior dilexit
nos: et quia dilexit/male meritis nostris suo merito bona
cuncta cōpensauit. Sic retribuit. i. iterum tribuit gratiam
pro gratia. Gratiam iustificationis gratis omnino tribuit/
qua mereri poteram⁹: et pro gratia qua iustificati sumus et
opera meritoria egimus/gratiam vberiorem/ qua crescere
m⁹/ roboraremur/ magnificaremur/retribuit. Quid igit.
Nunquid hos defectus meos iterabo/tanta recipiens bo
na. Absit. Impie ꝛ inique volūtatis est/mala p bonis retri
buere. Quid igitur retribuā: qui nil pprij nisi defectus ha
beo. Certe ne laqueis ingratitudinis irretiar: beneficium
a te gratis prestitū/gratus recipiam: ꝛ ad dandū beneficia
ampliora te prouocabo. Nam Cassio. teste: Spem de futu
ris beneficijs recipit: qui transacta beneficia recognoscit.
Inuitat ad magna: qui grataner accipit modica. Accipiā
igitur beneficiū domini magnū cū magna gratitudine: qd̄
accipiendū instituit ex magna charitate. Hinc sequitur secū
da pars presentis orationis. ¶ D. Calicem salutaris ac
cipiam. Accipiam/sitibundus et ex defectu humoris gra
tie: et roris benedictionis diuine. Calicem/vt inde refocil
latione capiam: ne ambulans iuxta fontem huius liquoris
saluberrimi/peream ex negligentia ꝛ desidia accedēdi. Ac
cipiam ego aridus ad fructificandum calicem salutaris/ex
quo scaturit aqua: quam qui bibit/non sitiet in eternū. Ac
cipiam ego immundus: ꝛ peccatorum sordibus maculat⁹:
calicem salutaris: vt in ipsius puritate fecce peccatorū ab
stergant: vnusq̄ eē merear eorū/qui lauerūt stolas suas in
sanguine agni. Accipiā ego ambulaturus per viam gran
dē: que restat ad celestem patriā: calicez salutaris: ne in via
deficiam cū filijs israel pficiscētibus ad terrā promissiōis:
quibus nisi aqua meritis moysi fuisset ministrata: de petra
deserti quā percussit: siti miserabiliter perijssent. Accipiam
ego cecitate peccatorū percussus/calicem salutaris: vt ocu
li rationis mee illustrentur: quēadmodū longino latus do
mini perforanti: sanguis de pectore dn̄i decurrens visum:
vt historie referūt: restituit oculorū: ꝛ mentē ei⁹ fide vt chri
stū dei filiū crederet: illustrauit. Accipiā calicē salutaris: id
est christi sanguinē: quē discipulis suis in cena vltima mini
strauit/dicens: Bibite ex hoc oēs: Hic est calix sanguinis
mei: sanguinis quē in cruce pendens largiter effudit: dum
vnus militum latus ei⁹ lācea pforauit: ex quo cōtinuo san
guis ꝛ aqua exiuit. Sāguis quē in sua gl'iosa resurrectione
p integritate nature sue mirifice reassumpsit. Sāguis quē

in memoriā sue passionis sumēdū nobis cōmendauit/ di-
cēs: Hec quotiēscūq fecerītis/in mei memoriā facietis. Sa-
lutaris: id est christi nostri saluatoris: q̄ q: est nostre salutis
reperator ꝛ autor: vere salutare nostrum appellat̄. Vñ Sy-
meon: Viderūt oculi mei salutare tuū. i. christū saluatorē.
Et Luc. iij. dicit̄: Videbit ois caro salutare dei. Salutaris
nāq dicit̄: quasi salutē optās vel desiderās: qđ de nemine
dici pōt sicut de christo: qui tm̄ nostrā salutē desiderauit: vt
pro ea passionē subijt: ac sanguinē pprīū fudit. ¶ Vel pōt
aliter exponi: Accipiā calicē salutaris: id est sanguinē salu-
taris intransitiue: id est sanguinē christi q̄ est salutaris: q: sa-
lutē nostrā effecit: dū in cruce fusus nos deo patri recōcilia-
uit. ¶ E Sequit̄ tertia pars. Et nomē dñi inuocabo: vt
sanguis ille salutaris in se/fiat mihi salutaris: me liberādo
a pctis: q̄ p multis effusus est in remissionē pctōꝝ. Nomen
dñi inuocabo/calicē salutaris accipiēs: vt veniat super me
sanguis ille sacratissim⁹ cū benedictione: quē sup se spargi
insani iudei postulabāt: Sāguis ei⁹ inquiūt/sup nos: ꝛ su-
per filios nostros. ¶ Sequit̄: Laudans inuocabo dñm.
Laudās christū de tāta bñficētia exhibita: qua nedū hunc
sanguinē fudit: sed ꝛ ipm in potū salutarē nobis dedit. Et
quis nisi ingratissim⁹ ꝛ irreligiosus p tāto bñficio nō lau-
daret christū dñm. Seuerū dñs seruū suū iudicat: q̄ benefi-
cia eius suscipiēs/dñm nō extollit: aut se bñficijs indignū
indicat: beneficentiā dñi laudib⁹ nō agnoscēs. Laudās igi-
tur inuocabo dñm/sumēdo hoc magnificū beneficiū. Et
ab inimicis meis saluus ero: ex virtute dati beneficij. Ha-
bet em̄ virtutē magnificā sanguis ille salutaris. Extinguit
quidē ardorē carnalis cōcupiscētie: remittit fomitem pcti:
cui⁹ est motus inordinatos excitare: ꝛ p hoc valet cōtra ini-
micū intraneū/qui est ppria caro. Rursus inebriat mētem
sanguis ille potat⁹ celica dulcedine. recolligit vires anime:
et in christi vulnera potantē trāsmittit: vt illa cōtemplet̄: ex
quib⁹ tanq̄ fontibus vberrimis sanguis ille pfluxit: ꝛ per
hoc valet cōtra inimicū extraneū: mundū videlicet q̄ men-
tē dispergit p vana desideria: p caducos honores ꝛ poten-
tatus: quib⁹ inherēs a christo sanguinē fundēte elongatur.
¶ Demū accēdit cor ꝛ inflāmat affectū: vt bñficio p amo-
rē ꝛ dilectionē fungat: q̄ nō nostris meritis: sed sua gratui-
ta volūtate sanguinē illū potabilē sub speciebus vini mini-
strauit: et per hoc valet cōtra inimicū pessimū/diabolū scꝫ:
qui mentē ab amore christi reuocat/eāq facit supbire: vt si-
cut ipe supbiendo a btitudine corruit: sic ꝛ illa ab eadē per
superbiā separet̄. Sic igit̄ laudans inuocabo dñm in sum-
ptione preclari huius calicis ꝛ viuifici christi sanguinis: vt
saluꝰ fiam ab oibus inimicis meis p dñi singularē protectio-
nem: cuius nomē magnificū cū laudibus inuoco: et p virtu-
tem sanguinis dñi quem bibam: per quē facti sum⁹ propin-
Eph. ij. qui dño: q̄ ab eodē lōge distabam⁹/dicēte Aplo: Nunc au-
tem in christo iesu vos qui aliqñ eratis longe/facti estis p
pe in sanguine christi. Dū autē sacerdos orationē hanc pro-
fert/dicēs: Calicē dñi accipiā: Calicē ipm̄ derectū: facta pus
deuota inclinatione: tota cū deuotione reuerēter in manus
sumit: summa ꝛ oi qua valet mētis puritate: semotis pere-
grinis cogitatibus: soli dñi sanguinis effusioni in cruce p
se ꝛ toto genere humano facte intētus: ipm christi sangui-
nem p̄ciosum sub vini specie latentē: fideliter et caute vna
cū particula sanguini commixta sumat. Hec aut similia ani-
mo meditādo: Refice dñe iesu aiam meā pfecta refectione
p̄ciosissimi cibi ꝛ potus: vt per eā ad pfectissimā illā regni
tui refectionē puenire merear: vbi te nō iam sub mysterioꝝ
symbolis: sed clare facie ad faciem/ ꝛ videre ꝛ frui merear
in eternū. Sumpto aūt calice caute vt nihil in eo pmaneat:
dicit orationem que sequitur: F

Sanguis domini nostri

iesu christi custodiat aiam meam in vitam eternam Amen.
¶ Post orationes quas cōmunioni interseruit: sequūtur
alie orationes quas sumpte cōmunioni sub vtraq specie
supaddit. Et diuidit̄ in duo. Nā pmo facit orōnē sumptio-
nē sacramēti sub speciebꝰ vini specialiter respicientē. Secū-
do addit orationes sacr̄m sub vtrisq speciebꝰ sumptū ꝯcer-
nentē/ibi: Corpus tuū dñe qđ sumpsim⁹. ¶ Circa primū.
Sicut post sumptionē corporis/facta est oratio p salute im-
petrāda ex eiusdē corporis manducatione: ita post pota-
tionē sanguinis dñi/subiungit̄ oratio p salute percipiēda:
ex eiusdem sanguinis sumptiōe. Unde dicit: Sanguis dñi:
qui est fons ꝛ lauacrū nostre emundationis ꝛ sanctificatio- Ad titū
set in cōione laicoꝝ: sicut fecit de ecclie ministris: cū minus
prouidi sint laici in sumptione/q̄ ecclesie ministri. Itēꝫ pe-
riculū fuisset in cōseruatione specierū vini p infirmis: pro
quibus semper parata haberi debet eucharistia: vt dicitur
de cōse. dis. ij. presbyter. De cui⁹ cauta custodia habet̄ in ca.
qui bene. ea. dis. Periculū quidē in cōseruando ne verterē-
tur in acetū: ⁊ ita desinerent esse sacramentū. Ne cōgelaren-
tur in hyeme. Ne bibiones et musce generarent̄ in estate:
aut alīs species corrumperentur/quātūcunq꞉ vas obstrue-
retur: ⁊ ita aut redderentur ad sumendum abominabiles
aut si species vini corrumperent̄: daretur infirmo occasio
idolatrandi ⁊ sumendi pro sacramento/qd̄ nō esset sacrm̄.
Periculū deferendi q̄nq꞉ etiaꝫ in equis ad loca remotiora
vbi cadere posset sacerdos siue eques siue pedes. Itē que-
ritur in quo vase fieret tanti vini cōsecratio: qd̄ sufficeret p
decem aut viginti milib⁹ psonarū. Quō de his vasis cōse-
crandis/lauādis/tāgendis nihil statuisset eccl̄ia: q̄ tam so-
licite de altari/pallis/vestib⁹ sacerdotalib⁹/calice ⁊ ceteris
ordinauit: ⁊ pdictis periculis nō subuenisset. Esset nihilo-
minus sumptuosum in his regionib⁹: in quib⁹ vix inuenit̄
vinū pro celebratiōe: de lōginquo precio charo deportatū.
Quō ergo nō de his oib⁹ disposuisset eccl̄ia. Dato ergo ꝙ
in principio nascentis ecclie cōis fuisset ritus cōmunicare
sub vtraq꞉ specie: pp̄ter euasioneꝫ tantoꝝ periculoꝝ ratio-
nabiliter ab illa cōione laicoruꝫ sub vtraq꞉ specie cessasset.
ℂ Q Alia causa cessationis ab hmōi ritu: vt tollerentur
errores qui ex cōione sub vtraq꞉ specie orti fuerunt: ⁊ oriri
poterunt. Credere em̄ poterat cōis ppl̄s ex tali cōione chri-
stum nō esse totū verū ⁊ pfectū hoiem sub vna specie: nec
tantū esse sub vna specie/quantū sub duab⁹: sicut multi he-
reticorū de facto astruxerunt. Nestorius em̄ sub specie pa-
nis tm̄ corp⁹ christi esse dogmatizabat sine sanguine: ⁊ sub
speciebus vini sanguinem tm̄ sine corpore/pro eo ꝙ in pa-
rasceue corpus fuit separatū a sanguine. Que ratio nil ar-
guit: cum talis sit christus in sacramento: qualis est in sua
naturali cōsistentia. Et idem: Si apl̄s aliquis in parasceue
cōsecrasset: sub specieb⁹ panis fuisset corpus sine aia ⁊ san-
guine: presertim post expirationē in cruce. Nūc aūt q̄ christ⁹
resurgēs ex mortuis iā nō morit̄: si cōsecrat̄/vtrobiq꞉ est vi-
uus: ergo sanguis vtrobiq꞉ ⁊ corp⁹. Itē ad tollēdū errorē/
ꝙ cōmunio sub vtraq꞉ specie sit laicis de salutis necessitate
quem quidā deducere nisi sunt ex verbis christi: Nisi man-
ducaueritis carnem filij hominis: ⁊ biberitis eius sangui-
nem: non habebitis vitam in vobis: vt in principio argu-
tum est. Ex quibus elicere volunt/ꝙ sit necessarium cuili-
bet homini ad vitam etiā sacramentaliter cōmunicare sub
vtraq꞉ specie. Sic refertur de Pelagio/ qui occasione ho-
rum verborū paruulis statim post baptismū corpus ⁊ san-
guinem sub vtraq꞉ specie ministrauit: ꝙ et si specieꝫ panis
deglutire non poterant: dixit ipsaꝫ cum speciebus vini esse
permiscendam: vt ita funderetur in ora puerorū. Et si for-
tassis quispiam eiecisset: dicebat id esse comburendū: imi-
tens illu in Exodo: Si quid residuum fuerit: comburetis.
Multi preterea vltra pelagianos errantes occasione pre-
fati textus (Iohis. vi.) non solum viuis sub vtraq꞉ specie
corpus ⁊ sanguinem domini ministrabant: sed etiā defun-
ctis: vt refert Beda in quadam homel. super Matheuꝫ.
ℂ R Ad horum ergo errorū extirpationem ⁊ similium
laudabiliter ecclesia cessauit a prefato modo cōmunicandi
sub vtraq꞉ specie/etiam si ad tempora cōtinuasset eundē.
Sicut in simili quandoq꞉ cessauit ad tempus consecrare
in azymo: propter errorem eorum qui dixerūt legalia cum
euangelio esse obseruanda: ⁊ necessariū esse in hoc christia-
nos iudaizare: quales fuerunt ebionite. Et vt hunc erro-
rem tolleret: precepit tempore Leonis pape consecrare in
fermentato: ad ostendendam libertatem euangelij: nō ob-
stante ꝙ christus cōfecit in azymo: vt habitū est supra lec.
xxxiij. Nec obstat ꝙ in ep̄la quadā btūs Cypri. ait: Ad hoc
conficit̄ eucharistia/vt possit accipientib⁹ esse tutela: quos
igit̄ tutos esse volum⁹ cōtra aduersarios: munimēto dn̄ice
securitatis armamus. Sed quō armam⁹: quō puocam⁹ in
cōfessione fidei sanguinem suū fundere: si eis militantib⁹
christi sanguinem denegamus. Aut quomodo ad marty-
rij poculum idoneos facimus: si nō eos prius ad bibendū

in ecclesia dñi poculum admittamus. Et loquitur ille sanctus cõtra quosdã: qui simpliciter denegabant sacramentum eucharistie: in quo certe erant reprehensibiles: cũ hoc sacramentũ armet cõtra tentationes ⁊ quelibet alia pericula. Uel loquit᷑ iuxta morẽ sue eccl'ie: cui ip̄e presedit: in qua forte tp̄e suo particulariter viguit cõmunio sub vtraq; specie: quã sub noĩe calicis ⁊ sanguinis exp̄ssit: q: sub illa specie fit manifestior representatio effusionis sanguinis christi: ex cui⁹ memoria animat᷑ homo ad martyriũ. Nec; tamẽ illã cõmunionem sub vtraq; specie simpliciter necessariã docuit/ quasi esset de precepto christi. ❡ S Licet ergo in primitiua eccl'ia illa cõio gñaliter in vsu fuisset: vbi nõ erat tanta multitudo fideliũ sicut modo: ⁊ sic poterat sumi sanguis sub specie vini: qđ periculũ multiplicatis fidelib⁹/ ecclesia crebro est expta. Et q: in p̄mitiua eccl'ia ꝓpter passionis dñice vicinitatem/ maior viguit charitas ⁊ deuotio: ea propter tunc cũ magna reuerentia/ deuotiõe ⁊ cautela accesserũt: ⁊ biberũt de sanguine christi ex calice: ꝓ cui⁹ noĩe
Phil.i. etiã ꝓpriũ sanguinẽ fundere sitiebãt: ſm illud ap̄li: Uobis datũ est pro christo nõ solũ vt in eũ credatis: sed etiã ꝓ illo patiamini. Cũ vo in ꝓcessu tp̄is charitas refriguit ⁊ tepuit in fidelib⁹: potuit eccl'ia rõnabiliter subtrahere laicis calicem sanguinis christi: maxime cũ nullũ ꝑfectũ ꝑ hoc auferat eccl'ia a fidelib⁹: qm̄ virtus ⁊ efficacia hui⁹ sacramenti nõ dependet a speciebus illis visibilib⁹: nec vna: nec ambabus: sed a rebus cõtentis sub specieb⁹: q̄ ita sunt sub qualibet specie seorsum/ sicut sub ambab⁹: nec plus sub ambab⁹ q̄ sub vna. Efficacia etiã ⁊ ꝑfectus prouenies ex sumptione sacramenti sub vna specie tantus est: sicut ex sumptione sub vtraq;. Sacerdos vo qui offert in ꝑsona totius eccl'ie pro se ⁊ clericis ⁊ laicis: ⁊ manducat atq; bibit: vt sic representatio ꝑfecte refectionis expresse significet᷑ future: ꝓ cuius adeptiõe sacrificat᷑ in via: et si q̃n; deficeret ꝑsonalis deuotio in sacerdote celebrante: nunq; tñ deficit deuotio sponse eccl'ie: in cui⁹ ꝑsona agit officiũ. Caueri etiã possunt a sacerdote celebrante faciliter ceteri defectus supra notati. Sacerdos igit᷑ in cõficiendo ⁊ offerendo ac manducando hoc sacrm̄ ꝓ oĩbus fidelib⁹ in ꝑsona eccl'ie/ tenet ritũ quem christus in cena in ꝑsona ꝓpria exẽplauit. Cui ex officio ⁊ ordine suscepto in eccl'ia cõpetit hoc sacrificiũ ꝯficere: ip̄m confectũ pro salute oĩm in recõciliationẽ ⁊ remissionẽ peccatorũ patri offerre: qđ neq; laico: neq; sacerdoti dũ extra missaz de manu alterius cõmunicat: cõcessũz est. ❡ T Ex illo aũt errore/ ꝙ cõmunio sub vtraq; specie esset de necessitate salutis: sequunt᷑ aliȷ̃ nõ minus periculosi errores: vt recitat Gerson: scz p̄mo/ ꝙ tanta esset dignitas laicoꝝ: circa sumptiones corporis christi/ sicut sacerdotũ. Scđo cum hoc semꝑ fuit de necessitate salutis: vt dicit heresis illa/ ꝙ perierũt oẽs ⁊ pereunt aliter sentientes facientes aut docẽtes. Oẽs quoq; generaliter tam clerici q̄ doctores ⁊ prelati: qui nõ posseten⁹ opposuerunt se tali cõsuetudini/ vbis/ scriptis/ aut sententiȷ̃s: ⁊ ꝙ sacrã scripturã oẽs illi ꝑuerterunt. Item ꝙ eccl'ia romana nõ rite sentit de sacramentis: nec in hoc esset imitanda. Item ꝙ cõcilia gñalia ⁊ spẽaliter Cõstantieñ. ⁊ Basilieñ. errauerũt in fide ⁊ bonis morib⁹. Et plures aliȷ̃ errores ac seditiones grauissimi. Nec valet si opponat᷑ ꝙ saltem discretis ⁊ bene vtentib⁹ ratione/ deberet sub vtraq; specie dispensari: q: nimis esset hoc in eccl'ia seditiosũz. Nullus q̃ppe vellet in eccl'ia indiscret⁹: nullus incaut⁹ reputari. Esset q; ꝯ aliquos de pctõ vel indiscretiõe infamare: qđ fieri nõ debere/ christ⁹ suo docuit exẽplo: dũz suo ꝓditori iude corp⁹ suũ ⁊ sanguinẽ nõ negauit: nec eum repulit/ quẽ nouit indigne accipere: licz sua indignitas occulta fuit. Nec per hoc oẽs supradicti errores/ seu coꝝ occasiones cauerent᷑. ❡ U Et ꝑ hoc ad rões in p̄ncipio dubiȷ̃ motas. Ad p̄mã q̄ allegat illud ap̄li: Hoc facite quotiescũq; ⁊c. iam solutũ est: ꝙ ap̄ls ibi recitat factũ christi: nõ imponit p̄ceptũ: sicut nec christ⁹ imposuit de cõione sub vtraq; specie: sed ad passiõis memoriã cõmunicantes ⁊ cõficientes hortabat᷑. Ad secũdã (Ioh. vi. Nisi mãducaueritis ⁊c.) dicit᷑: q̄ in toto illo ca. dñs loquit᷑ de mãducatione ⁊ bibitiõe spũali/ que nõ distinguunt᷑: q: q̄ mãducat spũaliter/ bibit spũaliter: ⁊ ecõuerso: ⁊ nõ carnali neq; sacramentali: sicut carnaliter vba christi intelligentes/ abierũt retrorsum. Uñ christ⁹ sua vba manẽtib⁹ discipulis exponẽs/ dixit: Spiritus est q̄ viuificat: caro nõ ꝓdest quicq̃/ scz sine spũ. Uerba q̄ ego locut⁹ sum vobis: spũs ⁊ vita sunt. Sic ⁊ sacramẽtalis cõio nõ est simpliciter necessaria: sz spũalis. de qua. s. lec. xxxvi. ⁊ infra lec. lxxxvii. dicet᷑. Ad tertiã similiter solutũz est. Et si di. Alex. loco alleg. dicit ꝙ lz sumptio: q̄ est in accipiendo sub vna specie/ sufficiat: illa tñ q̄ est sub duab⁹ speciebus maioris est meriti. Tum rõne augmẽtationis deuotionis: tũ rõne fidei dilationis actualis: tũ rõne sumptiõis cõpletioris. Potest dici/ ꝙ loquit᷑ cõparando sumptionẽ celebrantis qui officiũ misse ꝑficit: eucharistiã cõficit/ offert/ et sumit pro se ⁊ vniuersali ecclesia: in quo officio sub vtraq; specie conficit/ offert/ ⁊ sumit: ad sumptionẽ quavt a ꝑsona singulari sumitur sub vna specie de manu sacerdotis: Illa quippe est maioris meriti. Maius enĩ est meritũ celebrare q̄ solũ sumere. Ibi cõcurrit maior deuotio ꝓpter oratiões quas facit: ⁊ actus plures a dño ⁊ ecclesia ordinatos. Ibi etiã fides actualiter dilatat᷑ per vestes sacras/ cerimonias/ cruces/ luminaria ⁊ cetera q̄ oĩa recte fidei attestant᷑: ⁊ ad multa actualiter cõsideranda ⁊ credenda excitant: qđ sumptio simplex nõ facit. Ibi etiã est cõpleta sumptio: nõ rõne rei cõtente: vt ip̄e ibidẽ declarat: sed rõne representationis tã passiõis dñice: q̄ facta est ꝑ sanguinis effusionem: q̄ ꝑfecte refectiõis: q̄ nedũ in cibo cõsistit tm̄ aut potu: sed simul in vtroq;. Uñ ⁊ ip̄e recitat factũ bene memorandũ di. Quibusdã religiosis petentib⁹ ⁊ instãtib⁹ vt sub vtraq; specie sumerent sacrm̄/ sacerdote quodã pio cãtãte: Cum faceret hostie fractionẽ/ cõcauũ patene totũ visum est repleri sanguine. Ad qđ obstupuerũt ip̄e ⁊ circũstãtes. Sed cũ cõtingeret partes hostie totũ visum est reintrare: ⁊ sic petitioni ⁊ tentationi illoꝝ fuit penitus satisfactũ. Hec Alex. Ex quo patet ꝙ mentis sue nõ fuit loqui de cõione sub vtraq; specie extra sumptionẽ celebrãtis missam. Et tantũ de illo dubio.

❡ Lectio. lxxxv. A

Nunc de tertio dubio.

i. de effectu ⁊ fructu hui⁹ sacri/ quos cõsequunt᷑ ip̄m sumẽtes. Et qm̄ duplices sunt hũc cibũ sumẽtes: q̄dã digne: aliȷ̃ indigne. aliũ illi: aliũ isti cõsequunt᷑ effectũ. Nã illi gratiã ⁊ gloriã: isti mortẽ consequunt᷑ ⁊ penã. Hinc canit᷑ in ꝓsa: Mors est malis: vita bonis: vide paris sumptionis q̄ sit dispar exitus. De quo btũs Berñ. in ser. de sacramẽto ait: In cena dñi de vno pane cõsecrato petrus et iudas accepit. Bon⁹ in vitã: pessim⁹ in penã. Bon⁹ in bñficiũ: pessim⁹ in testimoniũ. Bon⁹ in salutẽ: pessim⁹ in mortẽ. Qđ totũ vsq; huc cõplet᷑ in sacro altaris. Bonis quidẽ in bonũ sumẽtib⁹: canib⁹ vo nõ sic. Canes sunt/ q̄ irreuerẽter accedũt: ⁊ ideo iudicati recedũt. Qđ in arca dei figuratuz est: q̄ allophil os occidit: ⁊ isrl' saluauit. Et in mãna qđ bonis oĩs delectamẽti ⁊ suauitatis saporẽ: malis vo nausea prestitit. Silr ⁊ in babylonico igne q̄ nouit pueros in fornace cõseruare: ⁊ ministros regis caminũ incẽdẽtes incẽdere ⁊ cremare. Uñ Chrys. hom. x. Sicut corporalis cib⁹ dũ inuenerit ventrẽ aduersis humorib⁹ occupatũ: ampli⁹ ledit: magis nocet: ⁊ nullũ p̄stat auxiliũ: Ita ⁊ iste spũalis cibus: si aliquẽ reperit malignitate pollutũ: magis eũ ꝑdet: nõ sua natura: sed accipiẽtis vitio. Hec ille. Primo tñ de effectib⁹ quos operat᷑ in digne sumentib⁹ dicendũ. Deinde dubio sequenti de his que sequunt᷑ in sumentib⁹ irreuerẽter ⁊ indigne. De fructib⁹ tamen eius quos cõsequunt᷑ ex ei⁹ oblatione ⁊ sumptione/ qui digne accedũt seu offerunt: eorũq; magnitudine neminem puto mortalium disserere plene posse. Nam cum nec folium cadit de arbore sine patre/ sine causa/ sine fructu: q: sine diuine bonitatis/ q̄ causa est oĩm influxu: Indubitabile apud fideles manet/ ꝙ op⁹ dei pariter ⁊ munificentissimũ

ter ⁊ munificentissimū ⁊ magnificentissimū: quo scʒ diui/
na sapientia: nec munꝰ maiꝰ: nec magnificentiꝰ dare pōt:
inestimabiles fructus salutis pariat in aīa sumentis bene
disposita ⁊ ordinata. Nam in hoc sacratissimo cibo digne
sumpto/corpus christi verū/ mystico corpori suo in hoc sa
cramento signato/singulari vnione cōnectit. vñ ois beate
vite influxus in membra deriuat. Coniungit christus eccl'ie
sponse sue spōsus: a quo suscipit pfectionis ornatū fm mē
surā vniuscuiusq; membri: quousq; pueniat ad mensuram
plenitudinis christi. Laborauerūt plurimi doctores ⁊ sci
ex his q̄ spūssancti calamꝰ scripture sancte impinxit: fructꝰ
salutis colligere: scriptisq; tradere ad eccl'ie edificationē.
Ex eoꝝ itaq; quibusdā cōmendatis carpere aliqua desideꝝ
rans/nō fugientes spicas: quas ruth illa moabitis ad litte
ram fecisse legit': que videns ⁊ festinans interpretat'. Absit
Ruth. ij vt hanc ingenij celeritatem mihi arrogem: sed q̄ illi clarissi
me de semine scripturarū messuerūt: ⁊ horreo eccl'ie obtu
lerunt: aliqua pie furari abbreuiādo transcribere sufficiat.
¶ B Sūt itaq; qui fructus huiꝰ sacramēti ad numeruʒ
duodenarū/fm numerū fructuū ligni vite (de quo Apoc.
vlti.) reducere. Sic Rich. in suo. iiij. dist. ix. q. ij. metro lu
dens/insinuat. Inflāmat/memorat/sustentat/roborat/au
get Hostia spem: purgat/reficit/vitā dat ⁊ vnit: Cōfirmat
q; fidem: munit/fomitemq; remittit. ¶ Inflāmat charitaꝫ
tem: memorat dñicā passionem: sustētat ad operationem bo
ni: roborat ad pseuerentiā ppositi sancti: auget spem: purꝫ
gat veniale petm: ⁊ q̄nq; mortale: reficit mādūcantē spūa
liter eterna cōsolatione: vitā dat gratie: vnit christo solide:
cōfirmat fidē sine errore: munit cōtra casum puenientē ex
ppria infirmitate: fomitēq; remittit ardorē scʒ carnalis cō
cupiscentie/cōtra demonis impulsum. Sunt q̄ sub eisdem
figura ⁊ numero: sed nō eodem mō/fructꝰ eucharistie colli
gunt. Per oppositū eñ ad dāna que fructꝰ ligni mortis/ar
boris scʒ interdicte ex veteris ade culpa intulit: fructus li
gni vite (qd christus est) ordinant. Primi nāq; parentes p
esum pomi vetiti multas miserias toti humano generi at
tulerūt. Vñ congruū fuit: immo necessariū p esuʒ alterius
cibi salutaris ⁊ fructiferi/ab illatis miserijs idem genꝰ ho
minū subleuari: ne ppetuo miserijs istis subactuʒ langue
sceret: ⁊ tandem pressum morbis totaliter deperiret. Mise
rie iste tres sunt in genere: scʒ vincula culpe: defectus gra
tie: plaga mortis ⁊ gehēne. Partite singule in quattuor fa
ciunt duodenarū numerū miseriarū a ligno mortis decer
ptarū. Vñ in miseria culpe sunt: demonis tētatio: fomitis
rebellio: cordis macula: creatoris offensa. In miseria defe
ctus grē/quadruplex inuenit' languor: scʒ in cognitiōe nri
in dilectione primi: in sapore spūali: in cōsummatiōe boni
In tertia miseria/scʒ mortis plaga sunt: debitū mortis eter
ne: defluxus bone vite: exiliū mūdane miserie: incineratio
corporalis materie. Cōtra has miserias/fructꝰ salubres/ et
totidem remedia affert eucharistia digne sumpta. Nam cō
tra tres gn̄ales miserias/affert remissionē culpe: augmen
tum grē: ⁊ collationē vite. Sic contra singulas duodecim
miserias/singulos fructꝰ ⁊ vtilitates. Nā cōtra primā mise
riā: tentationē scʒ demonis/demonē fugat. Cōtra secūdā/
fomitē mitigat. Maculā cordis mūdat/cōtra tertiā. Con
tra quartā/irā dei placat. Cōtra medias quattuor miserias
illuminat intellectū: inflāmat affectū: mentē delectat: ⁊ ad
operandū roborat. Contra miserias quattuor vltimas/ab
eterna morte liberat: vitaʒ restaurat: ad patriam reuocat:
corpꝰ ad vitā resuscitat. Dimitto scripture cōcordantias ad
singula. ¶ C Sūt ⁊ alij q̄ fructus huiꝰ sacramēti digne
suscepti/reducūt ad numerū senariū: fm eiꝰ sextuplicē de
noiationem: que sibi attribuunt': eo q̄ in sextuplici genere
bonoꝝ inuenit': ppter innumerabiles grās/quarū est con
tentiuum. Dicit' eñ quandoq; gratia: quādoq; donū siue
munus: q̄nq; cibus: quandoq; cōmunio: quandoq; sacrifi
ciū: quādoq; sacramentū. Et fm quodlibet nomen/innu
merabiles cōtinet ⁊ affert dona/fructus ⁊ gratias. De qui
bus dñs Alber. librū edidit perutilem/diffuse psequēs sin

gula. Sūt qui fructꝰ eucharistie reducūt ad quattuor gene
rales: fm q̄ est eduliū vegetans ad vitā eternā. Viaticum
cōfortans nos ad pficiendū huiꝰ exilij vitā. Pignus eterne
salutis: Et cōsecratio ois sanctitatis. Et fm hec effectꝰ eiꝰ assi
gnari possunt: vegetare: cōfortare: certificare: ⁊ perficere.
Quos similiter tangit Alber. in pncipio libelli prenotati.
Sunt qui innumerabiles fructus eucharistie reducunt ad
numerū ternariū: scʒ ad bonū oblatiōis sacrificij: bonū cō
municationis conuiuij: bonū refectionis viatici. Primum
quoad deū. Scdm quoad primū. Tertiū cuiuslibet quoad
seipm. Hanc sequit' Cancel. parisien. in suo sup Magnifi
cat. trac. ix. exponens versuʒ: Esurientes imple. bonis. Va
rij sunt varioꝝ modi summā fructuū assignantiū: fm nume
rum septenariū donoꝝ/virtutū/btitudinū/ac petitionum
dñice orationis: q̄ oia psequi longū esset pariter ⁊ laborio
sum. ¶ D Ideo breuitati studens: pmo/fructꝰ in hos bimē
bris: deinde mēbrū qdlibet subdiuidendo in ramusculos
fructꝰ afferētes dulcissimos pcedā. Pro quo rememorādū/
q̄ sacrosctā eucharistia pncipaliter instituta est in sacrificiū
⁊ in sacrm̄ seu cibum: ideo oēm fructū sacrificij omnēq; fru
ctū spūalis cibi influit atq; gignit. Pro intellectu pmi: quō
scʒ eucharistia nobis est instituta in sacrificiū: aduertendū
est/q̄ fm beatū Aug. x. de ciui. dei. ca. iiij. Sacrificiū cultꝰ
quidā est soli deo debitus/fm q̄ scribit': Sacrificans dijs
eradicabit' nisi dño soli. Siue (vt alij dicūt) est oblatio sa
cra deo in recognitionē supremi dñij. ⁊ redit in idem: si tñ
oblatio generaliter accipit' pro omi actu interiori vel exte
riori facto ad honorem dei/tanq̄ supremi oim dñi. Est aūt
duplex sacrificiū: scʒ interius inuisibile: ⁊ exterius visibile.
Inuisibile sacrificiū/cor nrm. i. volūtas nra est/cum dona
dei ⁊ seipsam deo vouit ⁊ reddit. Vñ ait: Huic scʒ deo serui
tutem (que latria grece dicit') siue in quibusdā sacramētis
siue in nobisipsis debemꝰ. Per latriā sacrificiuʒ intelligit.
Vñ ⁊ subdit: Huiꝰ eñ templū simul oēs ⁊ singuli templa
sumꝰ: q: ⁊ oim cōcordiā: ⁊ singulos inhabitare dignat': nō
in omnibꝰ q̄ in singulis maior: qm̄ nec mole distendit': nec
participatione minuit'. Cū ad illū sursum est: eiꝰ est altare
cor nostrū: eius vnigenito cū sacerdote placamur. Ei cruē
tas victimas cedimꝰ: qn̄ vsq; ad sanguineʒ pro eiꝰ veritate
certamꝰ. Ei suauissimū adolemꝰ incensum: cū in eius cōspe
ctu pio/sctōq; amore flagramꝰ. Ei dona eiꝰ in nobis/nosq;
ipsos vouemꝰ ⁊ reddimꝰ. Ei beneficioꝝ eius solennitatibꝰ
festis/⁊ diebus statutis dicamus: sacramusq; memoriā: ne
volumine tpoꝝ ingrata surrepat obliuio. Ei sacrificamus
hostiā humilitatis ⁊ laudis/in ara cordis/igne feruide chā
ritatis. Ad hunc videndū sicut videri poterit: eiq; coherē
dum: ab omi pctōꝝ ⁊ malarū cupiditatū labe mundamur:
⁊ eius noie consecramur. Ipse eñ fons nostre btitudinis:
ipse ois appetitionis est finis. Hunc eligentes vel potius
reeligentes/ad eū dilectione tendimꝰ: vt perueniendo quie
scamus: ideo beati/q: illo fine pfecti. Bonū eñ nostrū nul
lum est aliud/q̄ illi cohere. Et hoc quidē/scʒ coherere il
li volūtate ⁊ amore/est sacrificiū interius ⁊ inuisibile. Sa
crificiū aūt visibile/vt ideʒ c. i. v. eo. li. (⁊ habet' de cōse. dis.
ij. sacrificiū) dicit: est inuisibilis sacrificij sacramentū. i. sa
crum signū. Vñ omne opus qd agit' vt sctā societate inhe
reamus deo: relatū scʒ ad illū finē boni/quo veraciter bea
ti esse possimꝰ: sacrificiū est: dicit idem ca. vi. li. x. ¶ E In
diget aūt hō sacrificio ppter tria: vt dicit btūs Tho. parte
iij. q. xxij. ar. ij. scʒ pro remissione pcti/per qd a deo auersus Heb. v.
fuerat. Vñ ait aplūs: Ois pōtifex ex hoib' assumptus/p ho
minibus cōstituit' in his q̄ sunt ad deū: vt offerat dona et
sacrificia pro pctis. Scdo vt hō in statu gratie cōseruet': et
semp deo adhereat in quo eiꝰ pax ⁊ salus cōsistit. Ad roma.
xij. Exhibeatis corpora vestra hostiaʒ sanctā/viuentē/deo
placentem. Tertio/vt spūs hois deo totaliter vniat': quan
tum vie status admittit. j. Pe. ij. Offerentes spirituales ho
stias acceptibiles deo. Et fm hoc triplices fuerūt in testa. Sacrifi
veteri sacrificiū ⁊ oblationes: videlicet sacrificiū pro pec cium tri
catorū expiatione: cuiꝰ ritus describit' Leui. iiij. Secundo plex.

fuit hostis pacifica: que offerebatur tanꝗ petitio ꝓ beneficio impetrando: vel tanꝗ gratiarũ actio pro beneficio accepto: cui⁹ ritus describit Leui. iij. Tertiũ fuit holocaustũ qḋ ex deuotione pro ꝑfecta vnione hoīs cũ deo offerebaꝫ: qḋ etiã totũ incendebaꝫ: vt habeꝫ Leui. j. ad significandũ totũ hoīem transformari ꝛ vniri debere deo. Un holocaustum dicit ab holon/qḋ est totũ: ꝛ cauma qḋ est incendiũ/ quasi totũ incensuꝫ: ꝗuis. s. lec. lv. plures hostiarũ differẽtie sunt assignate. Oia aũt illa sacrificia: ꝗuis multa: fuerunt tñ figure vnius veri ꝛ ꝑfecti sacrificij noue legis: scꝫ christi in ara crucis immolati. Un orat ecclia: De⁹ qui legalium differentias hostiarũ/vnius sacrificij ꝑfectione sanxisti ꝛc. Illud vo qḋ est ꝑfectum ꝑ vnũ vel pauca imperfecta nõ pōt sufficienter repꝛesentari. Et ideo sicut ꝑfectio diuina vnica existens/in ꝑfectionib⁹ creaturarũ varie ꝛ multipliciter repꝛesentaꝫ: sic decens fuit: vt sacrificiũ nostrũ ꝑfectissimũ/ꝑ multa ꝛ varia sacrificia ante ꝛ in lege veteri repꝛesentareꝫ. De imꝑfectione sacrificioꝝ vete. le. s. dictũ est lec. xxj. ꝛ satis dictũ reor/satis bene ad ꝓpositũ. In hac ergo vnica oblatione ꝛ ꝑfectissimo sacrificio christi in cruce habem⁹ ꝑfecte quecũqꝫ lex/vel nature: vel moysaica: vel figurabat: vel cōtulit imꝑfecte. Per hanc em̃ nostra pctã deleta sunt. Roma. iiij. Tradit⁹ est ꝓpter delicta nostra. Per ipsam recepim⁹ gratiã nos saluantem. ad Heb. v. Consummatus scꝫ in passione/factus est oibus obtemperantib⁹ sibi/causa salutis eterne. Per ipsam adipiscimur ꝑfectionez glorie. ad Heb. x. Habem⁹ fiduciã per sanguinem christi in introitũ sanctoꝝ/vbi celestis est glia. Et. j. Pet. iij. Degluttiens mortem/vt vite eterne heredes efficeremur. De hoc etiã loquiꝫ Gerson cancel. suꝑ Magnificat. Sacrificiũ sicut ꝛ verbũ abbreuiatũ fecit dñs super terrã: Hostiã viuã/ vnicã/mundã/plenã bonis: plenã effectib⁹ oibus illis/ꝑ quibus hostia legalis solebat offerri. Si deletionẽ pctõꝝ petis: Ecce agn⁹ dei: ecce qui tollit pctã mundi. Si gratiarum actionẽ: gratias agit christ⁹ patri. Si maloꝝ euitationem/sanat ipse nos ꝛ liberat: qꝛ vere lãguores nostros ipse tulit. Si bonoꝝ cōsecutionem celerem: interrogatus latro docebit: qui tpꝛe hui⁹ sacrificij vespertini audire meruit cuꝫ iuramento: Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiso. Et sequiꝫ: In sacrificio corporis ꝛ sanguinis sui noua fecit omnia: Paschalem agnũ: manna deserti: panez celi: tauros: vitulos immolationis: hircũ emissariũ: passerem: turtures ꝛ columbas: vinũ ꝛ libamina: sal in omni sacrificio: caudã cum capite: neqꝫ mel: neqꝫ fermentũ. Deniqꝫ quotidianũ bis sacrificiũ: cũ matutino vespertinũ: quicquid in his figuraliter significatur ꝛ mystice per hoc vnicũ sacrificium impletũ est: ꝛ nobis per ipsum confertur in veritate.

¶ F Quãuis autẽ semel oblatus est christus in aperta carnis effigie: offertur nihilominus quotidie in altari: velatus in panis viniqꝫ specie. Non quidem quantũ ad ea q̃ penam important: Nõ em̃ christus quotidie vulneraꝫ: patitur ꝛ moritur: sed ex alijs duab⁹ causis eucharistie cōsecratio ꝛ sumptio/sacrificiũ dicitur ꝛ oblatio. Tum qꝛ illius sacrificij veri ꝛ immolationis sancte facte in cruce/repꝛesentatiua est ꝛ memoriale. Tum qꝛ similiũ effectuũ operatiua ꝛ principiũ causale. Solent aũt (ait btũs Aug. ad Simplicianũ) imagines illarũ rerum nominib⁹ appellari/quarũ sunt imagines: sicut cum intuentes tabulã aut parietez pictum/dicim⁹: Ille Cicero est: ille Salustius. Celebꝛatio autem huius sacrificij imago quedã est passiõis christi repꝛesentatiua/que est vera eius immolatio: ideo ꝛ ipsa immolatio nominaꝫ. De hoc quoqꝫ beat⁹ Bern. in ser. de sacramẽto altaris ita ait: Christus pro salute mũdi semel factus est hostia salutaris: rei recõciliatio generalis. omnibus sacramentis tam pꝛecedentib⁹ ꝗ̃ sequentibus virtutem dedit et efficaciam: vt tanta ꝛ tali hostia sanctificarenꝫ omnes liberãdi per ipsam. Unde legitur: Quia agnus occisus est ab initio seculi. His videlicet qui fuerunt ab initio seculi: ita vt per hoc ꝙ dicitur ab initio/ determines nõ tempus occisionis: sed salutis. Prius em̃ mors eius profuit ꝗ̃ fuit: prius promissio/ac demũ exhibitio. Nec eius profectus in passionis exhibitione terminatur: sed multo magis in posteros deriuaꝫ memorata/ꝗ̃ profuit futura. Unde subdit Bern. Benignissime iesu/ nobilissime spōse tue dotalitiũ indulsisti: vt vel sic teneret columba tua memoriale dilecti sui. De hoc habes supꝛa lec. liij. Quib⁹ ꝛ addo sequentia: Nam de huius memorialis excellẽtia subdit vbi. s. Bern. tractans illud aplĩ: Hoc facite in meã cõme. di. O summe pia ꝛ suauis memoria/annunciare mortẽ dñi donec veniat. Mors christi opus sine exẽplo: humilitas sine modo: donum sine pꝛecio: gratia sine merito. Hanc ꝓpter nos subire voluit qui peccata nostra suꝑ lignũ sustinuit: in cruce sua: scꝫ penã peccatorũ cuius liuore sanati sum⁹. Quid facis o homo ingrate. Adora deuotius: recole frequẽtius in sacramento altaris/salutez mũdi pro te passam: vitã pro te mortuam: fortitudinem infirmatã. Sequiꝫ: Ceterũ vt amplius mouearis: immo vt magis incalescas in amorem tui redẽptoris: voluit christus vt iugiter coleretur ꝑ mysteriuꝫ/qḋ semel offerebaꝫ in pꝛeciuꝫ: ꝛ illa ꝑennis victima viueret in memoria: ꝛ pꝛesens esset semꝑ in gratia. Hec Bernardus.

¶ G Ecce quale nobis prouidit dñs sacrificiũ: omnia sacrificia alia excellens: habens in se que in nullo alio sacrificio simul inueniuntur. Est em̃ (vt dicit Alber. li. ij. de sacra. alta.) antiquitate veneratum: autoritate diuina sancitum: iuramento cõfirmatũ: ꝛ sua perfectione perpetuatũ: in se sanctissimũ ꝛ oim̃ sanctificatiuũ. Ueneratũ antiquitate: qꝛ ab eo qui verus sacerdos erat dei summi sine patre: sine matre: sine genealogia: assimilatus filio dei: vt dicitur ad Heb. vij. ante oẽm sacrificioꝝ institutionẽ pꝛesignaꝫ. Autoritate dei sancitũ: qꝛ ab ipõ deo patre collatũ est hmõi sacrificij sacerdotiũ: vt habeꝫ ad Heb. v. Christus nõ semetipm clarificauit vt põtifex fieret: sed qui locut⁹ est ad eũ. Tu es sacerdos in eternũ ſm ordinem melchisedech. Iuramento aũt confirmatũ: sicut diciꝫ in psõ. Iurauit dñs ꝛ nõ penitebit eum: tu es sa. in eter. Sua autẽ perfectione est perpetuum: qꝛ propter perfectionem huius sacrificij omnia vete. legis cuꝫ lege ꝛ sacerdotio sunt abolita: vt istud in perpetuũ statuatur obseruandũ. Unde ad Heb. vij. Hic autez eo ꝙ maneat in eternũ: sempiternũ habet sacerdotiũ: vnde ꝛ saluare in ꝑpetuum potest: accedens per seipsum ad deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. Et de abolitione ve. le. vt illud vnici sacrificij statuatur sacerdotium; dicitur Heb. vij. Si ergo cõsummatio per sacerdotiũ leuiticum erat (populus em̃ sub ipso legem accepit) quid adhuc necessariũ fuit ſm ordinem melchisedech alium surgere sacerdotem: ꝛ nõ ſm ordinem aaron dici. Translato em̃ sacerdotio/necesse est vt ꝛ legis translatio fiat. Et sequitur: Reprobatio quidem fit pꝛecedentis mandati: propter infirmitatem eius ꝛ inutilitatem. Nihil em̃ ad perfectũ adduxit lex. Habet ꝛ pꝛe omnib⁹ sacrificijs sanctitatem ꝛ sanctificationis operationem: qꝛ est in oibus significatum: qꝛ omnibus alijs refutatis/voluntati diuine acceptissimũ: qꝛ valore excellentissimũ: ꝛ qꝛ pro omnibus hominib⁹ redimendis/ipm solum est oblatũ: tot in se cõtinens gratias: quot in oibus alijs poterant significari.

¶ H De huius sacrificij acceptabilitate loquiꝫ beat⁹ Aug. liij. de tri. ca. xiiij. ꝙ quat tuor cõsiderantur in omni sacrificio: scꝫ cui offeratur: a quo offeratur: quid offeratur: ꝑ quibus offeraꝫ. Omnibus his respectibus sacrificium illud acceptabilissimũ esse cõuincitur. Offertur em̃ patri summo: Offertur a nostro pontifice eiusdem patris vnigenito. Offertur christus in humana natura corporis ꝛ sanguinis: Offertur pro oibus mundis ꝛ mundandis. Quis tam misericors ꝛ pius sicut pater celestis: misericordiarum pater summus. Offert aũt filius. Quis tam iustus ꝛ sanctus sacerdos ꝛ pontifex sicut vnicus dei filius: qui non opus haberet per sacrificia purgare sua peccata: nec originalia: nec ex humana addita vita. Talis em̃ decebat vt nobis esset pontifex/sanctus: innocens/impollutus/segregatus a peccatoribus: ꝛ excel Heb. vij
sior celis factus: q̃ non habet necessitatem quotidie quẽad

modum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre deinde pro populi. ad Heb. vij. Talem habem⁹ pontificez qui cõsedit in dextera sedis magnitudinis in celis: sanctorum minister: ⁊ tabernaculi veri quod fixit deus ⁊ nõ homo. Minister inquã sanctorum: quibus ministrat gratiã in terris/ ⁊ gloriã in celis. Huius magni pontificis ⁊ sacerdotis/ nostri pontifices ⁊ sacerdotes vicarij sunt: in quorũ verbis pnunciatis/ verbum increatũ operatur oblationem: ſm illud Esa. lxj. Vos aũt sacerdotes vocabimini: ministri dei nostri: dicetur vobis. Hoc eñ sacrificio sacerdos ex hominibus assumpt⁹/ ministeriuz exhibet. Inuisibilis aũt et principalis adest sacerdos christus: qui panem ⁊ vinuz in sui corporis ⁊ sanguinis substantiã conuertit. Hic ergo sacerdos patri cui offertur: nõ potest nõ esse acceptus. Et ideo effectum huius sacrificij malicia sacerdotis ministerialis impedire ⁊ tollere nõ potest. ¶ Sacrificiũ deniq; ad mundandũ ⁊ placandũ sufficientissimũ. Quid eñ tam mundũ pro mundandis vitijs mortaliũ: q̃ sine vlla cõtagione carnalis cõcupiscentie caro nata in vtero/ ⁊ ex vtero virginali. Quid tam grate offerri ⁊ suscipi posset: q̃ caro sacrificij nostri/ corpus effectuz sacerdotis nostri. Idem ipse vnus verusq; mediator per sacrificiũ pacis reconcilians nos deo: q̃ vnum cũ illo maneret: cui offerebat. Vnũ in se faceret pro quibus offerebat: vnus ipse esset qui offerebat ⁊ qđ offerebat. Hec Augu. vbi. s̃. iiij. de trini. Ex quib⁹ ⁊ hoc elucescit/ q̃ ex parte eorũ pro quibus offertur similiter acceptũ est: q̃ etsi immundi sunt: tamen per hoc sacrificiũ mundantur ⁊ reconciliantur: ac acceptissimo offerenti vniuntur. Hoc est qđ idem Aug. dicit. x. de ciui. dei. ca. vj. Hoc est sacrificiũ christianorũ: multi vnũ corpus sum⁹ in christo: qđ etiã sacramento altaris fidelib⁹ noto frequentat ecclesia: vbi ei demõstratur/ q̃ in ea oblatione quã offert: ipsa offeratur. ¶ I Ecce quantum est sacrificium nostrũ: nedum memoriale magni illius vnici ⁊ pfectissimi sacrificij semel in cruce oblati: sed idipsum/ ⁊ semper idipsũ. Memoriale dignissimũ: sed nobis peregrinantib⁹ nimis necessariũ: cum eñ nulli sperande est salus: nisi qui dei charitate accensus/ christo conformatur. vt deducit aplŝ. j. Cor. xiij. Illa aũt nullo in nobis fomento ita conseruari ⁊ augmentari poterit: quantũ memoria dñice passionis: que merito sibi oẽm nostrũ amorez vendicat. Ad hãc eñ nos scriptura Eccl. xxix. hortatur: Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: dedit eñ pro te animã suam. Pro te. i. pro hereditate regni celestis a te velut impignorata dñs fideiussit: ⁊ se totũ ad soluendũ in cruce debitum tuuz dedit. Huius gratiã nõ obliuiscaris: quin pro ea vicem reddendo diligas nedũ lingua: sed opere ⁊ veritate. Hoc ipsum quasi deprecando petit Cañ. v. Aperi mihi inquit soror mea/ amica mea: quia caput meum plenum est rore: ⁊ cincinni mei guttis noctium. Aperi mihi/ me in mentem suscipiendo: in memoriã: in dilectionem: qr caput

j. Corinth. xj.

meum/ scilz diuinitas: iuxta illud: Caput christi deus/ plenum est rore misericordie/ ad remittendum peccatum. Et cincinni mei: id est humanitas diuinitatem velans: guttis id est effusione sudoris/ lachrymarum ⁊ sanguinis: ac amaritudine passionis/ ad redimendam hereditatem tuam: p satisfactione tuorum peccatorũ impignoratam. Oportuit itaq; omni tempore apud hoies esse memoriale representatiuum passionis dominice: cuius tot figure in testa. veteri precessere. Ideo dominus vt apud fideles iugis ac immortalis vigeret passionis sue sacratissime memoria: hoc ineffabile sacramẽtum in perennem memoriam instituit: vt nõ deficeret exhibite redemptionis signum salubre ⁊ efficax: quo salus tot laboribus acquisita influeret redemptis: cuius tot figure mystice date sunt redimẽdis. De hoc memoriali Vrbanus papa sic exclamat: O digna ⁊ nunq̃ terminanda memoria/ qua mortem nostram recolimus mortuã: nostrũq; interitum vite obitu interisse: lignũq; viuificum cruci affixum/ fructuz nobis salutis ⁊ gratie attulisse. Hec est cõmemoratio gloriosa que fidelium animas replet gaudio salutari: ⁊ cum infusione leticie deuotionis lachrymas subministrat. Hec ille. Ex quibus aliquãtulũ apparet fructus huius sacrificij vt est memoriale crucifixionis christi: qui est accedere ad amorem/ gratitudinem/ deuotionem/ compassionem. ¶ T. Est etiam sacrificium illud similiũ effectuum operatiuum: quos operatum est idipsum sacrificium in cruce: quosq; operata sunt figuralia vete. testa. sacrificia in eius preuisa virtute. Ipsa autẽ vt tactũ est: oblata sunt ad peccati expiationem: ad pacis stabilitatem: ad cordis cum deo vnionem: ad gratiarũ actionem. Primum ad hostiam pro peccatis. Secundum ad hostiam pacificorum. Tertium ad holocaustum. Quartum si placet respiciat iuge sacrificium. Hos quidem effectus plenius operatur nostrum sacrificium: nedum in sumentibus ipsum: sed in his omnibus pro quibus offertur. Sumentibus quidẽ dupliciter proficit vt dicit beatus Thomas par. iij. q. lxxix. ar. vij. per modum sacramenti: ⁊ per modum sacrificij: qr etsi pro omnibus: specialiter tamen pro sumentibus offertur. vnde dicitur in canone: Vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus ⁊ sanguinez sumpserimus: omni benedictione ⁊c. Sed alijs qui nõ sumũt/ prodest per modum sacrificij inquantum pro salute eorum offertur. Vnde ⁊ orat sacerdos: Memento dñe famulorũ famularũq; tuarũ: p quib⁹ tibi offerim⁹: vel q̃ tibi offerũt hoc sacrificiũ laudis: pro se suisq; oĩbus: p redẽptione animarum suarum: pro spe salutis ⁊ incolumitatis sue ⁊c. Et vtrunq; hunc modum proficiendi dñs exprimit Math. xxvj. Qui pro vobis: id est sumentibus: ⁊ pro multis alijs effundetur in remissionem peccatorũ. Hec Tho. ¶ Z In primis sacramentum eucharistie/ velut sacrificium summo patri oblatum: nedum veniale: sed ⁊ mortale: non dico sumentium: sed omnium eorum pro quibus offertur: ⁊ quantum ad reatum culpe ⁊ pene: plus vel minus ſm dispositionem eorũ pro quibus offertur: tollit. Vñ vt dicit beat⁹ Tho. in iiij. scripto dist. xij. q. v. ar. ij. Eucharistia inquantum est sacrificiuz: habet effectum etiã in alijs pro quibus offertur: in quibus non preexigit vitam spiritualez in actu sed in potentia. Et ideo si eos dispositos inueniat: eis gratiam obtinet: virtute illius veri sacrificij/ a quo oĩs gratia in nos fluxit: ⁊ per consequens peccata mortalia in eis delet. nõ sicut causa proxima: sed inquantũ gratiã contritiõis eis impetrat. Nec cõtra illud est qđ Aug. ad renatos dicit: Quis offerat corp⁹ christi nisi p his qui sunt mẽbra christi. Intelligitur eñ pro membris christi offerri: quãdo offertur pro aliquibus vt sint membra christi. Sic etiã inquantũ est sacrificium: accipit rationez satisfactionis: ⁊ ſm hoc in parte vel in toto penam tollit. sicut ⁊ alie satisfactiones ſm mẽsuram pene debite p peccatis ⁊ deuotionis qua sacramẽtum offertur: ⁊ virtutis sacrificij his pro quib⁹ offertur ab offerente applicatur: ⁊ ita nõ semper virtute hui⁹ sacrificij tota pena tollitur: ⁊ ideo officiũ illud offertur p viuis ⁊ defunctis. De quo late. s̃. dictũ est lec. xxvj. ⁊. xxvij. Vbi ⁊ tractatum est quantũ ⁊ quib⁹ valet misse celebratio quãtũ ad remotionem mali ⁊ collationem boni: tam ex opere operato/ q̃ ex opere operante. ⁊ similiter lec. lvj. ⁊ pene per totã canonis expositionem. ¶ Deniq; quo vnq̃ sacrificio efficacius impetrari posset pax ⁊ oĩe bonũ: ipsaq; cõseruari: q̃ cum is offertur qui est pax nostra: qui fecit vtraq; vnum. Et quo sacrificio pfecta vnio anime nostre cum deo nobis cõcedi posset: q̃ cum ille in holocaustũ offertur: qui se totũ obtulit pro nobis patri: se totũ dedit humano generi: mediator dei ⁊ hoim/ christus verus deus/ verus hõ. Si denũ agende sunt gratie deo patri: per quẽ acceptabilius/ q̃ per filiũ in quo sibi bene complacuit: fontez totius boni et oĩm gratiarũ. Et quid conor innumera numero cõprehendere. Quicquid christus saluator noster meruit se offerens in cruce pro omnib⁹ generaliter: tam in remotione mali/ q̃ in collatione boni viatoribus/ purgandis/ beatis: hoc sacrificio applicatur particulariter singulis. Vnde orat ecclesia hoc sacrificium celebrans: vt omnes ipsum participantes omni benedictione celesti ⁊ gratia repleantur. Non ess

tem orat ecclesia pro aliquo qd̃ huius sacrificij virtute cõferri nõ potest. Habet quippe spiritũ sponsi sui: per quem quid petat nouit. Hinc tam varia ordinauit officia pro necessitatibus diuersis: pro spiritualibus ac temporalib⁹ bonis impetrandis/ac malis remouendis: p defunctis ꝛ viuis/ꝛ viuorum statibus varijs: pro beatis ꝛ sanctis: etiam nunc brauiũ obtinentibus. ❡ Narrat beatus Grego. ca. viii. lib. iiij. dialo. quomodo virtute hostie salutaris in misse sacrificio oblate/quotiens hoc agebat: captus quidam ꝛ ligatus/corporalib⁹ vinculis soluebat. Et de alio quodã varaca nomine: cui in maris fluctib⁹ laboranti ac deficienti/cibus corporalis per virtutem angelicã allatus est: dum pro eo missa celebrabatur. Per que sic corporaliter exhibita/misericors dñs quid in anima operetur vt sacrificium: voluit declarare. ❡ M Sed dicis ꝙ sacrificium illud viuis proficiat: credo. ꝙꝫ suffragetur defunctis adhuc purgatorio igne detentis. s. late ostensum est: quomodo autẽ pficiat beatis/nondum capio. ❡ Responsio ꝙ sacrificiũ illud proficiat beatis ex eo manifestuz est: q: offertur pro eis. Nam vna particula in quã frangitur: representat beatos: vt dictum est lec. lxxx. Non aũt offertur pro aliquibus quibus nõ creditur pficere. Quomodo aũt proficiat beatis: de hoc dictum est. s. lec. lvi. ꝙ hostia salutaris nõ offertur pro beatis p modũ suffragij: nihilomin⁹ pro sctis offertur vt gratiarũ actio. Quippe cõgaudendo eis: eorũꝙ felicitati gratias deo referimus: solennem hostiam offerentes: qui tanta eos glia sublimauit. Hinc canit eccl̃ia: Gaudeamus omnes in dño diem festum celebrantes in honore ꝛc. Per quod non mediocriter gloria eoꝝ accidentalis augetur. ❡ Duplex quidem gaudiũ sancti possident in beatitudine: essentiale scilicet ꝛ accidẽtale. Essentiale quod habent de deo/ꝛ perfectionib⁹ diuinis: qd̃ excedit om̃e aliud gaudiũ: sicut ꝛ amor dei excedit amorem suĩpsius/ꝛ oim creaturarũ in sanctis. Illud inquã ſm probabiliorẽ doctorum opinionẽ/nõ augetur in beatis: sicut nec diuina perfectio/de qua gaudent: eadez immutabiliter pseuerat: ꝛ in se ꝛ in beatoꝝ cognitione. Gaudiũ vero accidentale: qd̃ habent de quocunꝙ bono sui/ꝛ cuiuscunꝙ creature: vsꝙ ad diem iudicij augeri potest: ſm ꝙ bonũ creature potest augeri. Sic em̃ crescet eoꝝ gaudium de gloria corporis: quã cõsequentur in resurrectione. Sic ergo de omnib⁹ beneficiis gloria eis accrescit. Nam ꝛ gaudiũ est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Sic etiam gaudent de his que in honorem dei fiunt: ꝛ maxime de his in quibus de eorũ gloria deo gratias agimus. Gaudent etiam de honore sibi impenso/ꝛ eis debito: quoniam digni sunt. Hinc sanctus gamaliel ad lucianũ presbyterũ: Isti maximo honore digni sunt venerari in terris: quos in celo rex regum immensa cumulauit gloria. Vñ nihil dubiũ esse puto beatũ gamalielem/sanctos stephanũ/nicodemũ ꝛ abibon de reuelatione reliquiarũ corpoꝝ ac honore in terris eis impenso/nouo accidentali exultasse tripudio. De quorũ translatione a loco humili ad honorabiliorez se fuisse sollicitũ idẽ gamaliel cõtestatur. Et sic intelligi potest illud qd̃ de sancto leone papa ſm antiqua exemplaria orat eccl̃ia: Annue nobis dñe: vt anime famuli tui leonis hec prosit oblatio ꝛc. Sed constat sanctũ leonẽ in gloria esse. Prosit ſm Innoc. vt a fidelib⁹ magis ac magis glificet in terris. Prosit ergo ad glorie accidentalis augmentũ: nõ essentialis. Simile aliquid legit de pluribus sanctis/ꝙ cõplacuerunt sibi in honoribus sibi debitis ab hominib⁹ impensis: sic de sanctis iohanne ꝛ paulo recitat beatus Greg. ❡ N Sed. Si gloria ꝛ gaudium accidentale sanctoꝝ auget ex cultu ꝛ honore quo festinant ab hominib⁹ terrenis: cõsequẽs videtur ꝙ etiam tristentur ex blasphemijs maloꝝ/eos inhonorantibus in terris. Cõsequens falsum: cum beatitudo nullam secũ compatiat tristiciam. Consequens tamen ex eo sequi videt: q: sicut sibi cõplacent in bonis nostris: ita eis displicent mala: ꝛ sicut bonũ desideratum dum accidit/infert gaudiũ: ita malũ oditum tristiciam: ſm beatum

Luc. xv. (margin)

Aug. xiiij. de ciuit. dei. Tristicia est dissensio anime ab his rebus que nobis nolentibus accidunt. ❡ Dicitur breuiter ꝙ q: tristicia ꝛ dolor repugnant beatitudini: quã deus cõseruat in beatis: nulle cause naturales generare possunt tristiciam in beati animo: nec dolorem. Non em̃ deus vt causa prima cõcurrit cum naturalibus causis generare potentibus in animo beati tristiciã vel dolorem. Sed q: gaudiũ accidentale non repugnat beatitudini ꝛ gaudio essentiali: deus respectu illius nõ suspendit causarũ naturaliũ actionem. M ultiplices fruct⁹ eucharistie: vt est sacrificiũ: colligi possunt particulariter ex supradictis per totã canonis expositionem. ❡ O Sed nunc aliquid superaddenduz est de fructibus eius: vt est cibus anime ꝛ sacramentũ. Et quidem de effectibus eius vt sacramentum est/et anime cibus: sanctorum plurimi plurima tradiderunt: sed ex pluribus aliqua ad compendium reducendo/attendo ꝙ effectus huius sacramenti considerari possunt:

ex eo
- ꝙ sumitur: qui est principiũ vite.
- ꝙ est passionis christi memoriale.
- q: cibus ꝛ potus spiritualis anime.
- q: sacramentũ sub panis ꝛ vini specie.
- quia antidotum medicinale
- q: datum peregrinantib⁹ in statu vie.

❡ Quecũꝙ his attribuuntur: operatur eucharistia in sumente. Quia em̃ sumitur christus: qui est ois vie autor et principiũ: ideo sumentis animã viuificat: ꝛ peccata spũali virtute contraria relaxat. Quia eucharistia est passionis memoriale: ideo mentẽ inflãmat: ꝛ patientiã firmat. Quia cibus est ꝛ potus spiritualis anime: ideo sumentem nutriendo alterat. Et deperditũ restaurat. Quia sacramentũ sub panis ꝛ vini specie: que ex multis que ad vnũ aliquod rediguntur: Ideo per vnionem christo intimat. Per cõmunionem proximo copulat. Quia antidotum medicinale: ideo ab infirmitate sanat: ꝛ in sanitate cõseruat. Quia viaticum in statu vie: ideo in itinere roborat: ꝛ ad beatitudinis terminum subleuat ꝛ reportat. ❡ Ecce iterum duodecim fructus ligni vite: quos parit celeste hoc edulium vt cibus est ꝛ sacramentum. Hi sunt

duodecim fructus ligni vite
- Viuificare
- Relaxare
- Inflammare
- Patientiam dare
- Nutrire
- Restaurare
- Vnire
- Copulare
- Sanare
- Conseruare
- Roborare
- Perducere

❡ De quibus singulis aliquid est dicendũ. De primo dicit beatus Tho. par. iij. q. lxxix. ar. i. ꝙ effectus huius sacramenti primo ꝛ principaliter cõsideratur ex eo: q: in hoc sacramento continetur christus: qui sicut in mundũ visibiliter veniens contulit mundo vitam gratie. ſm illud: Gratia ꝛ veritas per iesum christũ facta est. Ita in hominem sacramentaliter veniens/vitam anime operatur: ſm illud: Qui manducat me: ꝛ ipse viuet propter me. Vnde Cyrillus dicit: Viuificatiuũ dei verbum veniens in carne/fecit ipsam viuificatiuã. Decebat em̃ eum nostris quodãmodo vniri corporibus per sanctã eius carnez/ꝛ preciosum eius sanguinẽ: que accipimus in benedictionem viuificatiuam in pane ꝛ vino. Hinc iterũ dñs ait: Si quis manducauerit ex hoc pane/viuet in eternuz. Et in ps̃. Edent pauperes ꝛ saturabunt: ꝛ viuent corda eorũ in seculum seculi. In ipso em̃ sunt vite nostre principia. Hinc dicit Joh. vi. Ego sum panis vite. Glo. qui pasco donec iungã pastos vite. Vnde sequitur: Patres vestri manducauerunt manna in deserto ꝛ mortui sunt. Hic est panis de celo descendens: vt si quis: ex ipso manducauerit non moriatur. Et sequitur: Si quis

Joh. i. (margin)
Joh. vi. (margin)
Joh. vbi supra. (margin)
Joh. vi. (margin)


manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis
quem ego dabo: caro mea est pro mundi vita. Et multa ibi
dem in hanc sententiā. Siquidem dn̄s in omnibꝰ nobis cō
descendens: et nutrimentū cibi spiritualis/cōnaturaliter ci
bo naturali perficiens: vt magis hunc cibū desideremus:
posuit se in ipso: in quo est vita: sicut in patre/a q̄ fluit oīs
vita: vt nos intus viuificet seipso: qui est vite nostre in gra
tia et gloria principium. Hinc vbi. s. Joh. vj. Sicut me mi
sit viuens pater: et ego viuo propter patrem: et qui mandu
cat me: et ipse viuet ꝑpter me. Sic ergo nobis hoc nutrimē
tum vite influit vitam gratie: et beatis vitā glorie. Quod
significatū est Gen. ij. Lignum vite plantauit deus in me
dio paradisi. Quia dn̄s iesus christus in hoc sacramēto vi
uifico/oībꝰ se exhibet in medio ecclesie: qui nutriti ab ipso
eandem qua ipse viuit: vitā ab eo percipiunt. Sic ergo ci
bus ille nutrit ex principijs vite: hoc est ex christo qui in eo
continetur: in vitā diuinā. Unde beatus Aug. sup Johan
nem: Cum cibum et potū ideo appetant homines vt non
esuriant/neq̄ sitiant: hoc veraciter nō prestat nisi iste cibꝰ
et potus/qui eos a quibꝰ sumiť: immortales et incorruptibi
les facit/in societate sctōꝝ: vbi pax erit et vnitas plena atq̄
perfecta. ℂ P De secundo effectu qui est relaxare pecca
ta hic sequiť ex primo: Nam qꝛ viuificat etiā contraria vite
remouet. Eiusdem nāq̄ virtutis est inducere effectū suū: et
expellere contrariū: vt patet de calefaciente qd̄ nedū indu
cit calorem: sed etiā remouet contrariā frigiditatē. Est au
tem peccatū omne contrariū spirituali vite/quā operatur
hoc sacramentū in suscipiente. Contrariū dico simpliciter
vel dispositiue. Mortale quidem simpliciter: qꝛ vitā gra
tie tollit. Veniale vo dispositiue: qꝛ ad mortem disponit spi
ritualem: sicut infirmitas ad corporalē. Sacramentū illud
vtrūq̄ tollit. Tollit em̄ quantū est de se omne mortale pre
teritum/inexistens et futurū. Pro cuius intellectu aduertē
dum q̄ sm̄ beatū Tho. par. iij. q. lxxix. ar. iij. q̄ virtus huiꝰ
sacramenti potest ꝯsiderari dupliciter. Uno mō sm̄ se: et sic
habet virtutem ad remittendū queq̄ peccata ex passione
christi: que est fons et causa remissionis pctōꝝ. Alio mō po
test cōparari ad eum qui recipit hoc sacramentū: prout in
eo inueniunť impedimenta percipiendi huius sacramenti
effectū. Quicūq̄ aūt habet cōscientiā peccati mortalis: ha
bet in se impedimentū percipiendi effectū huiꝰ sacramenti.
Tum qꝛ nō viuit spiritualiter: et ita non debet spūale nutri
mentū suscipere: qd̄ nō est nisi viuentis. Tum qꝛ nō potest
vniri christo dum est in affectu peccandi mortaliter: qui est
fons vite/et remissor pctōꝝ. Et ideo vt diciť in lib. de eccle
siasticis dogmatibꝰ: Si mens in affectu peccandi est: gra
uatur magis eucharistie ꝑceptiōe: q̄ purificeť. Unde hoc
sacramentū in eo qui ipm̄ recipit in cōscientia peccati mor
talis: et per cōsequens indigne: nō operať remissionē pec
cati ꝑpter voluntariū recipientis impedimentū. Potest ta
men sacramentū hoc nihilominꝰ operari remissionem pec
cati mortalis: preterit quidem quantū ad quasdā eius reli
quias culpe et pene. Culpe sunt dispositio mala relicta ex
pctō: promtas scʒ ad recidiuā: aut habitus vitiosus: quos
remittit eucharistia digne sumpta: vt infra diceť. Reliq̄as
etiā pene nō tamen semꝑ totalis: sed maioris vel minoris
sm̄ diuersam dispositionem sumentis: scʒ sm̄ modū feruo
ris et deuotionis. Sacramentū em̄ illud vt sacramentum et
cibus/est principaliter institutū vt spūale nutrimentū per
vnionē ad christū et ad membra eiꝰ: et nō ꝑncipaliter ad sa
tisfaciendū. Quia aūt vnio fit ꝑ charitatem: ex cuiꝰ feruore
quis cōsequiť remissionē: nō solū culpe: sed etiā pene: hinc
est q̄ homo ꝑ quandā concomitantiā ad principalē effectū
consequiť remissionem pene. Un̄ vt dicit Alex. par. iiij. q.
xi. remittiť pena frequenter in susceptione huiꝰ sacramēti:
sed hoc magis ex dispositione suscipiētis: qꝛ vt habeť Exo.
xij. Agnus paschalis comedi debet cū lactucis agrestibꝰ. i.
in amaritudine doloris ꝑ pctis ꝓprijs/ et cōpassionis mor
tis christi: ex quibꝰ mereť remissionē pene. Auget aūt hanc
cōtritionem charitatis feruor: quem augmentat susceptio
sacramenti. Quid aūt remittat sacramentum illud inquan
tum est sacrificiū: dictū est. s. ℂ Operať etiā sacramentū
illud remissionem pcti mortalis inexistentis in suscipiente
nō aūt in cōscientia. Remittit em̄ mortale cuiꝰ nō habemꝰ
cōscientiā neq̄ affectū. sm̄ illud. ps. Ab occultis meis mū
da me. Similiter pctm̄ displicens ꝑ attritionem/nondū ꝑ
cōtritionem ꝑfectā in suscipiente deuote remittiť pro quā
to attritio ꝑficitur. Un̄ beatus Tho. Forte em̄ primo non
fuit sufficienter cōtritus: sed deuote et reuerenter accedēs
cōsequiť ꝑ hoc sacramentū gratiā charitatis: qua cōtritio
nem ꝑficiet et remissionem pcti. ℂ Q Operatur et remis
sionē peccati mortalis futuri/ pro quāto robur tribuit ad
scelera deuitanda et mortalia cauēda: vt vult Inno. Unde
premittiť oratio. Panē nostrū supsubstātialem da nobis
hodie: et statim adiungimꝰ: Dimitte nobis debita nostra: et
ne nos inducas in tentationē: sed libera etc. Quia ꝑ panē
istū liberamur a malis preteritis/ꝑsētibꝰ et futuris. Augmē
to em̄ gratie qd̄ prestat hoc sacramentū: roborať homo cō
tra ꝓnitatem ad malū: et reddiť cautus circa negligentiam
siue ignorantiā: quibꝰ existentibꝰ labitur in peccatū morta
le. Unde diciť pctm̄ deleri: qꝛ delentur ꝓmouentia ad mor
tale. Etiā qꝛ in cōsummatione in bono oīa mala ꝑfecte de
lentur: qꝛ et reliquie maloꝝ/et reatus. Cum ergo cōsumma
tio hec habeať virtute huiꝰ sacramenti: nō incongrue diciť
omne pctm̄ hoc sacramēto deleri. Eo em̄ est ꝑfecta deletio
quo est in bono cōsummatio. De hoc effectu huiꝰ sacramen
ti dicit beatus Bern. in quodā sermo. Sacrm̄ illud duo
operať in nobis: vt videlicet et sensum minuat: et in grauio
ribus pctis tollat oīno cōsensum. Si quis vestrū nō tam se
pe mō: nec tam acerbos sentit motus iracūdie/luxurie/in
uidie/aut ceterorū hmōi: gratias agat corpori et sanguini
dn̄i: qm̄ virtus operať in eo sacramenti. Et sm̄ illud intel
ligi debent dicta sanctoꝝ: vt cum orat eccl'ia. Sit hoc sacra
mentū ablutio scelerū. Similiter Iulius papa in ca. Cum
omne. de cōse. dist. ij. dicit. Cū om̄e crimen atq̄ pctm̄ obla
tis deo sacrificijs deleať: quid de cetero pro delictoꝝ expia
tione deo dabiť: qn̄ in ipsa sacrificij oblatione errať. Ecce
plane dicit q̄ om̄e crimen et om̄e peccatū hoc sacrificio de
letur. Item Hila. xiij. de tri. Hec accepta atq̄ exhausta/fa
ciunt vt et nos in christo: et christꝰ in nobis sit. Item Dam̄.
Corpus christi oīs lesionis est vnctio: oīs sordis est purga
tio. et sil'ia: q̄ scʒ mortalia deleń modis dictis: nō q̄ primo
insint in cōscientia: et ꝑ sumptionē huiꝰ sacramenti deleanť
sed vel qꝛ prius imꝑfecte cōtrita: aut ignorata: aut ꝑ huius
virtutem sacramenti cauta. et sic vt dictū est/remissa: qꝛ nō
admissa. Uerū due prime autoritates loquunť de euchari
stia vt est sacrificiū: nō vt sacramentū: vt satis patet intuen
ti. ℂ R Et si q̄s d. Sacramentū illud est signū passiōis
christi sicut et baptismꝰ: et ita expresse signat sicut baptismꝰ
Si ergo baptismꝰ virtute passiōis christi delet oīa morta
lia: immo simpliciter oīa pctā/originale scʒ et actuale: mul
to magis hoc videť facere hoc sacrm̄: maxime qꝛ in hoc sa
cramento realiter cōtineť ipe christus passus: autor gratie
et indultor pctōꝝ: qd̄ de baptismo nō cōcediť. ℂ Respon
det Alex. q̄ licet vtrūq̄ sacrm̄ significet passionē christi: tn̄
differenter: qꝛ baptismꝰ primo passionē: hoc sacrm̄ passum
signat. Panis em̄ et vinū significāt primo christū: q̄ fuit ex
purissimis guttis sanguinis beate virginis sm̄ carnē geni
tus. Un̄ oblatio ista in altari representat christū oblatū in
ara crucis. Sʒ sacrm̄ baptismi significat primo ablutionē
que fuit hō purgatꝰ vtute passiōis christi. Illa em̄ ablutio
aque representat ablutionē q̄ fiebat in effusione sanguinis
de qua Johes. Lauit nos a pctis nostris in sanguine suo. Apoc. j.
Itē immersio in baptismate significat imersionē christi in Ro. vj.
mortē sm̄ illud: Quicūq̄ baptizati sumꝰ in christo iesu: in
morte ipsius baptizati sumus. Glo. in similitudine mortis
ipsius: vt sicut christus semel mortuꝰ est carne et semꝑ viuit
ita et nos mortui malo: semꝑ viuimus per baptismū bono.
Sacrm̄ vo eucharistie significat christū passum. Nā sacrm̄
eucharistie consistit in facto esse. Sacrm̄ baptismi in fieri

tm̄:scʒ in ablutiõe. Sic christ⁹ est ꝑmanẽs. Passio vo trãsi-
uit sicut res successiua. Vñ expressius baptism⁹ signat pas-
sionẽ christi: q̃ immediatius fuit causa salutis ⁊ remissiõis
pctõꝝ. Eucharistia vo expressius signauit christũ: qui fuit
causa salutis ⁊ remissionis pctõꝝ ꝑ passionẽ. Et ex ista re-
presentatione magis cõgruebat ꝙ baptismo daret̃ effica-
cia plena purgandi: q̃ sacramẽto eucharistie. Vel aliter di-
citur ꝙ baptism⁹ est spũalis regeneratio: q̃ est mutatio de
non esse spũali/ad esse spirituale: ⁊ datur ꝑ modũ ablutio-
nis: que signat ablutionem aĩe. Et quantũ ad vtrũqʒ cõue-
nienter accedit ad baptisma: qui habet cõscientiã mortalis
peccati: vt regeneret̃ ⁊ lauetur. Sed eucharistie sacramen-
tum datur ꝑ modũ spũalis nutritionis: qđ nõ cõpetit mor-
tuo in peccatis: ⁊ ita nõ est similis ratio. Ultima tñ ⁊ prin-
cipalis ratio diuersitatis est institutio diuina: que ad diuer-
sas significationes ⁊ efficacias instituit hec duo sacramen-
ta. ¶ S Et si dicitur: Per sacramentũ eucharistie cõfert̃
gratia gratũ faciens: ⁊ quelibet talis sufficiens est causa re-
missionis cuiuscũqʒ peccati mortalis. q̃libet eñ gratia gra-
tũfaciens iustificat: ⁊ repugnat om̄i mortali. ſm illud Ro-
ma. iij. Iustificati gratis ꝑ gratiã ipsius: ergo eucharistia
in sumente delet oĩa pctã mortalia. Respondet̃ ꝙ licet oĩs
gratia hmõi sit sufficiens causa remittendi pctm̄ mortale:
nõ tamẽ semꝑ remittit: q2 nõ semꝑ actu remittit: q2 nõ sem-
per mortale in subiecto inuenit qđ remittat. Datur eñ ali-
quando habenti prius gratiã: vt magis habeat: vt dicitur
Matth. xxv. Habenti dabit̃ ⁊ abũdabit: iustificare eñ im-
pium/est prime gratie: nõ gratie supaddite. Nunc aũt per
eucharistiã non datur prima gratia regulariter: nisi in casu
supradicto: sed gratia supaddita iam viuenti ꝑ gratiam: q2
est cibus viuentiũ nõ mortuoꝝ. Nec hoc est in preiudiciũ
nobilitatis hui⁹ sacramenti: sed magis attestat̃ eius excel-
lentie: q2 cibus est tam excellens ⁊ nobilis/ꝙ nõ debet da-
Ad cori- ri canib⁹: sed tantũ filijs. Nã qui canis est: indigne sumit ⁊
th. epla. j in iudiciũ: ⁊ est reus corporis ⁊ sanguinis dñi. Et iõ illi nõ
cap. xj. adijcit̃ grã ex sumptione sed pena. Hec de remissione mor-
talium virtute hui⁹ sacramenti. ¶ T De venialib⁹ aũt pec-
De cõse. catis/ꝙ illa remittit satis ostendit magr̃ in quarto. dis. xij.
dist. ij. si ca. vlti. allegans ad hoc Amb. Si quotiens effunditur san-
quotiẽs. guis christi: in remissionẽ pctõꝝ effundit̃: debeo semꝑ acci-
pere: qui semꝑ pecco: debeo semꝑ habere medicinã. Et idẽ
dicit li. de sacris: ꝙ iste cibus quotidian⁹ sumit̃ in remediũ
quotidiane infirmitatis. Quotidiane infirmitates sunt pec-
ea. dis. c. cata venialia. Itẽ Aug. Iterat̃ quotidie hec oblatio: licet
vtrũ sub christus semel sit passus: q2 quotidie peccamus pctis sine
figura. quib⁹ mortalis infirmitas viuere nõ põt: Et q2 quotidie la-
Ibidem bimur: quotidie christus mystice immolat̃ pro nobis. De-
ca. q̃d sit dit eñ nobis hoc sacrm̄ salutis: vt q2 nos quotidie pecca-
sanguis. mus: ⁊ ille iam mori nõ põt: per hoc sacrm̄ remissionem cõ-
sequamur. Ad idem dicit Innocenti⁹. Venialia delet: ⁊ ca-
uet mortalia. Rõnem assignat beat⁹ Tho. in. iiij. scrip. dist.
xij. q. v. arti. j. Quia virtute hui⁹ sacramenti/fit quedã trãs-
formatio hois ad christũ ꝑ amoris vnionẽ: ⁊ hic est ꝓprius
eius effectus: ⁊ q2 ex feruore charitatis peccata venialia di-
mittunt̃ ꝓpter hoc ꝙ dicto feruori cõtariant̃: licet nõ chari-
tati: ideo ex cõsequenti virtute hui⁹ sacramenti/venialia di-
mittunt̃. Et põt esse tant⁹ feruor deuotionis: ꝙ oĩa venia-
lia dimittunt̃: preterita scʒ ⁊ p̃sentia. Preterita quidẽ sem-
per dimittit: ⁊ põt tant⁹ esse feruor/ꝙ actu nõ peccat venia-
liter: q̃uis hoc diu durare nõ possit ꝓpter difficultatem vi-
tandi peccata venialia. Nec est incõueniens ꝙ homo ꝓ cer-
j. Ioh. ij ta hora sit absqʒ om̄i pctõ etiã veniali. Nam ꝙ Iohes ait:
Si dixerim⁹ ꝙ pctm̄ nõ habemus ipsi nos seducim⁹: q2 nõ
vult dicere ꝙ ꝓ nulla hora hõ possit esse sine veniali: sed ꝙ
sancti ⁊ iusti non ducunt vitam istam sine venialiꝰ: quin se-
pe ⁊ frequenter peccent venialiter. Non tñ semꝑ delet ve-
nialia: que actu cõmittunt̃: sed ſm mensurã deuotionis: q2
deletio venialiũ nõ est prim⁹ effectus eius: sed quasi conse-
quens aliũ: scʒ feruorẽ charitatis. Põt eñ quis habens in
se aliquã delectationẽ in aliqua deordinatione veniali: pu-

ta in delectatione carnali vxoris sue: vel cibo aliquo delica-
to: aut verbo iocoso citra transgressionẽ precepti: nõ indi-
gne sumere eucharistiã: ⁊ tamen tali sumptione illud pec-
catum veniale quo actu delectat̃: aut delectari ꝓponit: nõ
deletur: cum illud velle sic delectari sit realiter ipsum pec-
catum veniale. Põt aũt virtute sacramenti crescere deuo-
tio intantũ/ꝙ mutat illud velle: ⁊ magis eligit gaudere in
deo/⁊ sacro sumpto: q̃ in verbo ioco so vxore vel cibo deli-
cato. Et tunc ꝓpter feruorem deuotionis: queʒ sumptũ in-
duxit sacramentum: dimittitur hmõi veniale. Patet ergo
ꝙ per hoc sacramentũ nõ semꝑ omnia venialia dimittunt̃.
Immo nõnunq̃ venialia impediunt aliquem effectũ hui⁹
sacramenti/scʒ refectionem spũalem actualis dulcedinis.
Hec eñ impedit̃ si aliq̃s accedit ad hoc sacrm̄ per pctã ve-
nialia mente distract⁹: nõ tamen impediũt augmentũ gra-
tie habitualis siue charitatis. Hec Tho. par. iij. q. lxxix. ar.
viij. Pctã tñ venialia preterita nõ impediunt: sed delentur
per hui⁹ sacramenti susceptioneʒ. Cum eñ hec deleant̃ per
opus charitatis ordinatũ ad eoꝝ deletionẽ: vel a deo acce-
ptatũ ad hmõi deletionẽ operatore nihil de venialib⁹ pec-
catis cogitante: multo magis hec delet susceptio euchari-
stie. Vñ sctũs Bonauẽ. in suo. iiij. di. xxj. q. ij. Credendũ est
inquit/ꝙ aliquo nihil de peccatis suis cogitante: sed tantũ
passione christi recolente in sacramẽto eucharistie pctã ve-
nialia vel oĩa vel aliqua remittantur ꝑ gratiã sic adiutã: scʒ
sumptione sacramenti. Et oĩa illa siue sacramenta vt eucha-
ristia ⁊ vnctio ⁊ baptism⁹: siue sacramentalia/vt aspersio
aque: eꝑalis bñdictio: cõtritio: misericordie exhibitio: ora-
tionis dñice deuota oratio: faciunt ad deletionem: nõ per
propriã naturã: sed per ea que gratiam gratũ facientem ad
hunc actum adiuuant ⁊ vigorant. ¶ V Si queris quõ
adiuuant. Respõdet: dicendũ ꝙ in talibus plurimũ est hu-
miliatio ⁊ deuotio: que est actus gratia informatus repu-
gnans ipsi veniali pctõ: qđ feruorem charitatis ⁊ deuotio-
nis quantũ est de se/diminuit. Vel ea ratione qua est in eis
penalitas: que repugnat inordinate delectationi. Vel ꝓue
illa pena iũcta est ordini gratie. Tenendũ igitur est ꝙ etsi
venialia deleant̃ ꝑ pnias: possunt tñ ꝑ grãm taliter adiutã
deleri. Nec obest illud magr̃i dis. xvj. iiij. c. vlt. dicẽtis: ꝙ ad
remissionẽ venialiũ sufficit oratio dñica cũ ieiunio ⁊ elemo-
synis: sic tñ vt precedat cõtritio: q2 magr̃ nõ determinat ꝑ̃ se
modũ delendi veniale: sed modũ perfecte satisfaciendi.
Nemo autem perfecte satisfacit nisi in corde doleat: quan-
tũcunqʒ se exterius puniat: et hoc dico vel in generali: vel
in speciali. Venialia aũt nõ solum per vim penitentie: sed
etiam alijs modis deleri possunt: vt tactum est. Hec Bo-
nauen. ¶ Quid autem in veniali transeunte actu delet̃:
an reatus culpe: an reatus pene: alterius inq̃sitiõis opus
est. Potest tamen dici ꝙ omnino reatus culpe deletur: et
reatus pene in toto vel in parte. ¶ X Tertius effectus
est inflammare seu accẽdere mentem in eo quod est domi-
nice passionis memoriale. Sup omnia quippe ad dei amo-
rem accendit dominice passionis/tanq̃ summi nobis exhi-
biti memoria beneficij. Nam vt hanc in nobis accenderet
dilectionem: dominus ⁊ carnem sumere: ⁊ mortem subire
dignatus est. De quo beatus Augustinus in de cathecizan-
dis rudibus ait. Que maior causa est aduentus domini:
nisi vt ostenderet deus dilectionem suam in nobis: cõmen-
dans eam vehementer. Quia cum adhuc inimici essemus:
christ⁹ ꝓ nobis mortu⁹ est. Et sequit̃: Maxime ꝓpter hoc
christ⁹ aduenit: vt cognoscat homo quantũ eũ diligat de⁹.
Et ideo cognosceret: vt in ei⁹ dilectionẽ quo prior dilectus
est: inardesceret. Et btũs Greg. ij. moral. §. xviij. Media-
tor inquit dei ⁊ hoim posset nobis etiã nõ moriẽdo succur-
rere: subuenire tñ moriendo hoib⁹ voluit: q2 nos videlʒ mi-
nus amasset: nisi ⁊ vulnera nr̃a susciperet. Nec vim nobis
sue dilectiõis ostẽderet: nisi hoc qđ a nobis tolleret ad tẽ-
pus sustineret. Et btũs Ber. Sufficeret inq̃t ad redẽptionẽ
orbis vna preciosissimi sanguinis christi gutta: sʒ data est
copia: vt virtus diligẽtis in bñficij redundãtia clarescerct.

¶ Fuit aūt hec diuine charitatis ostēsio nobis valde neces
saria: vt per hoc ad dilectionē dei accēderemur. Cū enī dn̄s
decreuit nullū beatificare nisi dilectione adhereret christo
j. Joh. iij redēptori: teste apostolo quē diligebat iesus. Qui non dili
j. Cor. git: manet in in morte. Et paulo. Si linguis hoim loquar
xiij. ₇c. charitatē nō habuero: nihil mihi pdest. Per nullū autē
alium modū/ita volūtas nostra ad dei amorē allici potuit
et accēdi: sicut p ostēsionē tante sue dilectionis preuie: nul
lis nostris pcedentibus meritis debite. De quo btūs Aug.
xiij. de tri. c. x. late ₇ pulchre loquit. Quid enī alit/tam neces
sariū fuit ad erigēdā spem nostrā mētesq; mortalium cōdi
tione ipsi⁹ mortalitatis abiectas: ab immortalitatis despe
ratione liberādas: q̄ vt demonstraret nobis quāti nos pē
deret deus: quātūq; diligeret. Quid vero hui⁹ rei tāto iu
dicio isto manifesti⁹ atq; preclari⁹: q̄ vt dei filius imutabi
liter bonus/in se manens quod erat: ₇ a nobis pro nobis
accipiens quod nō erat: preter sue nature detrimentū/no
strum dignatus est inire consortium. Prius sine vllo malo
suo merito/mala nostra perferret: Ac suam credētib⁹ quan
tum diligeret nos deus. Et quod desperabamus/iam spe
rantibus: dona in nos sua sine vllis bonis meritis nostris:
immo precedentibus ₇ malis nostris meritis in debita lar
gitate conferret. Et idem de cathe. ru. postq̄ dixerat hanc
maiorē causam esse aduent⁹ dn̄i: vt ostenderet de⁹ dilectio
nē suā nobis: causam hui⁹ ostensionis subinfert. Hoc autē
inquit ideo: quia finis precepti ₇ plenitudo legis charitas
est: vt ₇ nos inuicē diligamus: ₇ ipm deū qui prior dilexit
nos: ₇ filio suo vnigenito nō pepercit: sed pro nobis tradi
dit illū: si amare pigebat: saltem redamare nō pigeat. Nul
la est enī ad amorē maior inuitatio: q̄ preuenire amādo. Et
nimis durus est animus: qui dilectionē etsi non libeat im
pēdere: nolit ₇ repēdere. Et si etiā superiores velint se ab in
ferioribus diligi: quāto amore inardescet inferior: cū a supe
riore se diligi senserit. Ibi enī gratior amor est: vbi nō estu
at indigētie siccitate: sed vbertate benificētie pfluit. Quid
autē superius deo iudicāte. Et quid desperatius hoie pec
cāte. Huius ergo passionis: huius inestimabilis dilectio
nis memoriale perpetuū ac nobilissimū dedit nobis dn̄s
corpus suū ₇ sanguinē in sacramentū cibi ₇ potus: in quo
non minus nobis beneficium ostendit: q̄ in ipa sua passio
ne memorāda. Quis nō stupet. quis nō miret tā incōpre
hēsibilē dilectionem: Cui non satis fuit seipsum nobis im
pēdere in redemptionis preciū: nisi etiam se daret in cibū:
in memoriale perpetuū. Memoriale inquā nō minus re ip
sa memorāda. Sed ad ipm: vt nō deficeret in nobis vicariū
amoris incendium: vt vel sic a summo celo egressio eius ad
nos in hoc sacramēto: ₇ occursus eius vsq; ad summū ei⁹:
nos secū traducēdo ad celestia nō inuenirent inter hui⁹ sa
cramenti dignos perceptores qui se absconderent a calore
eius. ¶ V Hunc fructū sequitur quartus: data scilicet pa
tiētia. In eo siquidē q̄ sacramētum illud memoriale est pa
tientie dn̄i: summā nobis in sua passione patientiā exēplās
tim nos ad tante exēplū patientie instruit ₇ confortat. Pa
Heb. x. tiētie vtiq; nobis valde necessarie. teste aplo. Patiētia vo
bis necessaria est: vt voluntatē dei faciētes/reportetis pro
missionē. i. vitam pmissam sm̄ glo. Nimirū: qz in patientia
Luc. xxi. vestra possidebitis aias vestras ait saluator. Hinc Petrus
j. Pet. ij. ad clarissimū patiētie exemplū nos dirigēs ait. Hec est gra
tia apud deum/scz vt patiamini. Glo. In hoc enim vocati
estis. Quia christus passus est p nobis: vobis relinquens
exēplū vt sequamini vestigia eius: Qui peccatū non fecit:
nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cū malediceretur:
nō maledicebat: cum pateret nō cōminabatur. Tradebat
autē iudicanti se iniuste: Qui pctā nostra ipse ptulit in cor
pore suo sup lignū: vt pctis mortui: iusticie viuamus: cui⁹
liuore sanati estis. Eratis enī sicut oues errātes: sz cōuersi
estis nūc ad pastorē et episcopū animarū vestrarū. Pasto
rē illū qui posuit animā suā p ouibus suis. Magnū patiē
tie exēplū: qd̄ rememoratū sufficit oēs impatiētie nr̄e mo
tus sedare. Quis enī tā iustus: quis tā delicat⁹: vt p impa
tientiā refugiat aut remurmuret p pctis pprijs pati: cū do
minū suū: caput suū/tanta passum recogitat pro pctis ipsi
suo dn̄o alienis. Pudeat inquit Bern. sub spinato capite
mēbrum fieri delicatum. Hinc ₇ aplus paulus patientiam
in nobis plantare satagēs: ad idē christi exēplū in nr̄o sacra
mēto cōtētū ₇ significatū mittit: ad Heb. xij. ita docens. De
ponētes omne pondus/₇ circūstans nos peccatū/p patiē
tiā curramus ad ppositū nobis certamē: aspiciētes in au
torē fidei et cōsummatorē iesum: qui pposito sibi gaudio/
sustinuit crucem: confusiōe cōtempta: atq; in dextera sedis
dei sedet. Que ponēs btūs Aug. in glo. ibidē. Omnia in
quit terrena bona cōtēpsit christus: vt in illis nō quereret
felicitas. Oia terrena mala sustinuit: vt in his non timeret
infelicitas. Natus enī de matre: que q̄uis a viro intacta cō
ceperit: semp intacta pmanserit: fabro tn̄ despōsata fuit: in
quo et ois carnalis nobilitatis tumorē extinxit. Natus est
etiam in ciuitate bethleem: que inter omnes iudee ciuita
tes erat exigua. Noluit igit quēq̄ de terrene ciuitatis subs
limitate gloriari. Pauper etiā fact⁹ est/cuius sunt omnia:
ne de terrenis diuitijs quisq; extolleret. Noluit rex ab hoi
bus fieri: qz humilitatis viam ostēderat miseris. Esuriuit
qui oēs pascit. Sitiuit qui est fons sitientiū. Fatigatus ex
itinere/qui viā fecit nobis in celū. Obmutuit ₇ obsurduit/
per quē mutus locutus est: ₇ surdus audiuit. Vinctus est
qui infirmitatū vincula soluit. Mortuus est qui mortuos
suscitauit. Amore itaq; ei⁹ similia patiamur: tūc enī lex im
plebit: cū non cupiditate rerū tēporaliū: sed charitate illi⁹
qui precepit fiunt quecūq; pcepit. Hec Aug. Et quidē fla
gella euadere non possumus si filij esse volumus. Quem Heb. xij.
enī diligit deus: castigat: flagellat autē oēm filium quē reci
pit. Que tractans Aug. Omnē filiū etiam ait vnicum sine
pctō. Et subdit. Exceptus est a passione flagellorum: excē
ptus est a numero filiorū. Unicus ille de patris substantia
natus: equalis patri in forma dei: verbū quo facta sunt om
nia: non habebat vbi flagellaretur. Ad hoc autē carne indu
tus est: vt sine flagello nō esset. Qui flagellat vnicum sine
peccato: relinquit adoptatū qui est cum peccato. Unicus
sine peccato: non tamē sine flagello exemplū nobis ppo
suit in passionibus suis. Non ergo turbari debemus cum
aliquis sanctus grauia ₇ indigna perpetitur: si obliti non
sumus que pertulerit iustus iustorum: sanctusq; sanctorū.
Ecce nihil ita in nobis patientiā gignit: sicut memoria pa
tientissime passionis dn̄ice nobis in exemplū pmonstrate.
Manifestum est eucharistia eiusdē passionis memoriale
efficacissimū: patiētiā virtute ppria ₇ memorialis signi ef
ficatia/operari: in his qui digne suscipiūt ₇ deuote.

¶ Lectio. lxxxvi. A



Primus aliquid de
fructib⁹ eucharistie considerare in ordine ad
christum in ea vere contentum: eiusq; passio
nē/cuius est memoriale a christo institutum.
Dicamus breuiter de reliquis supra noiatis eius fructib⁹
sm alias eucharistie consideratones. Ergo Quintus fru
ctus est q̄ nutriendo alterat: cibatū videlicet cōuertendo
in cibū. Et hic sequit eucharistie sumptionē: inquātū est ci
bus ₇ pot⁹ aie spūalis. Hinc q̄ cibus est nutrit suscipientē.
Spūaliter quidē spm: sicut corporaliter cibus carnis cor
pus. Longe tamē aliter ₇ excellētius cibat ₇ nutrit cib⁹ il
le animā. Cibat enī virtute celesti excellēter vincens ciba
tū: ₇ ipm cōuertens in se cibū. Neq; est cibus ille terrenus:
sed celestis: celesti vtute nutriēs: nobilior oi virtute huma
na. Unde dicit. Non moyses dedit vobis panem de celo: sz Joh. vj.
pater meus dat vobis panē de celo verū. Et iterū. Hic est
panis qui de celo descēdit. Hec celestis: immo supercelestis ₇
diuina virtute vincit cibatum/se scz digne suscipientē: ₇ cō
uertit in seipsum. Cui⁹ rationē Albertus li. ij. de offi. misse
reddit di. Hui⁹ ratio est: Quia cibus carnis a corpore nr̄o
accipit cibādi potestatē: scz ab aia cibatiua seu nutritiua: q̄
ipsum alterat ₇ cōuertit in corporis cibati similitudinē. Et

quia corpus cibatum corruptibile est ꝛ dissolubile:ideo ci
bus in ipso corpore corrūpitur ꝛ dissoluitur:ꝛ vtrūqꝫ cibꝰ ꝛ
corpus ad putredinē redigunt̄. Hoc autē corpus diuinū:
si in nos mutaret̄:nihil nobis pficeret:sed nobiscū periret.
Qm̄ autē virtus eius nostrā vincit infirmitatē:ꝛ nos in se
cōmutat:oportet ꝙ nostra infirmitas in suā transeat diui
nā virtutem:ꝛ sic firmamur ꝛ perire non possumus ab ip
so firmati in eternū. Hinc beatus Aug. refert ad se dictū li
bro. vij. cōfess. suarū. Cibus sum grandiū:cresce ꝛ māduca
bis me:nō tu me in te mutabis sicut cibum carnis tue:sed
Joh. xij. tu mutaberis in me. Cui nō dissonat illud saluatoris. Oīa
traham ad meipm̄. Sicut em̄ in vnam personā assumpsit
naturā humanā:nō consumēs eā in seipō:sed vnitatē perso
ne traxit:vt in ipso esse diuinū perciperet:sic conuertit nos
ad se:nō consumēdo:sed vt esse suum diuinū in sui sumptio
Can. j. ne perciperemꝰ. Sic orat sponsa. Trahe me post te:vt in es
se tuo ꝛ virtute feliciter sim:que mihi displiceo in meipsa.
Gal. ij. Huius cibi virtutem sensit apłus cū dixit. Viuo aūt iā non
ego:viuit vo in me christus. Hec ergo est cōuersio alterans
manducantē qui cōuertitur in christū quem manducat:qꝛ
virtutem accipit a christo manducato:per quā iam non vi
uit fm̄ carnē:sed viuit fm̄ christū. Hac em̄ sumptione incor
poratur sumens christo. de qua incorporatione loquit̄ apo
j. cor. xij stolus. Vos estis corpus christi:ꝛ membrū de membro. id
est membra estis spiritualia christi de membro capite qđ est
christus:qui vobis influit hanc virtutē:que vos in ipm̄ cō
uertit vt membra eius efficiamini. Nullus inuenit̄ illapsus
intimior in corporalibus:ꝙ vt cibus conuertatur in ciba
tum. Manet em̄ iam nō in se:sed in cibato. Viuit vita eius
non sua. Sic in sumptiōe huius cibi fit cōuersio:ꝛ illapsus
intimus:quia cibus christus illabitur anime sumentis:ip
samqꝫ conuertit in se:vt anima non sibi viuat sed christo.
Hoc est qđ christus ipse ait. Qui manducat meā carnem:ꝛ
Joh. vj. bibit meum sanguinem:in me manet ꝛ ego in illo. Hāc cō
uersionem anime in christum:figurat ipsa conuersio panis
in christi carnē:sed ordine cōuerso. Sicut ꝛ nutritio corpo
ralis spirituales representat:conuerso ordine:cū ibi cibus
in cibatū:hic cibatus cōuertit̄ in cibum. Nā in cōsecratiōe
eucharistie:fit transformatio seu conuersio panis in essen
tia sua remanētibus accidentibus. In sumptione dū mēs
in deum transformatur:remanet quidem essentia mentis:
que est aīa:sed accidentia noua succedūt:non phantastica:
inania:mundana:sed deiformia. Et ideo sicut de hominibꝰ
voluptuosis ꝛ bruralibꝰ concludit phīa apud Boetium. ꝙ
deformant̄ in bestias:Ita de sapientibus elicit:ꝙ transfor
mant̄ in deū. Vere sapiētes sunt hunc cibum māducantes:
saporem eius pcipiūt. Sicut ergo primi belue sunt:aut pe
cora in effigie humana:Ita de secundis dici potest ꝙ sunt
dij sub humana specie transformati. ¶ B Sextus fru
ctus est deperditi restauratio:qui et ipse sequitur sumptio
nē eucharistie vt est cibus a nobis manducatus. Vita spiri
tualis anime suo modo:sicut corporalis conseruatur in ca
lido ꝛ humido debite cōmensuratis. Vita dico scđa:ꝙ con
sistit in actione:puenitqꝫ a vita prima. Sicut enim nō per
ditur vita essentialis aīe:quia incorruptibilis:ita nec restau
rat̄. Vicem calidi tenet charitas:intelligēdo sub noie cha
ritatis eiꝰ feruorē in agendo. Vicē humidi quasi passiuaꝫ:
accipimus affectionē bonā voluntatis. Vita em̄ anime chri
stiane vita amoris est. Amor tuus vita tua:loquitur ad ani
mā suā Hugo. Amorē intelligo non cuiuscūqꝫ:sed dei. Naꝫ
Luc. x. amor aduersus:qui libido dicit̄ siue cupiditas:non vita:sꝫ
mors dicēdus est. Diliges dn̄ꝫ deū tuū ex toto corde tuo iu
bet deus. Subiūgit huius amoris effectū. ꝛ viues. Crescē
te vero libidine siue cupiditate:minuitur ꝛ obtundit̄ actꝰ
et feruor charitatis etiam si habitus pmaneat. Item minui
tur feruor ille charitatis et tepescit per longā inediam:si
cut corporis vires euanescūt per longā abstinentiam:dū
cibo non reficitur. Illo autē salutari eucharistie cibo fit de
perditi huius restauratio. Nam de eo dicit̄ in cantico virgi
nis. Esurientes impleuit bonis:per que reuertuntur pristi

ne viresꝰ:et homo reuertit̄ ad statum debitū et vigorē. Nā
digne sumptus illuminat intellectū:affectū inflāmat:men
tē delectat:ꝛ totū hoiem ad bene operandū pmouet ꝛ re
formar. Hinc reg.ꝰ ppheta. Accedite ad eum ꝛ illuminami pš. xxxiij
ni. Auget em̄ fidem corporalis presentia christi in digne su
mente:dum hoc fideliter credit:ad quod ratio naturalis
non pertingit. Hinc dicitur Esa. vij. Butyrū et mel mandu
cabit omnis homo ꝙ relictus fuerit in medio terre:vt sciat
reprobare malū et eligere bonū. Mel diuinitatē:butyrum
humanitatem christi significat:que qui manducat:scientiā
acquirit reprobandi malum:ꝛ eligendi bonū. Hoc quoad
primū. De secūdo dicit Dam. Caro christi est tanꝗ carbo
ignitus:cuius est inflāmare ꝛ calefacere. Quisnā ad amo
rem non excitatur:dum tanꝗ eduliū suum:christum qui ex
ineffabili charitate se pro nobis in ara crucis obtulit:ꝛ in ci
bum se nobis tribuit cum deuotione sumit. Sicut ergo ad
presentiā carbonis igniti expellitur frigus:et corpus calet:
sic ad presentiam christi fugatur frigiditas et tepor anime:
et igne diuini amoris ipsa inflammatur. De tertio dicit̄ in
Ps. statim allegato:Gustate ꝛ videte:qm̄ suauis est dn̄s.
Et ecclesia canit de hoc sacramēto:O ꝙ suauis est dn̄e spūs
tuus:qui vt dulcedinē tuam in filios demonstrares:pane
suauissimo de celo prestito:esurientes reples bonis:fastidio
sos diuites dimittis inanes. Ea propter figuratꝰ est in man
na:vt supra habitū est. Unde et de eo verius dicitur id qđ
de manna ad litterā scriptū est:Angelorū esca nutriuisti po Sap.
pulū tuū:ꝛ paratū panem de celo prestitisti illis sine labo xvj.
re:omne delectamentū in se habentē:ꝛ ois saporis suauita
tem. Substantiam em̄ tuam quā in filios habes:ostende
bas:ꝛ deseruiens vniuscuiusqꝫ voluntati:ad quod quisqꝫ
volebat:cōuertebatur. Glo. Manna significat panem qui
de celo descēdit:ꝛ dat vitā mundo:qui ait:Panis quē ego
dedero:caro mea est p mundi vita. Cruciant̄ reprobi spiri
tuali fame:ꝛ satiantur electi celesti pane. Illi diuersis labo
ribus preparantur ad penam:isti diuina ope quotidie nu
triuntur ad vitā. Sua ergo delectatiōe cibus ille celestis
restaurat virtutē operādi. Nā delectatio in ope ꝯseruat ope
rantē qđ fuit quartū. ¶ C Sequentes duos fructꝰ:vnio
nis scꝫ et cōmunionis:parit hoc celeste eduliū considera
tū:vt sacrm̄:nā vt dicit Aug. sup iohannē:Dn̄s noster ie
sus christus corpus ꝛ sanguinem suū in eis rebꝰ cōmenda
uit:ꝙ ad vnū aliqđ rediguntur. Ex multis nāqꝫ granis vnus
panis cōficitur:et ex multis racemis vinuꝫ cōfluit. Ad hoc
igit̄ sub specie panis ꝛ vini dn̄s sacrm̄ instituit:vt vnionē
hoim cū deo significaret p panē ꝛ vinū:ꝙ ex multis in vnū
collecti sunt. Unde ꝛ sacrm̄ vnitatis dr̄:nō tm̄ qꝛ vnionem
hāc significat:sed etiā qꝛ eā efficit. Tribuit em̄ suscipientibꝰ
charitatē:aut prehabitā augmentat:que vinculū est huius
vnionis et perfectionis. Unde ꝛ charitas dicit̄ quasi cha Col. iij.
ra vnitas. Est ergo sacramētū illud:sacrm̄ charitatis:quia
maxima charitate est exhibitū:in qua charitate dixit Pro
uer. viij. Delitie mee esse cū filijs hoim. Ac p hoc est sacrm̄
vnitatis siue vnionis. Voluit em̄ christus (vt dicit Aug.)
vt homo participans huic cene in deum ascēderet:et incor
poratus sibi efficeretur:particepsqꝫ sue diuinitatis ꝛ huma
nitatis:sicut verbum patris in carne descenderat:ꝛ factuꝫ
est omniū particeps:que vere sunt nostre humanitatis. Et
hoc ipsum fuit maxime charitatis. Hic aūt ascensus in ver
bum patris p incorporationē:directe fit p sacramēti istius
participationē. Unde ꝛ apłus:Unꝰ panis:et vnuꝫ corpus j. Cor. x.
multi sumꝰ:omnes qui de vno pane:et de vno calice parti
cipamꝰ. Et glo. sup illud:Et verbū caro factum est:ꝛ habi Joh. j.
tauit in nobis. dicit:Ut secure credātur hoies nasci ex deo.
Hoc enim premisit:qui non ex sanguinibus:nec ex volunta
te carnis:nec ex voluntate viri:sed ex deo nati sunt. Subdi
dit deum nasci ex homine. Ex hac susceptione infirmitatis
qua verbum nostram infirmitatem assumpsit:sanatur no
stra infirmitas et possumus dij vel filij dei fieri. Et hoc
est:Et verbum caro factum est:et habitauit in nobis. ac
si dicat:Quod superius fuerat:inferius descenderat:quid

mirū ſi quod inferi⁹ erat: in id qđ ſupius eſt: aſcēdit. Ex hac
ergo charitate vniente deū cū hoie: ꝛ cum deo hoiem/ dici/
tur ſacramentū charitatis ꝛ vnitatis. Et ideo nō niſi in cha
ritate eccleſiaſtice vnitatis cena hec ſumēda eſt. Qđ egre/
gie ſignatū eſt Exo. xxv. et Leuit. xxiiij. vbi dicit: ꝙ panes
ꝓpoſitionis qui in menſa ſingulis ſabbatis ponebant: ca
lidi coram dño ꝓponebant. Hoc ſignāte ſpūſancto/ ꝙ pa
nis ſacramēti noui: qui in menſa altaris cunctis fidelibus
ꝓponit ſumēdus: in calore charitatis debeat ſumi. In mē
ſa altaris eccleſie: de quo ſolo licet cōmunionē accipere: qꝛ
extra eccleſiā panis cōmunionis ad ſalutē nō inuenit. ſicut
dicit in pš. lxxxiij. Paſſer inuenit ſibi domū: ꝛ turtur nidū
Pš. lxxxiij. vbi reponat pullos ſuos: Altaria tua dñe virtutū rex me⁹
et deus meus. Beati qui habitant in domo tua dñe. Que
exponit Alber. nō penitus diſſonāter ad gloſam. Paſſer
mobilis ſecularib⁹ negocijs cōtinue motū fidelē ſignificat
laicū. Turtur autē caſtus/ gemens ꝓ cantu/ clericū ſignifi/
cat/ caſtitatis ꝛ mūdicie officijs mancipatum/ ꝓ ſuis ꝛ alio
rū peccatis gementē. Hi pullos quos nutriūt carnales fi/
lios vel ſpūales: nō niſi ad altare eccleſie portent: pane ſa/
cramēti nutriēdos: ſciētes ꝙ beati ſunt q̄ habitāt in domo
domini: que eſt eccl'ia. Alij aūt miſeri ꝛ abiecti cōuenticula
faciūt hereticorū. Solū em̄: vt dictū eſt: in charitate eccle/
ſiaſtice vnitatis accipi debet hoc ſacramentū: nō apud ſciſ
maticos vel hereticos. Hinc in Pš. de aſcendētibus ad pa/
ſchalis agni celebratione dicit: Hieruſalem que edificatur
vt ciuitas: cui⁹ participatio eius in idipm: Illuc em̄ aſcen/
derūt trib⁹ tribus dñi teſtimoniū iſrl: ad cōfitendū noi dñi
Eccl'ia em̄ ꝑ hierlm viſionē pacis deſignat: q̄ vt ciuitas. i. ci
uiū vnitas edificat. Hui⁹ eccl'ie ꝑticipatio eſt in idipm vni
tatis eccleſie ſacramētū: qꝛ eccleſia vnica corpus chriſti tā
myſticū/ ꝙ verū ex multis membris cōpoſitū/ ſub ſpecieb⁹
panis ꝛ vini contentū ꝛ ſignatū repreſentat: quoniā ꝛ ipſa
fidelium eccleſia ex multis membris vna cōſtat: diuerſis q̄/
dem officijs: ſed in vnitate fidei ꝛ charitatis ſacramentoꝝ
ac ſpūs adunatis: vt tangit Apl'us. j. Coꝝ. xij. et Eph. iiij.
Ubi annumerationi diuerſorū ſtatuū eccleſie. ſ. apoſtoloꝝ/
euāgeliſtarū/ paſtorū/ doctorū/ ꝓmiſit. Unū corpus et vn⁹
ſpūs: ſicut vocati eſtis in vna ſpē vocationis veſtre. Unus
dñs: vna fides: vnū baptiſma. Unus deus ꝛ pater omniū:
qui ſup oēs: et per omnia: et in oībus nobis. Hanc vnionē
corporis ac mēbrorū cū capite chriſto: ſacramentū hoc et ſi
gnificat et efficit. Hinc em̄ in pmitiua eccl'ia dum fideles
oēs diebus ſingulis euchariſtiā participarūt: Erat multi/
tudinis credētiū cor vnū ꝛ aīa vna. Act. iiij. ¶ D Alter
celeſtis edulīj fruct⁹: vt ſacramētū ꝯſiderati in ordine octa
uus/ eſt cōmunio. Nā oīm ore fideliū ſacramētū hoc cōmu
nio vocitat. A grecis etiā doctorib⁹ ſctā ſynaxeos: que ſan
ctā cōionē ſignificet: appellatur. Hoc enim facit in nobis
cōionē oīs boni ꝛ gratie. Nā per ipſum cōicamus ſonti oīs
gratie: angelorū glorie: ſctōrū meritis: paſſionibus myſtici
corporis. Siquidem oīa facit cōmunia/ diuina pariter ꝛ hu
mana. Cōmunicamus in hoc ſacramento fonti omnis gra/
tie: quia communicamus chriſto ſic vt ipſe ſit in nobis: et
nos in ipo: vt omnia ſua influat nobis. Hic fons eſt cuius
Prouer. v. aque foris deriuantur: ac in plateis diuidūtur. In hoc ſon
te multe ſunt vene fugibus gratiarum aquis manantes:
quos pater in hoc ſacramento foras in cōmunione eccleſie
tam triumphantis ꝙ militantis precipit deriuari: vt relega
ta inuidia priuate poſſeſſionis/ gratiarū que ſunt in filio ꝑ
Ioh. j. quem Ueritas ꝛ gratia facta eſt: omnes in cōmunione par
ticipes bonorū eius ſiant: ꝛ in plateis late participationis
bonū filij oēs participent. Hic fons de quo myſtice ſcribit
Heſter xj. in libro Heſter: Fons paruus creuit in fluuiū maximū: et
in aquas plurimas redundauit. Paruus enim fons dicit
chriſtus in hoc ſacramento: non ariditate et fluxus gratia
rū paruitate: ſed humilitate: que quanto profundior: tan/
to plures continet aquas gratiarum. Hic fons licet multis
effuſionibus redundet in donis/ virtutibus ꝛ ſacramētis:
tamen ſe in vnum colligens in ſacramento cōionis/ creuit
in fluuium maximum. Ex iſto vno fluens totum/ quod in
alijs fluit diuiſim. Hic redundat in aquas plurimas ois
generis gratiarū. Hic enim eſt fons vite fluens ea que vi/
tam perficiunt. Nā Qui bibit ex hac aqua: fiet in eos fons
ſaliens in vitam eternam. Ioh. iiij. ¶ E In iſto fonte/ q̄
in fluuium maximum creſcit: cōmoditates fluuiorū ſunt.
Nam ſordida lauat: arida rigat: que apud nos ſunt: nauib⁹
deportat: vt vbi rara ſunt: magno cōmutentur precio. Et ea
que alibi abundant: ꝛ apud nos deficiunt: reuehit: vt defe
ctus noſtri ex illis ſuppleantur. Omnia hec facit chriſtus
in hoc ſacramento. Nam gratia ſanguinis ſui lauat ſordes
peccatorum: vt ſupra dictū eſt: Dilexit em̄ nos ꝛ lauit nos Apoc. j.
a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Qui certiſſime operat
in hoc ſacramēto. Rigat arida noſtra. Exiuit enim de late/
re chriſti in hoc ſacramento ſumpti aqua expiās et rigans
omnia noſtra: vt plante diuine in nobis conualeſcant. De
hoc fonte accipi poteſt illud: Fons de domo domini egre/ Iohel. iij.
dietur: et irrigabit torrentem ſpinarum. Quod exponens
Alber. loco frequenter allegato. Dom⁹ domini/ hoc eſt dei
tatis habitaculum: eſt corpus domini a quo fons fluxus
violentiſſimi egreditur: et irrigat totum torrentem vanita
tis mundi: hoc eſt locum per quem vanitas mundi cōſue
uit ante decurrere ad ſpinas peccatorum nutriendas. de
quo clamat Aug. O torrens vanitatis: quouſq̄ non ſicca/
beris: quouſq̄ inundaberis. Hoc autem fluxu dominice
gratie exiccatis ſpinis/ modo rigatur cor ſumētis ad fecun
ditatē frugum iuſticie et aromatum omnium virtutū. Eue
hit etiam hic torrens gratiarum apud nos abundantiam:
vt vbi deficiūt/ magno ꝑcio commutētur: que ſunt paupe/
ris ſpiritus gemitus pro peccatis/ fletus/ ieiuniuꝫ/ afflictio
nes et caſtigationes corporis: que apud nos abundant: et
in celis deficiunt: ſed ibi commutantur: quia ibi nobis ma/
gna horum precia tribuuntur. Nauis autem hec portans:
dominicū corpus eſt: cui per hoc ſacramentum incorpora/
mur. Hodie aſcendens in celum nobis locum preparat: vt
iterum veniens accipiat nos ad ſeipſum in celum: vbi mer Ioh. iiij.
cedes ſuas nobis dabit: pro temporalibus eterna: pro mi/
ſeria beatitudinem: pro paupertate diuitias: pro laborib⁹
caſtigationibus et afflictionibus gaudium ꝛ requiem ſine
fine. Hinc Eccleſiaſtes. xj. Mitte panē tuū ſuper tranſeun
tes aquas: ꝛ poſt multa tempora inuenies eum: quia fluxu
longo aque iſte redeunt: ꝛ incomparabiles diuitias repor
tant. Hoc enim agit fluxus gratie: que fluit a chriſto: q̄ dat
gratiā vnde mereri poſſumus. Et iterū reuehit meritū in
deum: vt ſuperabundanti premio meritum noſtrum com/
mutet. Hoc quideꝫ facit/ dū per huius ſacramenti ſumptio
nē/ meritū noſtrum ſuo merito coniungit: ꝛ ita ad patrem
vehit. Nullum em̄ foret noſtrum meritum: ſi non per chriſti
meritum fieret premio dignū. Et per hoc que in nobis de/
ficiunt: et in celis abundant/ gaudiū ſcilicet cordis: ſpirit⁹
conſolationē ac dulcedinem guſtus diuinorum reportat.
Unde in laudem eccleſie/ Prouer. vlti. dicitur. Facta eſt
quaſi nauis inſtitoris: de longe portans panem ſuū. Eccle/
ſia enim facta eſt nauis inſtitoris/ qua gubernatione ſan/
cti ſpiritus mens noſtra in celum nauigat: ꝛ deinde panis
nos in dulcedine delectantis refectionē reportat. ¶ Has
ergo quattuor vtiliſſimas cōmutationes operat in nobis
fons miſericordie chriſtus: cum ei in ſacramēto cōmunica
mur. Sordes noſtre lauant ꝛ defluūt. Arida noſtra rigan/
tur: ꝛ fecunda fiūt. Labores nr̄i ad ipm referunt: q̄ ſua me/
rita ꝓmio dignos efficiūt. Delitie celeſtes nobis aduehū/
tur: q̄ oīa nr̄a in dulcedinē vertūt. Hinc dicit ſaluator: Qui Ioh. vij.
credit in me: flumina de ventre ei⁹ fluent aque viue. Hoc
autē dixit de ſpiritu quē accepturi erant in ipm credentes.
Qđ ſi ſpiritusſctūs in hoc ſacro quo filius ſumit: nō reci/
pit: vbi q̄ſo accipiet. Nec em̄ a filio ſpūs ſeparari pōt. Et ſi
ſpūs accipit: oīm bonoꝝ cōio ſequit. Un̄ ſummarie in ſum/
ptiōe digna hui⁹ ſacramēti: particeps ſit aīa ſumentis oīm
bonoꝝ meritoꝝ chriſti: q̄ nobis meruit ſua paſſiōe i cruce:
cui⁹ ꝓpter h̄ nobis datū eſt i eiuſdē paſſiōis efficaciſſimū

memoriale. Hec ergo est prima cōmunio/qua fonti gratiarꝫ
in sacramēto fecūdissimo cōicamus. ¶ F Prestat ⁊ no-
bis hoc sacramentū cōionē glorie angelorū: ꝓ quanto per
huiꝰ sacramēti perceptionē ruina angeloꝝ restauraṫ. Mi-
nisteriū quoqꝫ angeloꝝ debitū effectū sortitur. Unde glīa
augeṫ in angelis: ⁊ iterū in nos redūdat. Ruina eñ ange-
Joh. iij. loꝝ nō reparaṫ nisi ex his qui incorporanṫ christo: sicut ipe
dixit: Nemo ascēdit in celū: nisi ꝗ descēdit de celo: filiꝰ hois
qui est in celo. Nemo ergo ascēdit in celū: nisi mēbrum filij
hois ipi incorporatū. Siquidē nō ascendit filius hois diui-
sus a mēbris: sed totus ascēdit cū oibus suis membris sibi
incorporatis: vt dicit glosa ibidem. Incorporamur aūt chri-
sto per dignā huiꝰ sacramēti sumptionē: vt frequenter di-
ctū est: ⁊ ita per huiꝰ sacramēti ꝑceptionē ruina angelica re-
Heb. j. paratur. Et per idē sui ministerij effectus sequiṫ. Sunt eñ
vt ait apl̄s: oēs administratorij spūs in ministeriū missi ꝓ-
pter eos qui hereditatē capiūt salutis. Cū ergo ꝑ hoc sa-
cramētū christo incorporati celos ascēdimus: vbi est filius
hois sedēs ad dexterā patris: ad finē suū ꝑuenit angelorꝫ
Luc. xv. ministeriū. Nō autē modicū glorie habent de impletione
sui effectꝰ custodie: cum de eis scriptū est: Gaudiū erit corā
angelis dei super vno peccātore penitentiā agente. Et ecōtra
Esa. xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. i. ad modū flentiū
se habēt: qꝛ desiderāt/vt christo sibi ad custodiā cōmissi in-
corporenṫ: ⁊ sic redeant/ac sic veniāt ad cōmunionē glorie
angelorū. Hinc et hinc ministerio gaudētes assistunt: vt di-
cit btūs Grego. cap. xlvi. lib. iiij. dial. et allegaṫ de ꝯse. dist.
ij. cap. q̄d sit sanguis. Quis (a i) fideliū habere dubiū pos-
sit in ipa imolationis hora ad sacerdotis vocē celos aperiri:
In illo iesu christi mysterio angelorum choros adesse: sum-
mis ima sociari: terrena celestibꝰ iungi: vnūqꝫ ex visibilibꝰ
et inuisibilibus fieri. ¶ G Cōmunionē quoqꝫ oim san-
ctorū hoc sacro cōsequimur: vt qđ deficit in singulis: ex cō-
muni abundantia sctōrū oim suppleaṫ. Per hoc eñ partici-
pamus virtutes patriarcharū: illuminationes ꝓphetarū:
iusticias legislatoꝝ: preconia christi preconū: dignitatē apo-
stolorū: victorias martyrū: sanctitatē cōfessorū: religionem
monachorū: puritatem anachoritarū: doctrinas doctorꝫ:
mundiciā virginū: luctū viduarū: elemosynas curā dome-
sticā gerentiū: splendorē innocētiū: ⁊ oia merita sctōrū. Hec
eñ oia a christo in corpus eiꝰ mysticū fluxerunt: ⁊ in effica-
cia corporis eiꝰ ⁊ sanguinis cōsistunt: et de quolibet in quē-
Colos. j. libet ꝑ charitatē spūs christi referunṫ et redundant. Unde
apl̄s. Gratias agētes deo ⁊ patri: qui dignos nos fecit in
partē sortis sctōrū in lumine: ꝗ eripuit nos de potestate te-
nebrarū: et transtulit in regnū filij dilectionis sue. Per cō-
munionē eñ christi/sortē omnis gratie cōmunicamus cū
oibus sctis in lumine. i. in noticia dei: ƀm glo. vel in lumi-
Matth. v. ne. i. in operibꝰ luminosis. de quibꝰ dicit: Sic luceat lux ve-
stra corā hoibus ⁊c. Et lucerne ardētes in manibꝰ vestris.
Luc. xij. Translati in regnū dilectionis filij/qđ est regnū oim sctōꝝ:
per hoc ꝙ corpori ⁊ sanguini eius cōmunicamus: quia vni-
tas membrorum suorū ad cor ⁊ caput: et vna participatio
spūs christi in oibus membris eis naturalibꝰ signat et cau-
sat totius corporis mystici cōmunionē et sctī spiritus cōmu-
nicationē. Et sic sors gratie ⁊ glorie vniuscuiusqꝫ sancti cō-
municaṫ alijs: vt spiritualiter impleatur in nobis: qđ de ec-
Act. iiij. clesia primitiua dictū est. Gratia magna erat in oibꝰ eis: ne-
qꝫ enim quisꝙ egens fuit inter eos. Quotquot eñ erāt pos-
sessiones agrorū aut domorū vendebant: ⁊ ponebant pre-
cia eorum ante pedes aplōrum. Diuidebaṫ autē vnicuiqꝫ
prout cuiqꝫ opus erat. Sic eñ ad vniuscuiusqꝫ necessitatē
⁊ idoneitatē diuidit spūssctūs: spiritꝰ scilicet corporis chri-
sti bona sctōrum: vt oēs abundēt: ⁊ nullus egēs inueniaṫ.
j. cor. xij. Unde: Hec oia (inquit apostolus) operaṫ vnꝰ atqꝫ idē spi-
ritus: diuidens singulis prout vult. Que tamē diuisio sin-
gulis facta per spiritum: nō tantū singulis proficit: sed sin-
gulorum dona ad communē vtilitatem corporis (quod est
ecclesia ad quam donata sunt) proficit. Unde ibidem di-
cit apostolus. Unicuiqꝫ datur manifestatio spiritus/ad vti-

litatē/scilicet ecclesie. Nam et sequitur. Sicut enim corpus
vnum est: ⁊ membra habet multa: omnia autē membra cor-
poris cum sint multa: vnū tamē corpus sunt: ita ⁊ christus.
Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptiza-
ti sumus: ⁊ omnes in vno spiritu potati sumus. Et subdit:
Sed deus temperauit corpus ei cui deerat abundantiorē
tribuēdo honorē: vt nō sit scisma in corpore: sed in idipm ꝓ
se inuicē sollicita sint mēbra. Ubi glo. btī Ambro. Ostēdit ꝑ
similitudinē humani corporis vnitatē corporis christi. i. ec-
clesie habere varietatem officiorū: et diuersitatē hanc non
tollere vnitatē: sicut humani corporis vnitas non in singu-
laritate consistit: sed in multis membris: vt sibi prestent qđ
debēt. De hac vnitate ac bonorū communione gaudebat Ps.
ꝓpheta cum dicebat: Particeps ego sum oim timētium te: cxviij.
et custodientiū mandata tua. vbi Cassio. Ita prophete por-
tio est dñs vt particeps sit nō vnius: sed omniū ecclīarum:
tanta virtus vnitatis: vt cū particeps sit christi: humiliter
dicit particeps famulorū: quod est ⁊ christi esse participē.
In hoc ergo sacramēto: qꝛ christi participes efficimur: quē
sumimꝰ omniū famulorū christi: omniū scilicet sctōrum par-
ticipationem sortimur. Ex christo enim capite fluit gratia
in membra: et ex vno membro redundat in aliud propter
vnā sui corporis cōmunionē. Sicut eñ in vno corpore na-
turali/vnum membrū spiritū et sanguinē influit in aliud:
ita multo magis in spiritualibus membris et corporis my-
stici/vnū membrū spiritus cōmunionē trāsfinuit in aliud.
Hec est cōmunio sanctorū: de qua dicit in symbolo: Credo
in spiritūsctm̄: sanctorū cōmunionē. Quia sicut ƀm naturā
vniꝰ corporis vnꝰ est spūs: ita vniꝰ corporis christi vnus est
spiritussanctus: qui in totū corpus vehit vitā et virtutē: et
omnia que sunt membris ꝓpria/facit esse cōmunia. Unde
et dictum est de primitiuis ecclesie membris. Multitudi- Act. iiij.
nis credentiū erat cor vnū et anima vna. Nec quisꝙ eorum
que possidebat: aliquid suum esse dicebat: sed erant omnia
illis cōmunia. ¶ H Sic et participatio dñici corporis
cōmunicationē tribuit in passionibꝰ mystici corporis chri-
sti. Unde et apl̄s: Si quid patiṫ vnū membrū: cōpatiunṫ j. cor. xij.
oia membra. Ideo passio vniꝰ membri ꝑ cōmunionē redū-
dat in alia ꝑ misericordiā et miserationes: ꝗbus fluūt in mē-
bra deficiētia/cōpassiones cordis/cōsolationes oris/subuē-
tiones facultatū in elemosynis: et supportationes infirmi-
tatū in adiutorijs diuersis. Cōpatiendo eñ assimilamur ca-
piti huiꝰ corporis: qđ ex cōpassione quam habuit ad nos/
multis se dedit passionibꝰ: vt nobis ꝑ effectū subueniret.
Cui si cōpatimur: ⁊ cōglorificabimur. vñ: Sicut christus ꝓ
nobis aiam suā posuit: ita ⁊ nos debemꝰ ꝓ fratribꝰ aias po- Rome. viij.
nere. Quādiu eñ christus patiṫ in mēbris: nos oportet cō- j. Joh. iij.
pati: si eñ corporis volumꝰ esse mēbra (ad Ro. xij.) necessi-
tatibꝰ sctōꝝ cōmunicātes. Hoc est eñ cōmunicare necessita-
tibꝰ mēbroꝝ xp̄i: suscipere eoꝝ necessitatē corde ꝑ cōpassio-
nē: gaudēdo cū gaudētibꝰ: flēdo cū flētibꝰ/id: pluꝫ sciētes.
Multa ad idē docet hortaturqꝫ scriptura. Hāc aūt cōmise-
rationē vnde veriꝰ accipere possumus: nisi in hoc sacramē-
to/vbi illum sumimꝰ in memoria ineffabilis misericordie:
qua nr̄e ꝑditioni cōpatiēs/se totū impēdit nobis in acerri-
mis doloribꝰ: ꝗbus nostrā miseriā subleuauit. Sic ergo in
hoc sacro cū oibus bonis cōmunicationē sortimur: in quo
oēs thesauri sapiētie et scientie dei sunt absconditi. In quo Col. ij.
et principiū ois meriti oim sctōrū. Hec cōmunitas thesaurꝰ
ille est: qui iuxta euangeliū abscōditꝰ est in agro dñici cor- Matth.
poris: quē qui inuenit/abscōdit: ⁊ pre gaudio illius vadit ⁊ xiij.
vendit omnia que habet: ⁊ emit agrū istū. Hic est thesau-
rus sapiētie: de qua philo Sap. vij. Uenerūt mihi oia bo-
na pariter cū illa: et innumerabilis honestas per manus il-
lius. Infinitꝰ eñ est thesaurus hoibꝰ: quo qui vsi sunt: par-
ticipes facti sunt amicitie dei. ¶ Facit etiā (ait Albertus)
hec sacri participatio verissimā humanorū et diuinorū cō-
munionem. Per hanc eñ deus cū oibus bonis suis est in
hoie: et hō in deo. Deꝰ eñ qui est oia in oibus: in hac cōmu-
nione suā altitudinē ad nos inclinat: et nostram humilitas

Act.ij. tem in se exaltat. Hinc de oībus credētib⁹ dicit̄: Erāt pseue
rātes in doctrina apostoloꝝ: ⁊ cōmunicatione fractionis
panis et oratiōe: q꞉ cōmunicatio fractionis panis/oim bo
noꝝ diuinoꝝ ⁊ humanoꝝ conferebat cōmunicationem.
Propter que ⁊ ista recte et vere ab oīb⁹ sacr̄i hui⁹ participa
tio cōmunio noiat̄. ¶ I Sunt pieterea duo huius sacri
fructus inquātū est antidotū ⁊ medicina aie: qui sunt sana
re ab infirmitate: ⁊ cōseruare in sanitate. Operatur q̄ppe
hoc sacr̄m in hoie ip̄m cōmunicando sumente/sanitatem
ab infirmitate pseruando: causam infirmitatis expellen
do: ⁊ sanitatē perditā reparando. Hec est medicina de qua
Eccl̄i. xxxviij. Altissim⁹ de terra creauit medicinā: ⁊ vir pru
dēs nō abhorrebit illam. De terra em̄ illa bñdicta dn̄ici cor
poris/creauit nobis dn̄s medicinā gr̄e/preseruantē nos ab
oi pc̄ti infirmitate. Uir ergo prudēs/qui de futuris habet
prouidentiā: ꝙ scʒ sine hac medicina nō preseruatur hō ab
hac infirmitate: nō abhorret eā: q꞉ licet sit apud imperitos
horribile sumere humanā carnē ⁊ humanū sanguinē: tn̄ in
hoc sacr̄o medicina est supra modū amplectēda. Sunt em̄
infirmitates septem capitales ex malo fomitis semine: nisi
Iob.v. preueniant̄ pullulantes. de q̄b⁹ accipit̄ illud: In sex tribu
lationib⁹ liberabit te: ⁊ in septima nō tanget te malū. Sūt
em̄ sex que causant̄ ab infirmitate corporis ⁊ mētis. A cor
pore quidē gula/luxuria/auaricia. Ab aīa tria/s̄m ꝙ est in
corpore corrupto: scʒ ira ex sanguinis accēsione: accidia ex
corporis ponderositate: inuidia ex cordis prauitate: q꞉ scʒ
timet ne alteri⁹ ꝓsperitate ipse impediat̄. Septimū vo scʒ
supbia causat̄ ex sola spirit⁹ altitudine: in qua nos nō tan
get malū: q꞉ ab his nos corpus christi indigne sumptū pre
i. Corin. seruat. Si em̄ sumentes corpus dn̄i/ip̄m (s̄m apl̄i ꝯsilium)
xi. dijudicantes/discretionis iudicio discernim⁹: q̄s est quem
in sacramēto sumim⁹: q꞉ christus p̄ris fili⁹ pro nr̄a salute hō
fact⁹: mortē q̄ꝫ eius annūciam⁹: considerando q̄d ꝑ nobis
egerit: q̄d ve passus sit: quēadmodū nobis in exemplū imi
tationis mortu⁹ sit: nedum in cruce ponēs animā suā: sed
etiā toto vite mortalis tp̄e: mūdo/pc̄ō/ ⁊ vniuersis vitijs.
